Digitized by Google

[redacted]

N 138 (1)

BIBL. FAC. LIBRE THEOL.
T.G. 515.
LAUSANNE, Ch. d. Cèdres

contient 2 ouvrages.

Digitized by Google



THOMAS ITTIGIUS
S.S. Theol. Licentiatus et Prof. Publ. Ord.
nec non ad D. Nicolai Archidiaconus.

Romstet sculpsit.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA PATRUM APOSTOLICORUM GRÆCO-LATINA,

Quæ continentur

I. S. CLEMENTIS Romani prior & poſterior ad Corinthios epiſtola,

II. S. IGNATII epiſtolæ ſeptem genuinæ, qvibus ejusdem interpolatæ & ſpuriæ epiſtolæ, nec non acta Ignatiani martyrii accedunt,

III. S. POLYCARPI epiſtola ad Philippenſes, cui præter fragmenta Polycarpi eccleſiæ Smyrnenſis de Polycarpi martyrio epiſtola integra adjungitur.

Præmiſſa eſt

Diſſertatio de Patribus Apoſtolicis,

Seu

Scriptoribus eccleſiaſticis, qvi Apoſtolorum comites & diſcipuli fuiſſe perhibentur,

AUTORE

L. THOMA ITTIGIO,

P.P. & Archid. ad D. Nicolai.

LIPSIÆ,

Impenſis HÆREDUM LANCKISIANORUM,

Excudebat JOH. HEINRICUS RICHTER.

Anno M DC IC.

Digitized by Google

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

OFfert ſe Tibi, Benevole Lector, bibliotheca Patrum, ſed tantum Apoſtolicorum, unde eam admodum exiguam eſſe non eſt qvod mireris, cum præter Clementem, Ignatium & Polycarpum nullus Scriptorum eccleſiaſticorum, qvorum aliqva monumenta ad noſtram ætatem pervenerunt, hoc titulo dignus videatur. Eqvidem Barnabas & Hermas antiqvitate cum Ignatio & Polycarpo certare poſſint, ſed cum à ſpiritu apoſtolico remo-

Digitized by Google

tiores ſint, haud ægre ferent, ſi in claſſem Patrum Apoſtolicis proximorum reponantur. Multo minus Abdias, Linus, Prochorus, Martialis Lemovicenſis, Dionyſius Areopagita aliiqve horum ſimiles in Patrum Apoſtolicorum bibliotheca locum aliqvem ſibi vendicare poterunt. Quamobrem trium tantum, ut dixi, Patrum ſcripta hæc bibliotheca exhibet. Primum locum tenet *S. Clemens Romanus*, cujus poſteriorem ad Corinthios epiſtolam priori adjungere placuit, non qvod pari paſſu ambulet, ſed qvod in codice Alexandrino & in omnibus editionibus priorem comitari ſoleat. Utramqve

qve ex Colomeſii editione dedimus, addito qvoqve notarum ejus ſpicilegio, qvod ſine magno chartarum diſpendio fieri poterat, etſi etiam in paucis illis notulis non omnia nobis probarentur. Neqve enim cum Colomeſio Clementem hallucinatum exiſtimamus, cum verba Jobi à Redemptore ſuo vivente vitam ſperantis de reſurrectione interpretatus eſt, neqve neceſſarium arbitramur, ut ultimos verſiculos capitis primi epiſtolæ ad Romanos ex Clemente corrigamus. Clementem excipit *S. Ignatius*, Antiochenæ eccleſiæ Epiſcopus & Martyr, de cujus genuinis, interpolatis & ſpuriis epiſtolis in

 præ-

Digitized by Google

præmiſſa huic bibliothecæ diſſertatione de Patribus Apoſtolicis plura diximus. Qvæ verſiones in hac editione græco textui adjectæ fuerint, videri poteſt ex indice, qvi ad calcem hujus libelli, qvid eo contineatur, breviter exponit. Ex illo indice titulus ſpuriis Ignatii epiſtolis præfixus corrigendus eſt. Dicitur enim p. 279, qvod ſpuriis his epiſtolis vetus verſio vulgata apponatur. Et de epiſtola ad Philippenſes id qvidem verum eſt, non item de cæteris, qvibus veterem verſionem ab Uſſerio editam Voſſii exemplum imitati adjecimus. Codices enim illi Anglicani, ex qvibus Uſſerius veterem iſtam ver-
ſionem

Digitized by Google

ſionem primus vulgavit, non ſolum genuinas Ignatii epiſtolas, ſed etiam ſpurias excepta epiſtola ad Philippenſes repræſentarunt, qvemadmodum & in græco Florentino codice, qvem Voſſius edidit, genuinæ Ignatii epiſtolæ, inter qvas epiſtola ad Romanos ibi deſideratur, ſpurias qvasdam ſibi adjunctas habent, & dubio procul olim plures adjunctas habuerunt, anteqvam ille codex ultima ſui parte mutilatus fuit. De interpolata ad Polycarpum epiſtola monemus, eam in hac bibliotheca non integram exhiberi, qvia græcus hujus epiſtolæ textus qvoad ultimam partem cum genuina ad

Digitized by Google

Polycarpum epiſtola plane convenit, & latina qvoqve vulgata verſio, qvam interpolatis epiſtolis appoſuimus, ulterius, qvam à nobis poſita eſt, non procedit. Multæ autem controverſiæ de doctrina Ignatii dirimi poſſent, ſi diſcrimen inter Ignatii epiſtolas genuinas, interpolatas & ſpurias probe attenderetur, qva in re Pontificios non difficiles fore confido, ſi à qvantis tormentis per genuinas Ignatii epiſtolas liberentur, perſpexerint. In Ignatii epiſtola ad Philadelphienſes interpolata, ut unum alterumqve exemplum proferam, c. 4. unus panis omnibus fractus, & unum poculum omnibus diſtributum memo-

memoratur. Ille Ignatii locus Bellarminum & alios plurimum torſit, & ad varia effugia excogitanda impulit. Verum Henſchenius, qvi in actis Sanctorum Februarii (Tom. I. p. 24.) verba iſta in ſincerioribus Ignatii editionibus non haberi obſervat, longe felicius evadit, ita tamen evadit, *ut aliis* genuini Ignatii locis conſtrictus teneatur. In eodem ejusdem epiſtolæ capite Petri & Pauli conjugium memoratur, qvi locus nonnullos ad eam deſperationem adegit, ut Pauli nomen ex qvibusdam codicibus eradere tentarent. Verum impedire non potuerunt, qvo minus in aliis codicibus illæſum permaneret.

Qvæ res Biſſelio Jeſuitæ capitis periculum pæne attulit. Venerat is Amberga Noribergam, & à Theologo celeberrimo D. Dilherro in loco bibliothecæ Noribergenſis frugali convivio excipiebatur. Cum autē uxor Dilherri ſolicita, ne convivis aliqvid deeſſet, adveniſſet, ejus conſpectu offenſus Biſſelius, qvæ mulier hæc eſſet, & unde in hunc locum venire auſa, interrogabat, cumqve Dilherrus uxorem ſuam illam eſſe reſpondiſſet, & Biſſelius regereret, clarius Dilherri nomen & celebrius futurum, ſi à conjugio abſtinuiſſet, Dilherrus conjugium ſuum Petri, Pauli aliorumqve Apoſtolorum exemplo defen-

Digitized by Google

defendebat, & Biſſelio Pauli conjugium negante; quid ergo dices, reſpondebat, ſi tibi diſerto Ignatii teſtimonio Paulum conjugem fuiſſe demonſtravero? Tunc ille, credam, inqvit, cum videro, ſed hoc ab Ignatio ſcriptum non eſſe, capitis mei optione ſpondere auſim. Qvo audito Dilherrus ad codicem Ignatii aliqvot ante reformationem Lutheri ſeculis ſcriptum accurrit, locum evolvit & Biſſelio oſtendit, qui attonitus perlecto loco & confuſus, ne tamen convictus videretur, forte à qvodam veterem manum mentito nomen Pauli additum cauſabatur. Verum Dilherrus, captus es, ajebat,

bat,

bat, & caput tuum in mea jam poteſtate eſt, qvod tamen iterum tibi dono, ea conditione, ut neminem tibi unquam majus donum obtuliſſe agnoſcas. Nos, ne qvis impoſterum in tale periculum ſe conjiciat, ultro largimur, in genuina Ignatii ad Philadelphienſes epiſtola nullam de Pauli conjugio mentionem fieri, optamus autem viciſſim, ut adverſarii noſtri ex interpolatis & ſpuriis Ignatii epiſtolis contra nos agere deſinant. Ignatium denique ſeqvitur *S. Polycarpus*, Smyrnenſis eccleſiæ Antiſtes & Martyr, cujus pro Chriſto interfecti reliqvias nonnulli ex Chriſtianis rapere tentarunt. At nos illis

gra-

Digitized by Google

gratias agimus, qvi ejus epiſtolam ad Philippenſes ab interitu vindicarunt, qvam huic Patrum Apoſtolicorum bibliothecæ inſerere minime dubitavimus. Aureis autem his Patrum Apoſtolicorum epiſtolis Ignatii & Polycarpi martyrium adjunximus, cum utrumqve à coævis Scriptoribus conſignatum fuerit, Clementis qvoqve Romani martyrium à Cotelerio græce & latine editum addituri, ſi operæ pretium fuiſſet. At conſtat, illud Clementis martyrium recentioris Scriptoris eſſe, & totam illam de Clementis martyrio narrationem ſuſpicione falſi laborare. Plura non addimus, ſed ſtudia

noſtra

Digitized by Google

noſtra Divinæ Gloriæ & utilitati Studioſæ Juventutis ſacra tuæ, Amice Lector, benevolentiæ commendamus.

Digitized by Google

L. THOMÆ ITTIGII
DISSERTATIO
De
PATRIBUS APOSTOLICIS,
Seu Scriptoribus eccleſiaſticis, qvi Apoſtolorum comites & diſcipuli fuiſſe perhibentur.

Digitized by Google

I. N. J.

DISSERTATIO
DE
PATRIBUS APOSTOLICIS,

ſeu Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui Apoſtolorum comites & diſcipuli fuiſſe perhibentur.

I.

CHriſtum circa meridiem in cœlos aſcendentẽ ſeptem & viginti doctrinæ ſuæ tomos reliquiſſe, in lapide quodam memoratur, quem anno vulgaris æræ 1625. apud Sinenſes in villa Sanxuen repertum Athanaſius Kircherus refert, qui integram ſaxi illius inſcriptionem, *Prodrom. Copt. c. 3.*

cum a Patribus Jeſuitis primum in Luſitanicam ac deinde in Italicam linguam translata fuiſſet, latine reddidit. Minime autem dubitamus, quin autor inſcriptionis, quisquis ille fuerit, ad canonicos novi teſtamenti libros reſpexerit, quos Chriſti Spiritus Evangeliſtis & Apoſtolis ſcribendos dictavit. Nam ſi quatuor evangelia, actorum librum, Apoſtolorum epiſtolas numero unam & viginti, & apocalypſin Johanneam computemus, viginti ſeptem doctrinæ a Chriſto relictæ tomos habebimus.

II. Inter quatuor evangelia primum eſt Matthæi, quem in Judæorum gratiam hebraico ſermone illud conſignaſſe nonnulli ſibi firmiter perſuadent. Verum id ſolidis argumentis probari non poſſe alibi demonſtravimus. Nunc illud tantum de hoc evangelio addimus,

diſſ. de hæreſiarchis ſect. 1. c. 7. & in appendic. ad illud caput.

dimus, quod antiqua ejus verſio latina, quæ Itala olim dicta, ante triennium A. C. 1695. e vetuſtiſſimis monumentis eruta Pariſiis prodierit cum prolegomenis ac notis Johannis Martianay Presbyteri Benedictini e Congregatione S. Mauri, qui etiam paulo poſt animadverſiones quasdam ad illam verſionem eodem anno ibidem publicavit.

III. Evangelium Marci autographum latinum, cujus partem Carolus IV. Aquileja Pragam miſiſſe perhibetur, in actis Sanctorum d. 25. Aprilis p. 345. memorat Henſchenius. Græcum autographum apud Venetos ſervari in ſuo ad Marcum proœmio refert ex ore cujusdam Canonici Cornelius a Lapide. Et adhuc Evangelium Marci *αὐτόγραφον* penes ſe habere Veneti gloriantur. Verum

pag. 32. ut Mabillonius in itinere ſuo Italico obſervavit, ſigillo obſignatum illud cuſtodiunt, ne de rei veritate periculum fieri poſſit. Nos utrumqve autographum falſo jactari minime dubitamus. Recte autem Franciſcus Combefiſius in notis ad Nicetæ Paphlagonis orationes panegyricas monuit, Papiam apud Euſebium ea de Marci evangelio tradere, quæ neque Scriptori huic θεοπνεύςῳ, neqve ejus evangelio bene conveniunt.

T. I. auct. noviſſ. B. B. P. P. græco-lat. p. 504.

lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 31.

IV. Lucam perinde ac Marcum rerum a Chriſto geſtarum αὐτόπτην haud fuiſſe, ſed juxta aliorum relationes evangelicam ſuam hiſtoriam contexuiſſe, ac prætereа in Chriſti concionibus ac geſtis minus accuratam ordinis rationem habuiſſe, & ſæpius ſimiles materias, etſi ad diverſa tempora pertinerent, uno loco protuliſſe,

Wil-

Digitized by Google

Wilhelmi Langii poſtulatum eſt, qvi contra de Matthæo & Johanne aſſerit, qvod ubiqve ordinem hiſtoriæ diligenter obſervaverint, eaqve Chriſti dicta & facta, qvæ literis conſignarunt, ita ordinaverint, ut nihil eorum alio, qvam dicta & geſta ſunt, ordine tradiderint. Verum hoc Langii poſtulatum μέγα λίαν ἄιτημα eſſe animadvertit Johannes Wandalinus, tantum abeſſe notans, ut Lucas in ſuo evangelio concinnando dictorum factorumque ordinem neglexerit, ut potius nonnulli, qvi adornandæ Evangeliſtarum hiſtoriæ operam dederunt, Lucam imprimis ſibi ordinis ducem deligendum exiſtimaverint.

de annis Chriſti lib. 2. c. 10. p. 427.

diatrib. de Fer. paſſion. c. 2. p. 11.

V. De occaſione, qvæ JOHANNEM ad evangelium ſcribendum impulit, nonnulla nuper diſſeruit Johannes Clericus, eo collimans, ut

in proleg. & animadv. ad 18. priora commata c. 1. evang. Johannis.

ut Johannem phraſes a Philone uſurpatas ad orthodoxum ſenſum applicare voluiſſe cenſeat, ne Chriſtiani Philonem legentes & ejus eloquentiam admirantes illius placita cum chriſtianis dogmatibus, qvippe illis admodum affinia, commiſcerent. At Johannem in Philonis lectione verſatum fuiſſe perſvadere mihi non poſſum, nec opus eſt, ut phraſes a Johanne uſurpatas ex Philone arceſſamus. Cæterum evangelium Johannis propria ejus manu aureis literis ſcriptum in eccleſia Toloſana S. Saturnini aſſervari tradunt literæ indulgentiarum huic eccleſiæ conceſſæ. Verum doctiſſimus Hottingerus haud immerito miratur, hoc autographum Johannis evangelium eos latere potuiſſe, qui in colligendis variis lectionibus tanto hactenus ſtudio deſudarunt, multisqve diffi-

ſec. 16. hiſtor. eccleſ. p. 101.

difficultatibus liberari potuiſſent, ſi ex Toloſa tot ſcrupulis mederi licuiſſet.

VI. Librum actuum apostolicorum Lucas non minus ac evangelium ſuum Theophilo dedicavit, qvo nomine qvemvis Dei amantem chriſtianum compellari, Cameroni non inſolens vi- *myrothec. evang.*
detur, cum etiam Athanaſius in *p. 125.*
tractatu de incarnatione Verbi *προσφώνησιν* ſuam ad *μακάριον* & *φιλόχριστον* dirigens his titulis qvemlibet pium & vere chriſtianum hominem alloqvatur. Alii vero Theophili nomine a Luca certam aliqvam perſonam denotari cenſent, qvam ex epitheto *κρατίστου* illuſtri qvadam dignitate *Luc. I, 3.*
conſpicuam fuiſſe colligunt, etſi, qvis ille Theophilus fuerit, inter ſe non conveniant, & nonnulli, *lib. 4. bell.*
qvos inter Gulielmus Tyrius, non *ſacr. c. 9.*

ſine magna temporum confuſione hunc Theophilum cum ſeptimo vel ſexto, ut alii numerant, Antiochiæ Epiſcopo confundant.

VII. Inter PAULINAS EPISTOLAS, juxta Paulinos Pearſonii annales, prior ad Theſſalonicenſes A.C. 52, poſterior A. C. 53, prior ad Corinthios, ad Galatas, poſterior ad Corinthios & ad Romanos A. C. 57, ad Philippenſes, ad Epheſios ad Coloſſenſes, & ad Philemonem A. C. 62, ad Hebræos A. C. 63, prior ad Timotheum & ad Titum A. C. 65, & deniqve poſterior ad Timotheum A. C. 67. ſcripta eſt. Alii alias harum epiſtolarum chronotaxes concinnarunt, qvarum calculos chronologiæ ſacræ cultoribꝰ diſcutiendos nunc relinqvimus. Recte autem epiſtolis Paulinis *epiſtola* qvoq; *ad Hebræos* accenſetur, qvam a Paulo ſcriptam eſſe, præter alios

alios in ſuis de autore epiſtolæ ad Hebræos exercitationibus celeberrimus Spanhemius evicit.

VIII. Inter SEPTEM EPISTOLAS, qvas nonnulli, ut Athanaſius in epiſtola feſtali & autor ſynopſeos S. Scripturæ inter Athanaſii opera editæ, CATHOLICAS, alii vero, ut autor prologi in has epiſtolas, qvi vulgo Hieronymus eſſe creditur, & Caſſiodorus, CANONICAS nominant, unam tantum nempe priorem Petri ſuo autori relinqvit Joſephus Scaliger. Nam de reliqvis hoc fuit ejus judicium, qvod Jacobus & Petrus fratres Puteani ex diſſerentis ore exceptum literis mandarunt: *epiſtola Judæ non eſt Judæ, ut nec Jacobi, nec Petri ſecunda, in quibus ſunt mira, qvæ non videntur eſſe apoſtolica. Tres epiſtolæ Johannis non ſunt Apoſtoli Johannis. Secunda Petri & Judæ,*

inſtit. divin. c. 8.

Scaligeran. p. 103.

Judæ ſunt recentiores, eccleſiæ orientalis non agnoſcit, nec ſunt divinæ, indoctæ ſunt, nihil majeſtatis habent. Verum criticum hoc Scaligeri ſupercilium non magis moramur, qvam cenſuras Hugonis Grotii, qvi in ſuis annotatis poſteriorem Petri epiſtolam Simeoni Epiſcopo Hieroſolymitano tribuit; Simonis Epiſcopii, qvi in prima Johannis epiſtola ceu pulchro qvodam corpore ταυτολογίας & περισσολογίας crebras tanqvam verrucas & maculas ſub excuſationis ſpecie reprehendit; Henrici Dodwelli, qvi ſecundam & tertiam Johannis non ab Evangeliſta & Apoſtolo, ſed a Johanne qvodam Presbytero ſcriptam contendit, & aliorum, qvi laſciviente potius ingenio qvam ſolidis rationibus impulſi unam alteramve ex epiſtolis catholicis contemptim habuerunt,

præf. in brevem N. T. interpret. Tom. II. p. 593.

diſſ. 1. ad Iren. §. 4.

runt, etſi etiam noſtratium nonnullos de Jacobi & Judæ epiſtola durius ſenſiſſe haud negemus, & ipſe Lutherus ob ſuum de Jacobi epiſtola judicium, qvod in primo certaminis contra Papiſtas fervore tulit, apud adverſarios male audiat, a qvorum calumniis beatiſſimi viri memoriam J. H. Majus in examine Criticæ Simonianæ & alii vindicarunt.

Centur. Magdeb. cent. 1. libr. 2. c. 4. p. 54.

c. 17. p. 205.

IX. Claudit ſacrum novi teſtamenti codicem APOCALYPSIS JOHANNIS, de qva, qvid ſentiret rogatus Calvinus, reſpondiſſe fertur, ſe penitus ignorare, qvid velit tam obſcurus Scriptor, de qvo qvis qvalisve fuerit, nondum inter eruditos conſtet. Qvæ reſponſio num urbanitatis & prudentiæ laudem a Bodino mereatur, alii judicent.

method. hiſt. c. 7.

X. His ſeptem & viginti doctrinæ chriſtianæ tomis, qvos Spiritus

tus S. impulſu literis mandatos Evangeliſtæ & Apoſtoli eccleſiæ reliqverunt, non contenti homines qvidam maleferiati, varia Apoſtolis ſcripta affinxerunt, evangelia, acta & itineraria ſeu periodos & circuitus, epiſtolas, apocalypſes, διδαχὰς ſeu διδασκαλίας, κηρύγματα, canones, conſtitutiones, liturgias, & alia, de qvibus Apoſtolorum pſeudepigraphis in heptade diſſertationum prolixe dximus. Nunc tantum addimus, ad pſeudepigraphas Apoſtolorum epiſtolas pertinere etiam tertiam Pauli ad Corinthios epiſtolam, qvam lingva Armenorum expreſſam ſe vidiſſe teſtatur Jacobus Uſſerius in notis ad Epiſtolam ab Ignatio ad Trallianos ſcriptam, & Johãnes Gregorius, qvi addit, multas Pauli epiſtolas nondum nobis cognitas arabice extare, cujus rei teſtem

diſſ. 1. c. 4. ſeqq.

præf. ad notas in qvædam S. S. loca.

teſtem Kerſtenium allegat. Neqve hic tacenda epiſtola Petri, qvæ ſeptingentis fere poſt ejus obitum annis ad Pipinum, Carolum & Carolomannum ſcripta perhibetur, & in Baronii annalibus legitur. *A. C. 755.* Cujus epiſtolæ mentionem dum Molinæus facit, nullam unqvam neqviorem nec audaciorem fallaciam fuiſſe aſſerit. *libr. 9. de pœnit. c. 14.* Nam in hac epiſtola Petrus Francorum Principes hortatur, ut ſucceſſori ſuo Romanæ urbis Epiſcopo Stephano adverſus Longobardos opem ferant, adhortationi ſuæ Mariam Virginem, & thronos & dominationes, & totam cœleſtem militiam adjungit, pollicetur Regibus Francorum patrocinium ſuum in die judicii divini, & ſe illis in regno Dei lucidiſſima tabernacula præparare dicit, minatur illis æternum & inextingvibilem tartari ignem, ſi Ro-

ſi Romam oſſium ſuorum receptaculum a Longobardis laniari permittant, contra, ſi monitis ſuis pareant, victoriam illis & perpetuum in omnibus neceſſitatibus auxilium promittit. Quæ auriculæ pecus leonina alieni nominis indutum haud difficulter produnt.

XI. Thomæ evangelium, cujus in prædicta diſſertatione mentionem fecimus, qvale fuerit, colligi poteſt ex codice MSC. bibliothecæ regiæ Pariſienſis, ex qvo nonnulla Richardus Simonius, ſed plura Joh. Bapt. Cotelerius in notis ad conſtitutionum apoſtolicarũ librum 6. ejusque c. 16. excerpſit. Titulus codicis talis eſt: *λόγος εἰς παιδικὰ τοῦ κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ.* Initialia autem tractatus illius verba ita ſe habent: *ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραελίτης πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν*

nouvell. obſ. c. 1. p. 5. ſeq.

ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρίσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ χριστοῦ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν ἐν τῇ Βηθλεέμ, h.e. *neceſſarium exiſtimavi ego Thomas Iſraelita per me innoteſcere omnibus fratribus ortu gentilibus infantiam & miracula Chriſti, qvæ fecit Dominus noſter & DEus JEſus Chriſtus natus in regione noſtra in vico Bethlehem.* Inter alia in apocrypho illo evangelio refertur, qvod Zachæus ad Joſephum dixerit: ſapientem puerum habes, & boni ingenii, trade eum diſciplinæ meæ, ut literas ipſum doceam, & cum ad docendum Jeſum aſſediſſet, & informationem ſuam a prima litera aleph inchoaſſet, puer Jeſus ſecundam literam beth & tertiam gimel & ſeqventes uſqve ad finem recitaverit, ac poſtea aperto

libro Magiſtrum ſuum ex Prophetis informaverit. Simile qvid de JEſu alphabethario in qvodam Marcoſiorum evangelio traditum
lib. 1. adv. hær. c. 17. fuiſſe ex Irenæo conſtat. Sed multo prolixius fabula illa recenſetur in libro apocrypho de infantia
p. 144. ſeq. Chriſti, qvem haud ita pridem arabice & latine edidit Henricus Sike, qvi etiam in notis ad illud
p. 64. evangelium infantiæ indicavit, qvam lepide hanc fabulam Keſſæus interpolaverit, qvaſi arabice Chriſtus locutus ſingularum literarum vim, & frivola Mahomedis inſomnia Magiſtro ſuo explicaverit. De aliis qvibusdam evangeliis apocryphis infantiam Chriſti deſcribentibus, qvæ in bibliotheca regia aſſervantur, idem Cotelerius loco allegato videatur.

XII. In eadem regia, qvæ Pariſiis extat, bibliotheca leguntur

qvo-

Digitized by Google

qvoqve acta Thomæ, qvorum itidem in diſſertatione de pſeudepigraphis mentionem fecimus, hoc titulo ſignata: *περίοδοι τȣ̃ ἁγίȣ Ἀποςόλȣ Θωμᾶ.* Ex iſtis actis fragmenta qvædam Simonius producit. Inter alia ibi narratur, Thomam in Indiam, cum illa regio per ſortem illi obtigiſſet, ire noluiſſe, cauſatum, qvod infirma corporis conſtitutione conflictaretur, & qvod ipſe natione Hebræus Indis evangelium prædicare non poſſet, ſed Chriſtum noctu Thomæ apparuiſſe, ipſumqve, ne provinciam ad Indos abeundi & evangelium barbaris illis gentibus prædicandi detrectaret, mandato ſuo adjectaqve auxilii ſui promiſſione incitaſſe. Refert qvoqve Simonius ex iſtis actis qvasdam precum formulas, qvalis eſt: *ἐλθὲ τὸ ἅγιον ὄνομα τȣ̃ Χριςȣ̃ τὸ*

nouvell. obſerv. p. 7.

ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἐλθὲ δύναμις ἡ ὑψίστη, καὶ ἡ εὐσπλαγχνία ἡ τελεία. Item illa: ἐλθὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ καθάρισον νεφροὺς αὐτῶν, καὶ καρδίαν, καὶ ἐπισφράγισον αὐτοὺς εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Et illa, cujus græcum textum Simonius non appoſuit: *veni mater miſericordiæ, veni, qvæ revelas myſteria occulta, veni mater ſeptem domuum, ut qvies nobis veniat in octava domo.* Verum acta hæc Thomæ non minus qvam ejus evangelium Gnoſticorum potius & Manichæorum commentū, qvam genuinum Thomæ Apoſtoli fœtum eſſe clarius conſtabit, ſi monumenta illa aliqvando integra in lucem prodeant. Qvemadmodum autem ipſis Apoſtolis, ita & Viris Apoſtolicis varia monumenta ſuppoſita fuerunt, qvod hac diſſerta-

ſertatione de Patribus Apoſtolicis eorumqve ſcriptis manifeſtum fiet.

XIII. Ac primum qvidem JOSEPHUM ARIMATHÆUM commemorare lubet, qvem ad eccleſias Britannorum epiſtolas qvasdam contexuiſſe nonnulli tradiderunt, ut in prima Scriptorum Britannicorum centuria memorat Johannes Baleus, qvi Joſephum hunc genere Judæum, dignitate Senatorem, religione Chriſti diſcipulum, pietate, juſtitia & aliis virtutibus illuſtrem, ac imprimis ob Chriſti ſepulturam celebratum inter Scriptores Britannicos retulit, qvia a Philippo Apoſtolo ex Galliis in Britannias miſſus creditur, ubi cum ſociis evangelium prædicaſſe, multosqve ad fidem chriſtianam perduxiſſe perhibetur. Sane Joſephum hunc Arimathienſem c. 22. p. 15.

 fun-

fundamenta religionis chriſtianæ aliqva in Anglia jeciſſe, & inter primos hujus gentis Apoſtolos fuiſſe, rerum Anglicarum Scriptores paſſim tradiderunt, e qvibus Polydorum Virgilium, Gulielmum Cambdenum, Johannem Pitſeum, & Richardum Crakanthorpium nominaſſe nunc ſufficiat. Qvi plures noſſe cupit, Franciſci Godwini de Præſulibus Angliæ commentarium & præmiſſam diſſertationem adire poterit, ubi illam traditionem multis antiqviorum & recentiorum teſtimoniis confirmat. Atqve hinc etiam Oratores Anglici pro ſui regni eminentia contra Gallos in concilio Conſtantienſi inter alia & hoc allegarunt, qvod Joſephus Arimathæus ſtatim poſt Chriſti paſſionem Angliam ingreſſus fuerit, & populos ad fidem converterit, anteqvam Dionyſius

Virg. libr. 2. hiſt. Angl. c. 37. Cambd. Brit. p. 47 Pitſ. relat. hiſt. rer. Angl. p. 13. Crak. def. eccleſ. Angl. contra M. Ant. de Dominis injurias c. 4. p. 24. Godw. c. 2.

pag. 53.

nyſius in Francia evangelium prædicaret, ut videre licet ex diſceptatione ſuper dignitate & magnitudine regnorum Britannici & Gallici ab utriusqve Oratoribus & Legatis in concilio Conſtantienſi habita, & in editionibus actorum concilii Conſtantienſis qvidem omiſſa, ſed A. C. 1517. Lovanii, & iterum A. C. 1690. Londini edita. Eadem controverſia ante concilium Conſtantienſe in Piſano concilio agitata fuit, & poſt concilium Conſtantienſe in Senenſi adverſus Hiſpanos, Scotos & Gallos ab Anglis renovata fuit, iterumqve in concilio Baſileenſi inter Oratores Regis Angliæ & Caſtellæ graviſſima de hoc negotio contentio efferbuit, qvam ex ſchedis Cottonianis Jacobus Uſſerius deſcribit, qvi cap. 2. in ſuis Britannicarum eccleſiarum antiqvitatibus de Joſephi in Angli-

gliam adventu prolixe agit, & hanc de Joſepho traditionem, ſi modo aliqvid veri habeat, plurimis fabulis contaminatam judicat, unde ſe & otio ſuo & lectorum patientia abuſurum veretur, ſi omnia illa commenta, qvæ vel in magna Glaſtonenſium tabula de Joſepho referuntur, vel ex aliis ſtramentitiis ſcriptis a Capgravio, Hardingo & aliis referuntur, commemorare velit. Eandem de Joſephi ad Britannos adventu traditionem ut fictitiam explodunt Eduardus Stillingfleet in tractatu de origine eccleſiæ Britannicæ, Samuel Baſnagius in exercitationibus hiſtorico-criticis, & alii.

cap. 1.

p. 26.

XIV. Cum autem Joſephi ad Britannos adventus infirmo admodum fundamento nitatur, ſimul qvoqve epiſtolarum, qvas ad Britannicas eccleſias ſcripſiſſe dicitur,

tur, autoritas labaſcit. Accedit, qvod illæ epiſtolæ in nullius conſpectum unqvam venerint. De ipſo Joſepho refert Gregorius Turonenſis, qvod in cellulam incluſus & ab ipſis Sacerdotum Principibus cuſtoditus, ſed Domino reſurgente, cum parietes cellulæ in ſublimi ſuſpenſi fuiſſent, ab hac cuſtodia liberatus fuerit, ideoqvè Pontifices, cum a militibus corpus Chriſti repoſcerent, hoc reſponſum tulerint: *reddite vos Joſephum, & nos reddemus Chriſtum.* Sed epiſtolæ Joſephi Atimathæi, ſi unqvam in rerum natura fuerunt, cellis ſuis adhuc incluſæ jacent, nec prodire hactenus auſæ ſunt, metuentes, credo, ne fraude agnita publico omnium ludibrio exponantur. *lib. 1. hiſt. c. 20.*

XV. Joſepho addimus ejus in Jeſu honorifice contumulando ſo-

cium NICODEMUM, cui adſcribitur evangelium inter monumenta orthodoxographa a Joh. Jacobo Grynæo Baſileæ A.C.1569. editum. In iſto evangelio inter alia refertur, curſorem, qvi Chriſtum in prætorium arceſſivit, eum adoraſſe, & faſciale involutorium, qvod in manu ferebat, in terra expandiſſe, & Domini ad Præſidem ituri pedibus ſubſtraviſſe; capita ſignorum, qvæ ſigniferi pro more manibus geſtabant, Chriſto prætorium ingredienti ſponte ſe incurvaſſe, eumqve ringentibus & indignantibus Judæis ſalutaſſe; Henochum & Heliam ante ultimum Chriſti adventum in terram redituros, & in prælio adverſus Antichriſtum vitam amiſſuros eſſe; latronem cum Chriſto crucifixum crucem humeris ſuis portaſſe, nec prius in Paradiſum ab Angelo cuſtode

ſtode intromiſſum fuiſſe, qvam ipſi hoc crucis ſignum oſtendiſſet; reſuſcitatos cum Chriſto cum parentibus ſuis & amicis in urbe Hieroſolyma paſcha comediſſe, & in Jordane baptizatos fuiſſe, ut alias hujusmodi nugas hoc evangelio contentas taceamus.

XVI. Ad calcem hujus evangelii ſeqventia leguntur majoribus literis expreſſa: *in nomine Sanctæ Trinitatis expliciunt geſta Salvatorem Jeſum Chriſtum, qvæ invenit Theodoſius Magnus Imperator in Jeruſalem in prætorio Pontii Pilati in codicibus publicis, facta in anno decimo nono Imperatoris Tiberii Cæſaris Romanorum & Herodis Filii Herodis Regis Galilææ anno decimo ſeptimo principatus ej9, VIII. Calendas Aprilis, qvod eſt 23. die Martii conſultatoriæ revelationis in anno CCII. Olympiadis ſub principa-*

cipatu Judæorum Joſephi & Caiphæ, qvanta poſt crucem & paſſionem Domini hiſtoriatus eſt Nicodemus literis hebraicis. Nec plura addi opus eſt, ut hoc evangelium Nicodemo ſuppoſitum evincatur. Recte ſane Hornbeckius huic evangelio neqve evangelii neque Nicodemi nomen convenire aſſerit. Uſqve adeo tamen Nicodemi evangelium nonnullis placuit, ut in alias lingvas transtulerint. Verſio enim Anglo-Saxonica hoc ipſo anno 1698. Oxoniæ prodiit, germanica autem verſio jampridem lucem publicam adſpexit hoc titulo præfixo: Evangelium Nicodemi aus dem Latein ins Teutſch gebracht/ in welchem viel hüpſcher Puncten/ die die andern Evangeliſten nit ſetzen/ begriffen werden/ (doch ihnen nit wider/) faſt nützlich zu leſen. Nomen ſuum inter-

Miſcell. lib. 1. p. 32.

interpres tacuit, qvemadmodum etiam neqve annum neqve locum editionis indicavit. Videtur tamen germanicus interpres alium codicem ad manus habuiſſe, qvam qvo Grynæus in monumentis orthodoxographis uſus eſt. Nam qvæ Grynæus ad calcem poſuit, germanicus interpres nonnullis additis, detractis, & mutatis in fronte collocavit hoc modo: Es iſt geſchehen im XXX. Jahr des Kaiſerthumbs Tiberii zu der Zeyt Herodis Künig Herodis Sun/ am VIII. Kalen. Aprilis/ das iſt den 21. Tag des Mertzens / im vierdten Jahr des Raths des Sun Neſtionis, in der CC. Olimpias, iſt ain Zeyt vier Jar/ Olympiade und Fürſten der Jüden Anne und Caipha nach dem Creutz und Leiden unſers HErrn JEſu Chriſti hat Nicodemus beſchrieben die

Werck

Werck des Haylandes zu den Fürſten der Jůden / und zu den andern Jůden in Hebraiſcher Sprach / aber der Kaiſer Theodoſius hat geſchafft / daß es gebracht iſt worden in Lateiniſch Sprach. ꝛc. Num forte germanica hæc verſio melius conveniat cum aliis latinis editionibus, quæ, anteqvam Grynæi orthodoxographa prodirent, lucem aſpexerunt, alii viderint. Mihi enim nondum oculis uſurpare contigit vel editionem Antverpienſem anni 1538. cujus Geſnerus meminit, vel Lipſienſem anni 1516. qvam Sandius memorat. In eo autem fallitur Sandius, qvod evangelium hoc Nicodemi, de qvo hactenus dictum eſt, in Coptorum miſſa legi exiſtimat, etſi errantem Sandium etiam Hallervordius ſecutus fuerit. Nam in Coptitarum miſſa non legitur apo-

bibl. univ. fol. 517.

nucl. hiſt. eccl. p. 10.

bibliotb. curioſ. p. 284.

apocryphum hoc Nicodemi evangelium, ſed evangelica de Nicodemo hiſtoria, qvæ in Johannis evangelio memoratur, ut Viri celeberrimi Ludolfus & Tenzelius obſervarunt.

c. III. v. 1. ſeqq. Lud. comm. hiſt. æthiop. p. 18. Tenzel. de rit. lect. S. theſ. 33.

XVII. LAZARUM Mariæ & Marthæ fratrem a Chriſto excitatũ e ſepulchro prodiiſſe ex eodem Johannis evangelio conſtat. Non item certo conſtat, qvod nonnulli *tradiderunt*, Lazarum cum Maria, Martha, Marcella & ſociis navi ſine remis impoſitum in Gallia appuliſſe. Nam hæc traditio ad iſta Monachorum figmenta videtur pertinere, qvæ circa primos evangelii in Gallia præcones nata paſſim circumferri Franciſcus Boſqvetus in prima editione hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ Gallicanæ libere qveſtus eſt. Qvæ qverela ut juſtiſſima fuit, ita eam in ſecunda editione,

c. XI, v. 44.

ne, qvæ A. 1636. longe auctior prodiit, omiſſam Dallæus & alii haud immerito mirantur. Sed ut ad Lazarum redeamus, ejus in Gallias appulſum peculiari diſſertatione Johannes Launojus impugnavit, qvi etiam hanc diſſertationem edita apologia a Gveſnæi objectionibus vindicavit. Et qvamvis Launojo etiam Natalis Alexander ſe oppoſuerit, irritos tamen ejus conatus fuiſſe Reiſerus in Launojo teſte veritatis obſervavit. Huic autem Lazaro locum inter Scriptores eccleſiaſticos non dediſſem, niſi in ſupplemento epitomes bibliothecæ Geſnerianæ An. 1585. Lugduni per Antonium Verderium edito ex catalogo librorum hinc inde extantium, qvem Grammatinus exhibuit, ſeqventia referri meminiſſem: *liber ſancti & juſti Lazari, qvi qvatuor diebus ſepultus*

de uſu Patr. p. 32.

diſſ. 16. ſec. 1.

p. 777.

pultus fuit apud inferos, & qvemadmodum excitavit illum Chriſtus explicantur libri 4. qvos videntes Apoſtoli tres eorum abſconderunt, unusqve inventus eſt, eſtqve primus in urbe Roma, ut audivi ex Cardinali S. Crucis. Verum iſte Lazari liber adhuc ſepultus jacet, nunqvam, ut puto, in dias luminis auras prodicturus.

XVIII. MARCI Evangeliſtæ LITURGIAM ex codice monaſterii S. Mariæ ὁδηγήτρίας, qvod Roſſani apud Calabros ſub inſtituto S. Baſilii regitur, deſcribi curavit Gulielmus Sirletus Cardinalis, & deſcriptam Johanni a S. Andrea Canonico Pariſienſi transmiſit, qvi eam Pariſiis A. C. 1583 græce & latine in lucem publicam exire juſſit, ex qva editione eandem liturgiam Fronto Ducæus auctario bibliothecæ Patrum græco-latino inſeruit, *Tom. II. p. 24.*

*(C) ruit,

ruit, præmiſſa vita Evangeliſtæ Marci, in qva aſſeritur, qvod Marcus evangelio ſuo aſſumto in Ægyptum profectus fuerit, ibiqve Alexandrinam eccleſiam conſtituerit tantæ doctrinæ & continentiæ, ut Philo Judæus laudatiſſimum de illa librum ſcripſerit. Et negari ſane non poteſt, qvod nonnulli veteres Philonem in libro de vita contemplativa ſub Therapeutarum nomine Chriſtianos eccleſiæ Alexandrinæ a Marco inſtitutæ laudaſſe exiſtimaverint, in qva perſvaſione Euſebium, Epiphanium, & Hieronymum fuiſſe deprehendimus, qvorum poſtremus illam ipſam ob cauſam Philonem in catalogo ſuo eccleſiaſticis Scriptoribus annumeravit. Et horum autoritate moti nonnulli e Reformatis eandem ſententiam ſeqvuntur, ut Thomas Bruno in diſſertatione de

Euſ. libr. 2. hiſt. eccl. c. 16. 17. Epiphan. hæreſ. 29. n. 5. Hieronym9 catalog. Script. eccl.

Digitized by Google

de Therapeutis, qvam Colomeſius cum Clementis Romani ad Corinthios epiſtolis Londini publicavit, Beveregius in codice canonum vindicato, & alii. *libr. 3. c. 5.*

XIX. Pontificiis iſta ſententia tanto gratior eſt, qvod pro antiqvitate ſtatus monaſtici aliqvid facere videatur; unde Baronium, Bellarminum, Serarium & alios magno hanc cauſam conatu agere videas. Verum qvemadmodum Carmelitæ qvidam ordinis ſui antiqvitatem perperam ex Svetonio & Tacito probarunt, dum ex oraculo montis Carmeli, qvod Veſpaſianus conſuluiſſe dicitur, oratorium qvoddam ſub invocatione Deiparæ ab Apoſtolis in monte Carmelo conſecratum, & ex Baſilide aruſpice gentili Cœnobiarcham Carmeliticum fecerunt: ita etiam ex Philone Judæo mona-

Baron. ad An. C. 64.
Bell. de monach. libr. 2. c. 5.
Serar. trihæreſ. libr. 3. c. 16. ſeq. & minerv. libr. 5. c. 23. ſeq.
Svet. Veſp. c. 5.
libr. 2. annal. c. 78.

ſtici

ſtici ſtatus antiqvitas exſculpi non poteſt. Sane Holſtenius in præfatione ad codicem regularum, ſeu potius in materia præfationis ex e-
cap. 1. jus ſchedis collecta obſervat, Eſſenos, qvorum Hebræi meminerunt, uti & eos, qvos Philo libro proprio deſcribit, multis differentiis a monachorum inſtituto diſcrepaſſe, & ex monumentis qvæ ſuperſunt vitæ regularis initia Conſtantini M. ætati deputanda eſſe. Cujus ſententiam qvoad initia vitæ monaſticæ in diſſertatione ſua prævia ad acta S. Pachomii appro-
T. III. Sanct. Maj. p. 293. bat Papebrochius, & ex iſtis actis Pachomii confirmat. Idem Pape-
diſſ. prælim. ad Tom. III. Sanctorum Maji fol. 5. brochius alibi qvoqve Therapeutas Philonis monachos fuiſſe negat. Etſi enim Therapeutas a Philone deſcriptos chriſtianæ religioni addictos fuiſſe cenſeat, & Philonem e primis Alexandriæ chriſtia-

nis

nis a Marco inſtitutis mala fide Judæos feciſſe putet, eos tamen male ſibi conſulere judicat, qvi monachiſmum ab Elia uſqve ad Chriſti tempora per Eſſenos continuatum ſibi perſuadent, non attendentes, qvod Hegeſippus apud Euſebium *libr. 4. hiſt. eccl. c. 22.* Eſſenos inter ſeptem Judæorum ſectas Chriſto adverſantes retulerit, nec perpendentes, qvod Hieronymus ante Hilarionem nullos in Syria monachos fuiſſe ſcripſerit. Nec eum hujus ſententiæ poſtea *reſp. ad articul. 16. paragr. 3.* pœnituit, ut ex illis, qvæ Sebaſtiano a S. Paulo repoſuit, eluceſcit. Nec deſunt inter Pontificios, qvi Therapeutas Philonis ne chriſtianos qvidem, nedum monachos, fuiſſe aſſerunt, qvos inter Valeſius, qvi in ſuis ad Euſebium notis in eo *pag. 34.* qvidem a Joſepho Scaligero diſſentit, qvod Therapeutas ab Eſſenis diverſos faciat, in eo autem cum Sca-

Digitized by Google

ligero concordat, qvod Therapeutas chriſtianos fuiſſe neget. Et huc etiam referri poteſt Claudius Salmaſius, ſi vera ſunt, qvæ de ipſo Jeſuita Papebrochius in tractatu de Patriarchis Hieroſolymitanis retulit, nempe qvod eo tempore, cum Plinianas in Solinum exercitationes elucubravit, pontificiæ religioni adhuc addictꝰ fuerit, & poſtea demum non tam hæreticæ factionis ſtudio, qvam patriæ ſuæ tædio, ubi ſe ſupremo Divionenſis Parlamenti præſidatu jam certa ſpe prehenſo fruſtratum doluit, in transverſum actus fuerit, & ne ſic qvidem a Romano-catholica religione tam alienum ſe præbuerit, qvin cuidam fateretur, hac ſola cogitatione ſe in Hollandia retineri, qvod bis mutare partes erudito viro turpe nimis eſſet, cui facile eſſet, ut in forenſibus cauſis, ſic & in

p. verg. 2.

qvæ-

qvæſtionibus de fide partem utramlibet tueri. Veraneſit hæc de Salmaſio relatio, an conficta noſtra jam nihil intereſt, id certum eſt, qvod Salmaſius in Plinianis illis ad Solinum exercitationibus eos nugari cenſeat, qvi Eſſenos chriſtianos fuiſſe aſſerunt, etſi ſe autoritate veterum qvorundam Patrum tueantur. E noſtratibus Martinus Chemnitius non repugnat qvidẽ, chriſtianos fuiſſe Therapeutas a Philone delineatos, ſed tamen chriſtianos illos judaizantes fuiſſe aſſerit, & ritus a Philone delineatos non ex Apoſtolorum aut Marci inſtituto, ſed ex judaiſmo ortum habuiſſe affirmat. Qvin etiam ab ipſo Paulo in epiſtola ad Coloſſenſes chriſtianos illos judaizantes perſtringi collatis inter ſe Pauli & Philonis verbis magnus ille Theologus probare nititur, cujus

Tom. I. p.431.

exam. conc. Trid. p.776.

Col. II, 16. ſeq.

 ſen-

ſententiam in medio nunc relinqvimus.

XX. Cæterum qva occaſione Alexandrina eccleſia a Marco inſtituta fuerit, ab Eutychio in ejus annalibus refertur. Qvam Eutychii narrationem ex ejus annalibus excerptam Londini 1642. cum ſuo commentario Johannes Seldenus edidit. Paulo aliter hiſtoria Marci & origines eccleſiæ Alexandrinæ memorantur in hiſtoria Patriarcharum Alexandriæ, quæ inſerta eſt chronico orientali opera Abrahami Ecchellenſis ex arabica lingva in latinam translato, & A. C. 1657. Pariſiis edito. Utrobiqve tamen hæc narratio fabulæ qvam hiſtoriæ propior videtur. Qvicqvid autem ſit de fundatione Eccleſiæ per Marcum facta, illud certo aſſeverare auſim, liturgiam, qvæ nunc ſub Marci nomine extat, nec

tom. I. pag. 328. ſeq.

ab

ab Evangeliſta Marco ſcriptam, nec Marci ævo in eccleſia Alexandrina uſurpatam fuiſſe. Tanqvam pſeudepigrapham eam rejici a Theodoro Balſamone agnoſcit Johannes Bona. Varia in hac liturgia occurrere, qvæ ab Apoſtolorum ævo aliena ſunt, animadvertit Natalis Alexander, ut alios Pontificios, qvi Marci liturgiam tanqvam ſpuriam rejiciunt, taceamus. Anteqvam autem a Marco abeamus, illud qvoqve breviter monere placet, qvod Syriacam novi teſtamenti verſionem Marco Evangeliſtæ nonnulli tribuerint, & Syri imprimis, ut ex Gulielmi Poſtelli relatione Gvido Fabricius Boderianus in præfatione ad latinam novi teſtamenti Syriaci interpretationem atteſtatur. Verum iſta Syrorum traditio veritati haud conſentanea deprehenditur.

ad can. 32. conc. Trull. & reſp. 1. ad Marcum Patriarch. Bona liturg. lib. 1. c. 8. ſecul. 1. part. 1. p. 84.

XXI. Utrum Evangeliſta Marcus idem ſit cum JOHANNE MARCO, cujus in actis mentio occurrit, controverti ſolet. Etſi vero rationes illorum, qvi Johannem cognomento Marcum in actis apoſtolicis memoratum a Marco Evangeliſta diſtinguunt, non adeo ſolidas eſſe in ſuis ad Marci evangelium prolegomenis probaverit Dorſcheus, attamen & hoc certis argumentis probari non poteſt, qvod Marcus Evangeliſta cum Johanne Marco idem ſit, qva de re, ut nunc prolixe diſſeramus, inſtituti noſtri ratio haud patitur. Qvamobrem nunc illud tantum notamus, qvod juxta Sigebertum Gemblacenſem Johannes, qvi & Marcus, *paſſionem Barnabæ* ſcripſerit. Verum Baronius illa Barnabæ acta, qvæ ſub Johannis Marci nomine circumferuntur, & ab imperitis magno ap-

c. XII, 12. XV, 37.

de Script. eccleſ. c. 2.

Tom. I annal. ad A. C. 51.

plauſu accipiuntur multis iisqve apertiſſimis mendaciis coagmentata judicat. Speciminis loco inter alia adducit, qvod ſuppoſititius hic Marcus dicat, ſe natura non Judæum, ſed gentilem & famulum cujusdam idolorum ſacerdotis fuiſſe, cum tamen conſtet, Johannem Marcum Barnabæ conſobrinum & Mariæ filium fuiſſe, qvæ Hieroſolymis habitavit, unde Johannem Marcum Judæum fuiſſe minime dubitari poteſt. Græce illa acta Barnabæ in bibliotheca Vaticana extant, ubi etiam latina earundem verſio per Cardinalem Sirletum facta aſſervatur. Publici autem juris illa fecit Papebrochius, apud qvem plura de iſtis Barnabæ periodis Johanni Marco attributis videantur. *Act. ſanctor. Junii d.XI.T.II.*

XXII. Sub nomine PROCHORI unius e ſeptem primis eccleſiæ Dia-

Diaconis impoſtor qvidam hiſtoriam S. Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ concinnavit, qvam græce cum latina interpretatione Sebaſtiani Caſtalionis edidit Michael Neander. Nam poſt græco-latinam Lutheri catecheſin non ſolum varias Patrum Græcorum de plerisqve fidei chriſtianæ articulis & virtutibus chriſtianis ſententias, ſed etiam qvædam apocrypha adjecit, inter qvæ etiam illa de S. Johannis geſtis hiſtoria occurrit hoc titulo ſignata: Προχόρου τοῦ ἐπὶ ταῖς χρείαις τῶν ἑπτὰ καταςαθέντων ἀνεψιοῦ Στεφάνου τοῦ Πρωτομάρτυρος περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου καὶ Ἐυαγγελιςοῦ ἱςορία, *Prochori, qvi fuit unus de ſeptem miniſterio præfectis & conſobrinus Stephani protomartyris de Johanne Theologo & Evangeliſta hiſtoria.* Eandem fictitii Prochori

p. 526.

lucu-

lucubrationem monumentis ſuis orthodoxographis græce & latine, prout a Neandro edita fuerat, inſeruit Johannes Jacobus Grynæus. Latine Prochorum Pariſiis 1583. Renatus Laurentius de la Barre in hiſtoria chriſtiana veterū patrum edidit, qvæ primo ſtatim loco exhibet *Prochori Chriſti diſcipuli & Apoſtoli Johannis amanuenſis peregrinationum qvoqve & laborum ejusdem comitis hiſtoriam de miraculis, vita & aſſumtione B. Johannis Apoſtoli.* Hanc enim hederam prædictus hiſtoriæ chriſtianæ collector ſuo Prochoro ſuſpendit. Idem Prochori liber etiam in bibliothecis Patrum legitur. Verum etſi Græci hac Prochori hiſtoria in ſacris ſuis lectionibus utantur, & Simeon Metaphraſtrs in vita Johannis deſcribenda pleraqve ex Prochoro mutuatus fuerit, dubi-

um

um tamen non eſt, qvin liber hic fabuloſus alium, qvam Prochorum unum e ſeptem primis Diaconis autorem habeat. Fatentur id ex Pontificiis Johannes Maria Magiſter ſacri palatii, Poſſevinus, Baronius, Lorinus, & Bellarminus, qvorum teſtimonia Gerhardus in confeſſione ſua catholica adducit. Et longe plures illis addi poſſent, Natalis Alexander, Nicolaus le Nourry, Richardus Simonius, Philippus Labbeus, & ſexcenti alii, qvod contra alios Pontificios notamus, qvi nonnunqvam ad ſtabiliendos ſuos errores Prochori autoritate abutuntur. Et Bellarminus qvidem ſuſpicatur, hanc Prochori narrationem de rebus geſtis S. Johannis eundem librum eſſe, qvi ab Athanaſio Johannis Circuitus appellatur, qvam ſententiam etiam G. J. Voſſio placere video. Verum mihi

libr. 1. gener. p. 619. N. Al. ſec. 1. part. 1. p. 9. Nour. app. p. 129. Simon. nouvell. obſ. p. 5. Labb. de Script. eccl. T. II. p. 237.

Synopſ. S. Script. de Script. Græcis libr. 2. c. 9.

mihi Prochori liber Athanaſii ævo junior videtur, etſi forte ex iſtis Johannis periodis Prochorus figmenta ſua pleraqve hauſerit. De STEPHANI, qvi Prochori Diaconi collega fuit, REVELATIONIBUS a Gelaſio proſcriptis, cum pridem perierint, nihil addimus.

XXIII. LINO, qvi Petri in epiſcopatu Romano ſucceſſor perhibetur, duo libri tribui ſolent, unus de agone ſeu paſſione Petri, alter de paſſione Pauli, qvos Jacobus Faber Stapulenſis in ſuo ad Paulinas epiſtolas commentario, & Laurentius de la Barre in hiſtoria chriſtiana veterum Patrum ediderunt, ut bibliothecas Patrum, qvibus iſtæ Lini lucubrationes etiam inſertæ ſunt, taceamus. Labbeus Lini libros in monumentis orthodoxographis Baſileæ 1550. græce editos aſſerit. Verum iſta *Tom. 2. de Script. eccl. p. 28.*

Petri

Petri & Pauli acta a Lino conſignata nusqvam hactenus græce prodierunt, & in monumentis orthodoxographis ne latine quidem extant. Sive enim micropresbyticon A. C. 1550 Baſileæ editum, ſive monumenta orthodoxographa, qvæ ibidem A. 1555. Heroldi ſtudio prodierunt, ſive Theologos orthodoxos, qvos Geſnerus Tiguri A. 1559 imprimi curavit, ſive poſtremam orthodoxographorum monumentorum editionem A. 1569 a Grynæo Baſileæ vulgatam evolvas, nullum librorum Lini veſtigium deprehendes. Johannes Jacobus Chiffletius in altera Veſontionis ſuæ parte inter Biſontinos Epiſcopos primo loco Linum numerat, qvem primum e 72. Chriſti diſcipulis unum, poſtea etiam Petri diſcipulum & ab eo in Gallias miſſum refert, & inter alia commemorat, qvod

pag. 9.

qvod acta S. Petri & S. Pauli a Lino conſcripta, qvæ in bibliothecis Patrum & alibi Manichæorum fuligine tincta extant, in antiqviſſimis Biſontinis codicibus ſincera & tanto autore digna habeantur, unde etiam colligit, Biſontinos opus illud Lini Papæ tanqvam rem primi ſui Epiſcopi percaram habuiſſe, ac præcipuo qvodam ſtudio conſervatum in poſteros transfudiſſe. Perſvaſit hoc Chiffletius Ludovico Jacobo a S. Carolo, qvi in bibliotheca ſua pontificia Lini libros de Petri & Pauli martyrio Veſontione in Gallia puros aſſervari tradit. Qvis vero non miretur, puros illos Lini libros tamdiu apud Biſontinos deliteſcere potuiſſe, cum impuri & ab hæreticis depravati toties prodierint? Sed nec Ulrico Veleno fides adhibenda, qvi in libello, qvo probat Petrum Romam non veniſ- *libr. 1. p. 153.*

ſe, paſſiones Petri & Pauli per commentitium Linum conſcriptas a Jacobo Stapulenſi latinitate donatas aſſerit. Jacobus enim Faber Stapulenſis, etſi hoc Lini opus latine ediderit, latinitate tamen non donavit. Et qvamvis Sixtus Senenſis plurimiqve alii hoc opus græce a Lino ſcriptum aſſerant, & ipſa epigraphe teſtetur, hæc Lini acta de paſſione Petri & Pauli eccleſiis orientalibus tradita ac deinceps in latinum ſermonem converſa fuiſſe, primigenia tamen potius latina, qvam habemus, editio videtur. Veleno tamen in [illegible] benter c[illegible] ment[illegible] & [illegible]

perſ. 16.

libr 2. bibl. S. p. 78.

aliaqve fabuloſa memorantur, Petro & Paulo ſermones apoſtolica gravitate minus digni tribuuntur, ut alia argumenta taceamus, qvæ Nicolaum le Nourry impulerunt, ut hos libros imperiti alicujus nebulonis opus eſſe ſcripſerit, cujus ſcripta æternis tenebris ſepeliri debuiſſent. Unde miramur, Juſtum Lipſium, etſi epiſtolas Pauli ad Senecam & Senecæ ad Paulum ſub eorum nominibus editas ſpurias & pſeudepigraphas agnoſceret, Lini tamen autoritate motum fuiſſe, ut omnino inter Senecam & Paulum commercium aliqvod literarium interceſſiſſe ſibi perſvaderet. Verum Johannes Lorinus eundem impoſtorem, qvi mutuas Pauli & Senecæ e[illegible] contexuit, etiam [illegible] ne Petri & Pauli [illegible] iptum compo- [illegible] Et Nicolaus An- [illegible], roni-

Appar. ad B. B. P. P. diſſ. 6. p. 135

Vit. Senec.

ad Act. XVIII. 5. 13.

tonius in bibliotheca ſua Hiſpana veteri de Pauli & Senecæ epiſtolis agens, cum Lini teſtimonium, qvod pro illis epiſtolis afferri ſolet, attigiſſet, ſtatim ſubjicit: *hunc librum communiter improbant, & fictitii nota inurunt catholici doctores, Baronius, Bellarminus, Eſpencæus, Poſſevinus, Labbeus, uti & heterodoxi Andr. Rivetus, Gerhardus Johannes Voßius, Gaſpar Barthius, alii.* Et paulo poſt: *qvisqvis ille fuerit de paſsione Apoſtolorum Scriptor, dummodo non Linus, potuit cum Hieronymo & Auguſtino vulgi rumores ſeqvi.* Nam præter commentitium Linum, cui fictitius Dexter adjungi poteſt, etiam Hieronymus in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum & Auguſtinus aliqvam epiſtolarum Senecæ ad Paulum mentionem faciunt. Unde Lipſius de Senecæ & Pauli epiſto-

Tom. I. lib. 1. c. 8 p. 30.

Bar. ad A. C. LXIX, 6.
Bellar. de Script. eccleſ.
Eſp. libr. 6. de cont. c. 2.
Poſſ. in appar.
Labb. de Script. eccleſ.
Rivet. Crit. Sac.
Voſſ. de H. G. libr. 2. c. 9.
Barth. libr. 43. adv. c. 13.
Dext. in chron. ad A. C. 64.

de vit. Senec. c. 10.

epiſtolis agens, *ergo*, inqvit, *inter ſe nihil ſcripſerunt? Hieronymus, Auguſtinus atqve etiam antiqvior utroqve Linus Pontifex aſſerunt, atqve adeo Johanni Sarisberienſi fortiter deſipere videntur, qvi non venerantur eum, qvem apoſtolicam familiaritatem meruiſſe conſtat.* Qvæ Lipſii verba dum Johannes Clericus refutat, obſervat, Lini librum eſſe manifeſto ſuppoſititium, Johannem Sarisberienſem ſententiam barbari ſeculi proferre, qvo mentiendi libido & ignorantia pari paſſu ambularunt, Hieronymum ex Eraſmi judicio tacite qvid ſentiat erudito lectori indicare, nempe qvod illæ epiſtolæ falſo Paulo & Senecæ inſcribantur, Auguſtinum vero id duntaxat dicere, *ſe nonnullis indiciis inveniſſe, qvod Seneca Apoſtolorum temporibus claruerit*, eamqve in rem fictitiis

art. crit. part. 3. S. 2. c. 6. p. 504. ſeq.

libr. 6. de C. D. c. 10.

tiis illis epiſtolis neqvaqvam opus eſſe, cum aliunde ſatis conſtet, Senecam, qvi ſub Neronis principatu interfectus eſt, Apoſtolorum temporibus vixiſſe. Verum qvi Auguſtini autoritate epiſtolarum Pauli & Senecæ γνησιότητα tueri ſatagunt, non tam illo Auguſtini loco nituntur, qvem ex libris de Civitate Dei Clericus adducit, qvam alio, qvi in epiſtolis Auguſtini legitur. Nam in epiſtola ad Macedonium qvasdam Senecæ ad Paulum epiſtolas legi aſſerit, qvamvis etiam hic Auguſtini locus neminem urgeat, cum nihil amplius probet, qvam non noſtro demum ævo epiſtolas qvasdam Senecæ ad Paulum fingi & circumferri cœpiſſe. Verum de illis Pauli & Senecæ epiſtolis jam alibi egimus. Nunc tantum plura de illis lecturos ad laudatam Antonii biblio-

ep. 54. ſ. in nupera edit. 153. c, 14.

de pſeudepigr. apoſtol. c. 6. th. 10. & 11.

bliothecam Hiſpanam plurimosqve autores ibi allegatos ablegamus. Plures autem de Lino fabulas lecturis Sauſſayi tractatum de myſticis Galliæ Scriptoribus commendamus.

XXIV. Eidem Lino Ordericus Vitalis tribuit tractatum de conflictu Simonis Petri & Simonis Magi, qvi alias ſub MARCELLI nomine prodiit. Verum cum de iſto Marcelli ſcripto, qvod mutilum Ludovicus Jacobus a S. Carolo, integrum Fridericus Nauſea & Franciſcus Maria Florentinius ediderunt, in diſſertatione de Hæreſiarchis ævi apoſtolici ejusqve appendice jam dixerimus, actum agere nolumus. Ejusdem vero furfuris ſcripta ſunt *epiſtola Nerei & Achillei ad Marcellum*, nec non *Eutychis, Victorini & Maronis ad Marcellum epiſtola*, qvæ in actis

libr. 2. hiſtor. eccleſ. p. 393.

ſect. 1. c. 2. theſ. 7. & in append. ad c. 2. theſ. 13.

tiis illis epiſtolis neqvaqvam opus eſſe, cum aliunde ſatis conſtet, Senecam, qvi ſub Neronis principatu interfectus eſt, Apoſtolorum temporibus vixiſſe. Verum qvi Auguſtini autoritate epiſtolarum Pauli & Senecæ *γνησιότητα* tueri ſatagunt, non tam illo Auguſtini loco nituntur, qvem ex libris de Civitate Dei Clericus adducit, qvam alio, qvi in epiſtolis Auguſtini legitur. Nam in epiſtola ad Macedonium qvasdam Senecæ ad Paulum epiſtolas legi aſſerit, qvamvis etiam hic Auguſtini locus neminem urgeat, cum nihil amplius probet, qvam non noſtro demum ævo epiſtolas qvasdam Senecæ ad Paulum fingi & circumferri cœpiſſe. Verum de illis Pauli & Senecæ epiſtolis jam alibi egimus. Nunc tantum plura de illis lecturos ad laudatam Antonii biblio-

ep. 54. ſ. in nupera edit. 153. c. 14.

de pſeudepigr. apoſtol. c. 6. th. 10. & 11.

bliothecam Hiſpanam plurimosqve autores ibi allegatos ablegamus. Plures autem de Lino fabulas lecturis Sauſſayi tractatum de myſticis Galliæ Scriptoribus commendamus.

XXIV. Eidem Lino Ordericus Vitalis tribuit tractatum de conflictu Simonis Petri & Simonis Magi, qvi alias ſub MARCELLI nomine prodiit. Verum cum de iſto Marcelli ſcripto, qvod mutilum Ludovicus Jacobus a S. Carolo, integrum Fridericus Nauſea & Franciſcus Maria Florentinius ediderunt, in diſſertatione de Hæreſiarchis ævi apoſtolici ejusqve appendice jam dixerimus, actum agere nolumus. Ejusdem vero furfuris ſcripta ſunt *epiſtola Nerei & Achillei ad Marcellum*, nec non *Eutychis, Victorini & Maronis ad Marcellum epiſtola*, qvæ in actis

libr. 2. hiſtor. eccleſ. p. 393.

ſect. 1. c. 2. theſ. 7. & in append. ad c. 2. theſ. 13.

Digitized by Google

um tamen non eſt, qvin liber hic fabuloſus alium, qvam Prochorum unum e ſeptem primis Diaconis autorem habeat. Fatentur id ex Pontificiis Johannes Maria Magiſter ſacri palatii, Poſſevinus, Baronius, Lorinus, & Bellarminus, qvorum teſtimonia Gerhardus in confeſſione ſua catholica adducit. Et longe plures illis addi poſſent, Natalis Alexander, Nicolaus le Nourry, Richardus Simonius, Philippus Labbeus, & ſexcenti alii, qvod contra alios Pontificios notamus, qvi nonnunqvam ad ſtabiliendos ſuos errores Prochori autoritate abutuntur. Et Bellarminus qvidem ſuſpicatur, hanc Prochori narrationem de rebus geſtis S. Johannis eundem librum eſſe, qvi ab Athanaſio Johannis Circuitus appellatur, qvam ſententiam etiam G. J. Voſſio placere video. Verum mihi

libr.1.gener.p.619.
N.Al.ſec.1.part.1.p.9.
Nour.app.p.129.
Simon.nouvell.obſ.p.5.
Labb.de Script.eccl.T.II.p.237.
Synopſ.S.Script.
de Script.Græcis libr.2.c.9.

mihi Prochori liber Athanaſii ævo junior videtur, etſi forte ex iſtis Johannis periodis Prochorus figmenta ſua pleraqve hauſerit. De STEPHANI, qvi Prochori Diaconi collega fuit, REVELATIONIBUS a Gelaſio proſcriptis, cum pridem perierint, nihil addimus.

XXIII. LINO, qvi Petri in epiſcopatu Romano ſucceſſor perhibetur, duo libri tribui ſolent, unus de agone ſeu paſſione Petri, alter de paſſione Pauli, qvos Jacobus Faber Stapulenſis in ſuo ad Paulinas epiſtolas commentario, & Laurentius de la Barre in hiſtoria chriſtiana veterum Patrum ediderunt, ut bibliothecas Patrum, qvibus iſtæ Lini lucubrationes etiam inſertæ ſunt, taceamus. Labbeus Lini libros in monumentis *Tom. 2. de Script. eccl. p. 28.* orthodoxographis Baſileæ 1550. græce editos aſſerit. Verum iſta

Petri

Petri & Pauli acta a Lino conſignata nusqvam hactenus græce prodierunt, & in monumentis orthodoxographis ne latine quidem extant. Sive enim micropresbyticon A. C. 1550 Baſileæ editum, ſive monumenta orthodoxographa, qvæ ibidem A. 1555. Heroldi ſtudio prodierunt, ſive Theologos orthodoxos, qvos Geſnerus Tiguri A. 1559 imprimi curavit, ſive poſtremam orthodoxographorum monumentorum editionem A. 1569 a Grynæo Baſileæ vulgatam evolvas, nullum librorum Lini veſtigium deprehendes. Johannes Jacobus Chiffletius in altera Veſontionis ſuæ parte inter Biſontinos Epiſcopos primo loco Linum numerat, qvem primum e 72. Chriſti diſcipulis unum, poſtea etiam Petri diſcipulum & ab eo in Gallias miſſum refert, & inter alia commemorat, qvod

pag. 9.

qvod acta S. Petri & S. Pauli a Lino conſcripta, qvæ in bibliothecis Patrum & alibi Manichæorum fuligine tincta extant, in antiqviſſimis Biſontinis codicibus ſincera & tanto autore digna habeantur, unde etiam colligit, Biſontinos opus illud Lini Papæ tanqvam rem primi ſui Epiſcopi percaram habuiſſe, ac præcipuo qvodam ſtudio conſervatum in poſteros transfudiſſe. Perſvaſit hoc Chiffletius Ludovico Jacobo a S. Carolo, qvi in bibliotheca ſua pontificia Lini libros de Petri & Pauli martyrio Veſontione in Gallia puros aſſervari tradit. *libr.1.p.153.* Qvis vero non miretur, puros illos Lini libros tamdiu apud Biſontinos deliteſcere potuiſſe, cum impuri & ab hæreticis depravati toties prodierint? Sed nec Ulrico Veleno fides adhibenda, qvi in libello, qvo probat Petrum Romam non veniſ-

ſe, paſſiones Petri & Pauli per commentitium Linum conſcriptas a *perſ6aſ. 16.* Jacobo Stapulenſi latinitate donatas aſſerit. Jacobus enim Faber Stapulenſis, etſi hoc Lini opus latine ediderit, latinitate tamen non *libr 2. bibl. S. p. 78.* donavit. Et qvamvis Sixtus Senenſis plurimiqve alii hoc opus græce a Lino ſcriptum aſſerant, & ipſa epigraphe teſtetur, hæc Lini acta de paſſione Petri & Pauli eccleſiis orientalibus tradita ac deinceps in latinum ſermonem converſa fuiſſe, primigenia tamen potius latina, qvam habemus, editio videtur. Veleno tamen in eo libenter conſentimus, qvod commentitius ſit Linus, cujus nomen & titulum hi libri præferunt. Nam in his libris Petrus conjugia ſolvit, & uxores a viris etiam invitis ſeparat, reſurrectio Patrocli, viſiones Petri & Pauli Neroni aliisqve factæ,

alia-

Digitized by Google

aliaqve fabuloſa memorantur, Petro & Paulo ſermones apoſtolica gravitate minus digni tribuuntur, ut alia argumenta taceamus, qvæ Nicolaum le Nourry impulerunt, ut hos libros imperiti alicujus nebulonis opus eſſe ſcripſerit; cujus ſcripta æternis tenebris ſepeliri debuiſſent. Unde miramur, Juſtum Lipſium, etſi epiſtolas Pauli ad Senecam & Senecæ ad Paulum ſub eorum nominibus editas ſpurias & pſeudepigraphas agnoſceret, Lini tamen autoritate motum fuiſſe, ut omnino inter Senecam & Paulum commercium aliqvod literarium interceſſiſſe ſibi perſvaderet. Verum Johannes Lorinus eundem impoſtorem, qvi mutuas Pauli & Senecæ epiſtolas contexuit, etiam libellum de paſſione Petri & Pauli Lini nomine inſcriptum compoſuiſſe ſuſpicatur. Et Nicolaus An-

Appar. ad B. B. P. P. diſſ. 6. p. 135.

Vit. Senec.

ad Act. XVIII. 6. 13.

oni-

toniusin bibliotheca ſua Hiſpana veteri de Pauli & Senecæ epiſtolis agens, cum Lini teſtimonium, qvod pro illis epiſtolis afferri ſolet, attigiſſet, ſtatim ſubjicit: *hunc librum communiter improbant, & fictitii nota inurunt catholici doctores, Baronius, Bellarminus, Eſpencæus, Poſſevinus, Labbeus, uti & heterodoxi Andr. Rivetus, Gerhardus Johannes Voſſius, Gaſpar Barthius, alii.* Et paulo poſt: *qvisqvis ille fuerit de paſſione Apoſtolorum Scriptor, dummodo non Linus, potuit cum Hieronymo & Auguſtino vulgi rumores ſeqvi.* Nam præter commentitium Linum, cui fictitius Dexter adjungi poteſt, etiam Hieronymus in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum & Auguſtinus aliqvam epiſtolarum Senecæ ad Paulum mentionem faciunt. Unde Lipſius de Senecæ & Pauli epiſto-

Tom. I. lib. 1. c. 8. p. 30.

Bar. ad A. C. LXIX, 6. Bellar. de Script. eccleſ. Eſp. libr. 6. de cont. c. 2. Poſſ. in appar. Labb. de Script. eccleſ. Rivet. Crit. Sac. Voſſ. de H. G. libr. 2. c. 9. Barth. libr. 43. adv. c. 13. Dext. in chron. ad A. C. 64.

de Vit. Senec. c. 10.

epiſtolis agens, *ergo,* inqvit, *inter ſe nihil ſcripſerunt? Hieronymus, Auguſtinus atqve etiam antiqvior utroqve Linus Pontifex aſſerunt, atqve adeo Johanni Sarisberienſi fortiter deſipere videntur, qvi non venerantur eum, qvem apoſtolicam familiaritatem meruiſſe conſtat.* Qvæ Lipſii verba dum Johannes Clericus refutat, obſervat, Lini librum eſſe manifeſto ſuppoſititium, Johannem Sarisberienſem ſententiam barbari ſeculi proferre, qvo mentiendi libido & ignorantia pari paſſu ambularunt, Hieronymum ex Eraſmi judicio tacite qvid ſentiat erudito lectori indicare, nempe qvod illæ epiſtolæ falſo Paulo & Senecæ inſcribantur, Auguſtinum vero id duntaxat dicere, *ſe nonnullis indiciis inveniſſe, qvod Seneca Apoſtolorum temporibus claruerit,* eamqve in rem ficti-

Art. crit. part. 3. S. 1. c. 6. p. 504. ſeq.

libr. 6. de C. D. c. 10.

tiis illis epiſtolis neqvaqvam opus eſſe, cum aliunde ſatis conſtet, Senecam, qvi ſub Neronis principatu interfectus eſt, Apoſtolorum temporibus vixiſſe. Verum qvi Auguſtini autoritate epiſtolarum Pauli & Senecæ γνησιότητα tueri ſatagunt, non tam illo Auguſtini loco nituntur, qvem ex libris de Civitate Dei Clericus adducit, qvam alio, qvi in epiſtolis Auguſtini legitur. Nam in epiſtola ad Macedonium qvasdam Senecæ ad Paulum epiſtolas legi aſſerit, qvamvis etiam hic Auguſtini locus neminem urgeat, cum nihil amplius probet, qvam non noſtro demum ævo epiſtolas qvasdam Senecæ ad Paulum fingi & circumferri cœpiſſe. Verum de illis Pauli & Senecæ epiſtolis jam alibi egimus. Nunc tantum plura de illis lecturos ad laudatam Antonii biblio-

ep. 54. ſ. in nupera edit. 153. c, 14.

de pſeudepigr. apoſtol. c. 6. th. 10. & 11.

bliothecam Hiſpanam plurimosqve autores ibi allegatos ablegamus. Plures autem de Lino fabulas lecturis Sauſſayi tractatum de myſticis Galliæ Scriptoribus commendamus.

XXIV. Eidem Lino Ordericus Vitalis tribuit tractatum de conflictu Simonis Petri & Simonis Magi, qvi alias ſub MARCELLI nomine prodiit. Verum cum de iſto Marcelli ſcripto, qvod mutilum Ludovicus Jacobus a S. Carolo, integrum Fridericus Nauſea & Franciſcus Maria Florentinius ediderunt, in diſſertatione de Hæreſiarchis ævi apoſtolici ejusqve appendice jam dixerimus, actum agere nolumus. Ejusdem vero furfuris ſcripta ſunt *epiſtola Nerei & Achillei ad Marcellum*, nec non *Eutychis, Victorini & Maronis ad Marcellum epiſtola*, qvæ in actis

libr. 2. hiſtor. eccleſ. p. 393.

ſect. 1. c. 2. theſ. 7. & in append. ad c. 2. theſ. 13.

Nerei & Achillei exhibentur. Bene autem Papebrochius in addendis ad illa acta, *fingunt*, inqvit, *etiam epiſtolas ad iſtum* (Marcellum) *a Sanctis ex inſula Pontia & ab hoc ad illos datas de Simonis Magi & Petri Apoſtoli contentione, argumentis ex Hegeſippi apud Surium fragmento deſumptis, qvas epiſtolas merito explodes.* Lubentes meritoqve id facimus, qvemadmodum etiam Marcelli hujus, qvem Hiſpani nonnulli Eugenium cognominant, & Toletanum Epiſcopum faciunt, carmen de martyrio Dionyſii explodimus, qvod Hilduinus in ſuis Areopagiticis penes ſe extitiſſe fabulatur, & Dexter in chronico ſuo tanqvam elegantiſſimum commendat.

T. VII. Maj.

A.C.130. n. 3. p. 226.

XXV. *Epiſtolam de paſſione & martyrio Andreæ* Apoſtoli, qvam PRESBYTERI ET DIACO-

NI

NI ACHAIÆ tanqvam oculati teſtes ad eccleſias in oriente & occidente, meridie & ſeptentrione conſtitutas ſcripſerunt, Mombritius Lipomannus & Surius in vitis & actis Sanctorum ediderunt. Eandem R. Laurentius de la Barre hiſtoriæ ſuæ chriſtianæ inſeruit, ut Andream du Sauſſay Epiſcopum & Comitem Tullenſem taceamus, qvi ad calcem operis ſui de gloria Andreæ in 12. libros & duas partes digeſti, hanc Preſbyterorum Achajæ epiſtolam iterum vulgavit. Et hanc epiſtolam à Baronio non uno in loco damnatam videri celeberrimus hiſtoriæ literariæ eccleſiaſticæ Autor aſſerit, ſicut etiam Noſtratium nonnulli hanc Presbyterorum Achajæ epiſtolam critico Baronii obelo expunctam affirmant. Veruntamen fatendum eſt, qvod Baronius, etſi

Gul. Cav. p. 16.

Dannh. Chriſt. p. 887. Olear. abac. p. 3.

acta Andreæ, qvorum apud Epiphanium & alios veteres mentio occurrit, reprobaverit, aliter tamen de epiſtola Presbyterorum Achajæ ſenſiſſe videatur. Cum enim de actis Andreæ per Manichæos corruptis egiſſet, ſtatim ſubjicit:
A. C LXIX. n. 34. *qvæ vero de Andreæ martyrio in epiſtola Presbyterorum Achajæ habentur expreſſa, digna exiſtimata ſunt, ut in eccleſia recitentur.* Clarius hanc epiſtolam approbant & tanqvam genuinam defendunt Bellarminus, Natalis Alexander, Labbeus, & imprimis, ut alios jam taceamus, paulo ante nominatus Epiſcopus Tullenſis Andreas du Sauſſay. Is enim huic Presbyterorum & Diaconorum Achaicorum epiſtolæ prolixam diſſertationem ſubjicit, qva ejus germanitatem & autoritatem demonſtrare ſatagit. Diviſa eſt hæc diſſertatio in duas

Bellarm. de Script. eccleſ. p. 46. N. Alex. ſecul. 1. part. 1. p. 109. Labb. Tom. I. Script. eccl. p. 3. & in add. p. 677.

duas partes. Ac primum qvidem ritum ſanctorum Martyrum agones deſcribendi antiqvum eſſe oſtendit, & hunc morem etiam in Andreæ martyrio ab Achajæ Presbyteris, qvo nomine non ſolū ſecundi ordinis Sacerdotes; ſed etiam Epiſcopos comprehendit, & Diaconis obſervatum pronunciat, qvorum de paſſione Andreæ epiſtolam non apocrypham ſed authenticam eſſe ex regulis a Gelaſio Papa in Romano 70. Epiſcoporum concilio conſtitutis elici poſſe arbitratur. His præmiſſis catalogum teſtium contexit, qvorum ſuffragiis ſinceritatem hujus epiſtolæ aſtrui poſſe contendit. Adducit ergo Ambroſii miſſam, Damaſi hymnum de Andrea, Auguſtini librum de vera & falſa pœnitentia, Gregorii Magni ſacrum officium, qvod in natali Andreæ peragendum

dum de novo illum compoſuiſſe tradit, Sophronii catalogum Scriptorum eccleſiaſticorum, Gregorii Turonenſis tractatum de miraculis martyrum, Bedæ & Uſuardi martyrologia, Adonis libellum de feſtivitatibus SS. Apoſtolorum, Remigii commentarium in Pſalmos, Wolphemi epiſtolam ad Meginardum, Lanfranci tractatum de corpore & ſangvine Domini, Jvonis ſermonem de convenientia veteris & novi ſacrificii, Petri Damiani & S. Bernhardi ſermones, qvorum ſuffragia perſpicua traditione & conſtanti Romanæ ſedis judicio confirmari poſſe arbitratur. Deinde in ſecunda hujus diſſertationis parte ad ea reſpondere nititur, qvæ Edmundus Albertinus contra autoritatem & antiqvitatē hujus epiſtolæ diſſeruit.

Libr. 2. de euchariſt. p. 258.

XXVI. Nos omnia ab Aubertino

tino vel Albertino dicta non probamus. Neqve tamen ab Epiſcopo Tullenſi perſvaderi nobis patimur, ut epiſtolam de paſſione Andreæ, qvæ a Presbyteris & Diaconis Achajæ ſcripta circumfertur, pro genuina agnoſcamus. Inter teſtium ſuffragia, qvibus ſuam ſententiam Sauſſayus ſtabilire conatus, multa ſunt, qvæ ad rem nihil faciunt. Nullam enim epiſtolæ hujus Presbyterorum Achajæ mentionem faciunt, ſed tantum aliqvid de Andrea proferunt. Qvod autem, qvæ apud veteres illos Scriptores de Andrea occurrunt, ex hac epiſtola deprompta ſint, probari non poteſt. Imo potius impoſtorem illum, qvi hanc epiſtolam Presbyteris Achajæ ſuppoſuit, nonnulla, qvæ de Andrea retulit, ex antiqvis Scriptoribus hauſiſſe, veriſimilius videtur. Deinde inter

inter ſuffragia veterum a Sauſſayo cumulata nonnulla occurrunt, qvæ pſeudepigrapha eſſe nemo negaverit, qvi aliqva criticæ artis peritia imbutus nec omni pudore deſtitutus eſt. Ambroſii certe miſſam indignam Ambroſii editores cenſuerunt, qvam Ambroſii operibus adderent. Tractatum de vera & falſa pœnitentia totum fere in decreta ſua Gratianus, & in ſententias ſuas Lombardus cum Auguſtini nomine qvidem retulit, nec negari poteſt, a Petro Bleſenſi, Vincentio Bellovacenſi, Thoma Aqvinate & aliis hunc tractatum Auguſtino tribui. Verum prætergvam qvod in hoc tractatu Auguſtinus ipſe allegatur, alia qvoqve argumenta ſuppetunt, qvæ hoc opus Auguſtini non eſſe clamitant. Occurrunt enim in hoc tractatu phraſes ab Auguſtino alienæ. Præterea

terea autor in Scripturis exponendis neqve cum Auguſtino conſentit, neqve parem cum eo ſolertiam habere ſe oſtendit, ut in critico ſuo Auguſtiniano animadvertit Bernardus Vindingus, cujus ſententiam Fratres Benedictini in prævia ad hunc tractatum admonitione approbarunt. Bernhardum ſermonum de vigilia & natali S. Andreæ germanum parentem eſſe Labbeus dubitat, & in editione operum Bernhardi, quam Johannes Mabillon Pariſiis A. C. 1690. publicavit, ſermo ille, cujus verba Sauſſayus allegavit, Nicolao Claræval-lenſi adſignatur. Cæteris Scriptoribus a Sauſſayo allegatis antiqvitatis ſilentium opponimus. Nam per ſeptem priora eccleſiæ ſecula altum fuit de hac epiſtola Presbyterorum Achajæ ſilentium. Nulla alia Andreæ acta veteres memorant,

Tom. 6. Oper. Aug. p. 231.

Tom. V. Oper. Bernh. p. 713.

rant, qvam qvæ tanqvam adulterina reprobant. Euſebii, Epiphanii, Philaſtrii, Auguſtini, Turribii, & Gelaſii loca in diſſertatione de pſeudepigraphis apoſtolicis indicavimus. Nusqvam autem ſpuria illa Andreæ acta a genuinis, qvæ per Presbyteros & Diaconos Achajæ ſcripta perhibentur, diſtingvuntur, unde haud immerito colligimus, qvod antiqvis Scriptoribus nulla alia Andreæ acta qvam ſpuria cognita fuerint. Idqve hinc etiam confirmari poteſt, qvod hanc epiſtolam nusqvam adverſus Arianos allegatam reperiamus, etſi ipſa inſcriptio Filium Dei Patri conſubſtantialem his verbis doceat: *pax vobis & univerſis, qvi credunt unum Deum in Trinitate perfectum, verum Patrem ingenitum, verum Filium unigenitum, verum Spiritum S. procedentem*

c. 5. theſ. 4.

dentem ex Patre in Filio permanentem, ut oſtendatur unus Spiritus eſſe in Patre & Filio, & hoc eſſe unigenitum Filium, qvod eſt & ille qui genuit. Qvi certe locus ab orthodoxis in certaminibus adverſus Arianos omiſſus non fuiſſet, ſi aliqvam hujus epiſtolæ notitiam habuiſſent. Dum vero in eadem ſalutatione Spiritus ex Patre procedere & in Filio permanere dicitur, nova hinc adverſus antiqvitatem hujus epiſtolæ ſuſpicio oritur. Nam verba illa errorem Græcorum de proceſſione Spiritus S. ex ſolo Patre ſapiunt. Et qvamvis regeri ſoleat, in Mombritii editione & manuſcriptis qvibusdam exemplaribus verba illa non legi, ideoqve a Græcis addita videri, pari tamen facilitate a Latinis in qvibusdam exemplaribus deleri & eradi, qvam a Græcis intrudi potuerunt.

Digitized by Google

Varia qvoqve in ipſa narratione hujus epiſtolæ ſe lectorum oculis objiciunt, qvæ ejus fidem dubiam faciunt. Unde & inter ipſos Pontificios inventi, qvi ſuppoſititiam eſſe hanc epiſtolam candide profitentur. Johannis Witthi Epiſcopi Wintonienſis teſtimonium ex ejus diacoſimartyrio Robertus Cocus allegavit. Nec diffitetur Bellarminus in tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis, qvod aliqvando magnum virum, qvi ſcriptum hoc in dubium vocavit, audiverit. E recentioribus noſtri ævi Pontificiis hanc epiſtolam ſpuriam eſſe probant Ellies du Pin & Dominus de Tilmont, qvorum poſterior plurimas rationes adducit, qvibus autoritatem hujus epiſtolæ infringi & everti poſſe probat.

cenſur. p.105.

Dupin. bibliothec. Script. ecc. T. I.

memor. hiſt. eccleſ. T. I. part. 3. p. 1058.

XXVII. Abdiæ, qvi ſe Chriſti & Apoſtolorum diſcipulum & ab

ab Apoſtolis Babyloniæ Epiſcopum ordinatum fingit, libros 10. de hiſtoria certaminis apoſtolici in qvodam Carinthiæ monaſterio invenit Wolfgangus Lazius hoc titulo, qvi ad calcem adſcriptus fuit, exornatum: *ſcripſit geſta Apoſtolorum Abdias Babyloniæ Epiſcopus, qvi ab ipſis Apoſtolis ordinatus eſt, ſermone hebræo, qvæ univerſa ab Eutropio in græcum, & ab Africano latino ſunt translata ſermone & in decem libros deſcripta.* Qvo theſauro antiqvitatis invento verbis exprimere non poteſt, qvanto gaudio perfuſus fuerit. Statim autem de autore hoc non ſolum evolvendo ſed etiam publicando cogitavit, in qvo propoſito confirmatus fuit, cum in monaſterio S. Thudberti, qvod in nemore ſylvæ Herciniæ ſitum eſt, aliud idqve vetuſtius Abdiæ exemplar invenit.

Viennam igitur reverſus utrumqve exemplar inter ſe contulit & typis Oporinianis Baſileæ A.C.1552. ſimul cum aliis qvibusdam ejus generis monumentis imprimi curavit, dubius num Abdias in duobus prioribus libris, qvibus Petri & Pauli acta deſcribuntur, qvædam ex Lucæ actis, an Lucas ex Abdia mutuatus fuerit, cum uterqve eodem tempore vixerit, & Apoſtolorum diſcipulus fuerit. Idem Abdiæ opus in hiſtoria chriſtiana veterum Patrum, qvam R. Laurentius de la Barre collegit, legitur. Minori forma Abdiam ſimul cum Joachimi Perionii hiſtoria apoſtolica Maternus Cholinus A. C. 1576. Coloniæ excudit. Editionem Pariſienſem anni 1571. bibliotheca Sluſiana indicat. Editionis Pariſienſis, qvæ A. C. 1560. prodiit, notitiam Telleriana bibliotheca ſuppeditat.

Digitized by Google

peditat. Alias editiones alii retulerunt, e qvibus Labbeus obſervat, qvod hos Abdiæ libros non omiſerint bibliothecæ veterum Patrum compilatores. At nec in editione omnium prima Pariſienſi, nec in editione omnium poſtrema Lugdunenſi Abdiam reperire mihi licuit. Num in mediis ſive Pariſienſibus ſive Colonienſi reperiatur, aliis diſpiciendum nunc relinqvo. Verum nihil, qvod vel umbram apoſtolici pectoris referat, in Abdia deprehendi, jampridem cordati viri rectiſſime judicarunt. Tantum enim nugarum & fabularum his libris continetur, ut Inqviſitores ſub Paulo IV. etſi alias ad multa conniventes cenſoria virgula eos notaverint, ut Eſpencæus in ſcholiis ad librum ſacrarum heroidum animadvertit, unde & Sixtus Senenſis Paulum IV. hoc ſcriptum

T. I. de Scriptor. eccl. p. 2.

p. 1003. libr. 2. bibl. S. p. 40.

Digitized by Google

tanqvam fide indignum inter ſcripta a ſe damnata rejeciſſe refert. Qvamobrem dubio procul poſteriores Bellarmini cogitationes ſapientiores prioribus fuerunt. Cum enim votum continentiæ Abdiæ autoritate comprobaſſet, eum poſtea argumenti hujus pœnituit, unde in recognitione librorum ſuorum ſcribit, qvod Abdiam nonnunqvam citaverit, cum ab aliqvibus recipiatur, etſi non ignoret, eum librum tantæ autoritatis non eſſe, ut in eo dogmata fundari poſſint. *Idem judicabit*, Riveto judice, *qvisqvis adeo obeſæ naris non erit, ut non ſentiat, qvam putidæ ſint, qvæ effutiit nugivendus autor.* Specimina qvædam putidarum fabularum hoc libro contentarum Cocus exhibet, præter qvem de Abdia Chemnitius in examine concilii Tridentini, Varenius in ratio-

libr. 2. de Monach. c. 27.

libr. 1. crit. S. c. 6.

Cenſur. p. 82. Chemnit. part. 1. p. 85. Varen. p. 129.

rationario Scriptorum eccleſiaſtic. ſeculi primi, Voſſius in tractatu de Hiſtoricis Græcis, Gerhardus in confeſſione catholica & alii videri poterunt. Cum autem talis ſit Abdias, haud difficulter colligi inde poteſt, qvid de CRATONE ſentiendum, cujus apud Abdiam mentio his verbis injicitur: *circumierunt* (Simon & Judas) *duodecim provincias Perſidis & civitates earum, in qvibus qvid egerint, & qvæ paſſi ſint per annos tredecim, longa narratione ſcripſit Crathon Apoſtolorum ipſorum diſcipulus in decem librorum voluminibus univerſa comprehendens, qvæ Africanus hiſtoriographus in latinam transtulit linguam. Ex qvibus qvi ſcire voluerint progreſſus prædicationis, vel qvo fine Simon & Judas mundum reliqverint, ex multis pauca ſelegimus.*

Voſſ. libr. 2. c. 9. *Gerh. T. I. p. 423.* *libr. 6. f. 34.*

Digitized by Google

XXVII. MARTIALIS, LEMOVICENSIS epiſtolas duas unam ad Burdegalenſes, alteram ad Toloſanos Jodocus Badius Aſcenſius anno ſuperioris ſeculi 21. publicavit. Eædem in micropresbytico, nec non in Orthodoxographis & in Bibliothecis Patrum prodierunt. Easdem Helmſtadii cum Gennadii tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis ab Elmenhorſtio editas fuiſſe Labbeus aſſerit. Sed ſua ipſum memoria fefellit. Non enim Helmſtadii, ſed Hamburgi, neqve cum Gennadii tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis, ſed cum Gennadii tractatu de dogmatibus eccleſiaſticis A. C. 1614. Geverhartus Elmenhorſtius eas promulgavit. Græce qvoqve a Morello editas ait Miræus. Sed hunc qvoqve memoria fefellit. Non enim græce ſed latine hic Martialis ſcripſit, ideo-

auctar. c. 18.

ideoqve a Voſſio inter græcos Scriptores perperam relatus fuit, ut ipſe Voſſius poſtea agnovit. Inventæ dicuntur hæ epiſtolæ in ſacrario baſilicæ S. Petri in urbe Lemovica, qvod ſub Philippo I. Francorum Rege factum aſſerit Gaufredus in chronico, idqve confirmat codex MSCtus, ex qvo has epiſtolas Elmenhorſtius emendavit, unde corrigendi Grynæus & Poſſevinus, qvi ſua ætate has epiſtolas inventas ajunt. Fuerunt, qvi hunc Martialem puellum illum fuiſſe crederent, qvem Chriſtus diſcipulis ſuis de primatu contendentibus in humilitatis exemplum propoſuit. Alii hunc Martialem puerum illum fuiſſe tradiderunt, cujus panibus qvinqve hordeaceis Chriſtus totidem hominum millia cibavit. Verum iſtæ traditiones non minus falſæ ſunt, qvam eorum fig-

Libr. 2. de H. G. c. 9. prior. edit. de Hiſt. Lat. p. 336.

c. 18. & 36.

Gryn. præf. ad monum. orthod. Poſſevin. appar. T. II. p. 73.

Matth. XVIII, 2.

Joh. VI, 9.

figmenta, qvi Martialem unum e 70. diſcipulis, & Cepham illum fuiſſe ſomniarunt, cujus in epiſtola ad Galatas mentio occurrit. Eqvidem Chriſti temporibus ſe vixiſſe Martialis hic videri vult, ſed impoſturæ ſuæ indicia paſſim prodit. Unde Elmenhorſtius has epiſtolas illi Martiali tribuit, qvem ſub Decio in Gallias veniſſe & primum Lemovicum Epiſcopum conſtitutum Gregorius Turonenſis memoravit. Verum ſtylus hujus autoris ne qvidem ad Eucherium, Vincentium, & alios qvinti ſeculi Scriptores, nedum ad Cyprianum, qvi ſub Decio floruit, accedit, unde eum longe ſerius vixiſſe Barthius ſuſpicatur, qvi inter alia ſcribit, has epiſtolas eſſe commentum hominis monachi plus æqvo otioſi, uſqve adeo non vicini Apoſtolorum ævo, ut etiam jam rebus germanici im-

Gal. II, 9.

libr. 1. hiſt. c. 28.

lib. 45. adverſ. c. 7. & 21. it. libr. 57. c. 1.

imperii florentibus ſcripſiſſe clarum ſit ex germaniſmis, qvibus utraqve huic nomini inſcripta epiſtola turget. Præter Barthium, qvi hominis imprudentiam, impudentiam, ſtultiſſimam arrogantiam & dementiam pluribus exagitat, de hoc Martiali videri poterit Chemnitius in examine concilii Tridentini, Gerhardus in confeſſione catholica, Dorſcheus in myſaria miſſæ, Bellarminus in tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis, ut plures taceamus. Molinæum vero, qvi Martialem Lemovicenſem nunqvam ſuper terram inceſſiſſe, ideoqve perperam in cœlum evehi aſſeruerat, prolixe refellere nititur in tractatu ſuo de myſticis Galliæ Scriptoribus Sauſſayus. Cæterum ejusdem cum Martialis epiſtolis fidei eſt vita Martialis ab AURELIANO, qvi Martialis diſcipulus & ejus

Chemn. p. 85.

Gerh. T. I. p. 624.

Dorſch. p. 167.

Bellarm. p. 44.

ejus beneficio a mortuis excitatus fingitur, ſcripta, & a Thoma Beauxamis Carmelita Pariſiis edita, qvam etiam Surius in Sanctorum vitis exhibet, Aurelianum autem non minus qvam ipſum Martialem lectu indignum in ſupplemento ſuo de Scriptoribus eccleſiaſticis Caſimirus Oudinus *judicavit.*

d. 30. Jun.

XXIX. Cæcilii, qvi Jacobi majoris diſcipulus perhibetur, ſcripta in monte Granatenſi reperta Bivarius in notis ad Dextri chronicon memorat. Imprimis vero diſſerit de miraculoſis, ut vocat, ejusdem Cæcilii in D. Johannis prophetias commentariis Hiſpanica lingua ſcriptis, & labente ſuperiori ſeculo in turri inhabitabili Turpiana repertis. Sane miraculoſa hæc commentaria ſint oportet, qvæ in S. Johannis apocalypſin

p. 109.

pſin ſcripta ſunt, anteqvam S. Johannes ſuam apocalypſin edidiſſet, & qvæ hiſpanice elaborata ſunt multis ante ſeculis, qvam lingva hiſpanica hodierna in rerum natura eſſet. Qvæ, ne cuipiam incredibilia videantur, aſſerit Bivarius, prophetico ſpiritui facile fuiſſe, ut Cæcilium & de futura apocalypſi Johannis edoceret, & ipſum dono lingvæ tum temporis nondum cuiqvam cognitæ inſtrueret. Qvorſum etiam adducit promiſſionem Chriſti, qva diſcipulos ſuos novis linguis, qvæ ſcilicet ex Bivarii interpretatione nondum extabant, & hactenus a nemine mortalium auditæ fuerant, locuturos *Marc. XVI, 17.* prædixit, qvæ promiſſio, num in ſolo Cæcilio impleta fuerit, quemadmodum Chriſti promiſſio de translatione montium in ſolo Thaumaturgo impletam conſtet,

an

an etiam alii diſcipuli dono novarum ejusmodi linguarum ornati fuerint, non conſtare ſibi ait. Aſſerit qvoqve, nonnullos exiſtimaſſe, qvod apocalypſis Johannea ſub Nerone ſcripta fuerit, & forte Johannem præter apocalypſin, qvam nunc habemus, aliam qvampiam revelationem hodie non extantem edidiſſe ſuſpicatur. Gregorius vero Lopezius Madera, qvi de reliqviarum & antiqvorum monumentorum in turri Turpiana & cavernis Granatenſibus ab anno 1588 uſqve ad annum 1598 detectorum certitudine ingens volumen edidit, eandem linguam, qva nunc Hiſpani utuntur, olim tempore Romanorum ſemper in uſu fuiſſe opinatur, licet poſtea multa gothica & arabica verba inſperſa fuerint. Edidiſſe illa in Johannis prophetias commentaria Michaelem

Digitized by Google

lem de Luna Stephanus le Moyne p. 1036.
in notis ad varia ſacra refert, ubi Bivarii aliorumqve ineptias merito exagitat. Cæterum cum de iſtis Cæcilii commentariis aliisqve ſcriptis & lipſanis in turri Turpiana & cavernis montis Illipulitani prope Granatam effoſſis, qvæ a Jacobo Apoſtolo ejusqve diſcipulis relicta ferebantur, acerrimæ contentiones naſcerentur, aliis ea admirantibus & tanqvam divinas approbantibus, aliis adſpernantibus & explodentibus, variæ a Pontificibus Romanis conſultationes inſtitutæ ſunt. Ad Clementem VIII. ſcripta illa allata fuiſſe contecta plumbo & æneo filo colligata de Cæcilio agens narrat Poſſevinus. Tom. 1. appar. p. 243.
Nec minus ejus ſucceſſores de ea controverſia ſoliciti fuerunt. Qvalis autem Urbani VIII. ſententia fuerit, patet ex inqviſitionis Romanæ

Digitized by Google

manæ decreto, qvod Urbano præſente latum, ejusqve autoritate firmatum fuit. Decretum illud Fabius Chiſius, Epiſcopus Neritonenſis, ac poſtea ſub nomine Alexandri VII. Romanus Pontifex anno 1641. Coloniæ publicavit, & Bollandus Sanctorum actis inſeruit, & nos qvoq;, cum vaſtum Bollandi & ſociorum op9 in paucorum manibus verſetur, huic diſſertationi inſerendū duximus. Sic ergo ſe illud habet: *Feria 5, d. 5. Maji MDCXXXIX in generali congregatione ſanctæ Romanæ & univerſalis inqviſitionis habita in palatio apoſtolico apud S. Petrum coram ſanctiſsimo Domino noſtro D. Urbano divina providentia Papa VIII. ac eminentiſſimis ac reverendiſsimis DD. ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus adverſus hæreticam pravitatem inqviſitoribus generalibus a ſancta ſede*

T. I. Febr. p. 10.

Digitized by Google

ſede apoſtolica ſpecialiter deputatis.
*Sanctiſsimus D. N. Urbanus divina
providentia Papa VIII. attente
perpendens, qvod nulla cura magis
anxios & ſolicitos habeat Romanos
Pontifices, qvam ne lolium & zi-
zania adulterinæ doctrinæ pro ſin-
cero veritatis catholicæ tritico in
agro Domini ſuccreſcant, qvodqve
ob id fel. record. Clemens VIII. ſi-
mul atqve accepit, in qvadam ve-
tuſta turri civitatis Granatenſis
Turpiana nuncupata pro commodi-
ore novi templi ædificatione An.
1588 detecta ſcripturam qvandam
ſanctiſsimo Apoſtolo & Evangeliſtæ
Johanni adſcriptam literisqve a-
rabicis græcis & latinis in mem-
brana exaratam fuiſſe repertam,
ac deinde in cavernis montis Illipu-
litani dicti ſacri prope eandem civi-
tatem in regno Granatenſi qvos-
dam libros & laminas plumbeas a-*

Digitized by Google

rabico ſermone & antiqvis chara-cteribus conſcriptas varia de rebus fidei pertractantes partim B. Jacobo Apoſtolo partim vero qvibusdam aliis ejus, ut ferebatur, diſcipulis attributas anno 1595 & 1596. effoſſas fuiſſe, iteratis literis in forma Brevis Petro de Caſtro Archiepiſcopo qvondam Granatenſi præceperat, ut ab hujusmodi librorum non ſolum judicio ſed editione etiam & pervulgatione abſtineret, ac præterea omnibus & ſingulis, qvacunqve autoritate fungentibus perſonis in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub pœnis & cenſuris ſuo arbitrio imponendis injungeret ac mandaret, ne circa eosdem libros & ea, qvæ in illis continentur, aliqvid affirmare vel negare vel alias de iis judicare qvovis modo auderent vel præſumerent, cum nemini præterqvam Romano Pontifici de dictis libris eo-

rum-

rumqve doctrina judicare aut ſtatuere liceret: deniqve ut omnia ad hæc pertinentia undiqve perqvireret, ac ad ſedem apoſtolicam ſimul cum ipſis genuinis exemplaribus perferenda curaret, ut matura deliberatione adhibita tandem decernere poſſet, qvid certo ſtatuendum eſſet de dictis libris ac laminis adeo ob lingvæ antiqvitatem ac literarum genus ab hujus ſeculi uſu remotum obſcuris, dubiis atqve implexis, ut vel ipſe Archiepiſcopus fateretur, ſe magnam interpretum varietatem & difficultates non paucas deprehendiſſe. Conſiderans præterea alios deinceps prædeceſſores ſuos vehementi ſolicitudine in eam cogitationem incubuiſſe, ut præfati libri ac laminæ Romam advectæ a peritis lingvarum viris doctisqve Theologis explanari ac examinari poſſent, probe advertentes, verſiones qvas-

Digitized by Google

cunqve ad examen ac judicium perfectum ac indubitatum ſine ipſis originalibus revocari non poſſe, Sanctitas ſua eorum veſtigiis inſiſtens in eadem pariter cura ſedulo laboravit, nihilqve intentatum reliqvit, qvatenus Romam dicti libri ac laminæ ad præfatum finem & effectum transmitterentur. Verum cum rei eventus minime hactenus votis reſponderit, & paſſim jam a pluribus autoribus in libris impreſſis, & ab aliis in publicis concionibus etiam ad dogmata ſtabilienda honorifice citentur, & majorem venerationem tanqvam divinæ cujusdam & canonicæ autoritatis indies acqvirant, licet graviſſimi viri & lingvarum periti magni in contrarium momenti exceptiones atqve difficultates attulerint, aſſerentes, non pauca in qvibusdam ex dictis ſcripturis & laminis contineri,

neri, qvæ impietatem, ſuperſtitionem ac errores redoleant; idcirco Sanctitas ſua præcavere interim volens, ne ſub commentitio Apoſtolorum eorumqve diſcipulorum nomine adulterinæ fortaſſe doctrinæ in eccleſiam irrepant, poſt gravem & maturam conſultationem auditisqve ſuper his eminentiſſ. ac reverendiſſ. DD. *Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inqviſitorum votis ſtatuit, præfatos libros, ſcripturas ac laminas qvocunqve nomine nuncupatas ſuſpendendas eſſe, easqve præſentis decreti vigore ſuſpendit, illisqve ac illatorum verſionibus ſeu interpretationibus fidem aliqvam adhiberi aut venerationem ſive cultum deferri omnino prohibet, donec ſedes apoſtolica definiat, qvid tam de laminarum qvalitate & doctrina, qvam de verſionum ac interpretationum*

Digitized by Google

veritate & fidelitate tenendum ac ſeqvendum ſit. Libros ſimiliter omnes, tractatus, reſponſa, conſulta, commentarios, gloſſas, additamenta, aut annotationes, & qvæcunqve alia ſive manu duntaxat exarata, ſive typis impreſſa, qvæ ex profeſſo de dictis laminis ac ſcripturis tractant, ſuſpendit penitus ac prohibet, nec legi aut teneri poſſe declarat, ſed ſtatim Ordinariis locorum ſeu hæreticæ pravitatis inqviſitoribus conſignari mandat, donec ſedi apoſtolicæ aliter ſtatuere viſum fuerit. Si qvi vero libri ſint, tractatus aut alia qvævis manuſcripta ſeu typis impreſſa, qvæ ad alias qvidem materias ſpectant, incidenter vero aut obiter de dictis laminis vel eorum doctrina mentionē faciunt, iis omnib9 pariter qvoad illam partem omnem prorſus fidem atqve autoritatem abrogat,

ac

ac abrogatam eſſe decernit, talesq; libros & tractatus expungi jubet, aliter inter ſuſpenſos ac prohibitos, donec expurgentur, cenſeantur. Præterea qvia docti nonnunqvam viri tum Granatæ a præfato Archi-epiſcopo, tum alibi ab aliis ad dictas laminas interpretandas vel comprobandas vel aliter qvomodolibet explanandas convocari dicuntur, Sanctitas ſua eas convocationes, congreſſus, conſeſſus, conſtitutiones, ſententias pariter ac judicia, ſi qvæ inde ſecuta ſunt, nullius prorſus ponderis & autoritatis fuiſſe & eſſe declarat, ſimiliaqve deinceps fieri diſtricte interdicit. Deniqve omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus cujuscunqve ſtatus, conditionis, dignitatis & præeminentiæ qvantumvis excelſæ, & qvamvis eorum ſpecialis ac individua mentio facienda eſſet, præcipit, ne impoſte-

rum in ipſorum librorum ſeu laminarum approbationem qvicqvam principaliter vel incidenter conſcribere, aut conſcriptum vel a ſe, vel ab aliis imprimere, ſive aliter divulgare, aut ſcribi, imprimi vel divulgari facere, eosdemqve libros ac laminas ex arabico aliove qvovis idiomate in aliud qvodcunqve de cætero convertere audeant, aut in libris, concionibus, lectionibus, congregationibus, conſultis ac reſponſis oretenus vel ſcripto datis qvicqvam de iisdem aut earum doctrina tractent, neqve autores de ea tractantes qvoad illam partem citent. Si qvi vero dictarum laminarum, vel partis earum exemplum habuerint, Ordinariis locorum aut Inqviſitoribus illud tradere teneantur, ne poſthac aliud conficere, aut confici facere poſſint. Atqve ita decrevit, & ubiqve terrarum

Digitized by Google

rarum inviolabiliter ab omnibus
obſervari mandavit. Tranſgreſ-
ſores autem ſive eccleſiaſticos ſive
laicos cujuscunqve ſtatus, gradus,
conditionis, dignitatis vel præemi-
nentiæ qvantumvis ſpeciali nota
dignæ excommunicationi, a qva
non niſi a Pontifice Romano, præ-
terqvam in mortis articulo, abſolvi
poſſint, eo ipſo ſubjecit. Ac præter-
ea Regulares in ſuorum officiorum
ac dignitatum vocisqve activæ &
paſſivæ amiſſionis perpetuæqve ad
illa inhabilitatis, Clericos vero ſe-
culares in dignitatum pariter ac
officiorum privationis, atqve per-
petuæ eorundem incapacitatis pœ-
nas ipſo facto incurrere voluit, lai-
cos autem præter excommunicatio-
nem aliis Ordinariorum ſeu dicto-
rum Inqviſitorum arbitrio pro mo-
do culpæ infligendis pœnis etiam
pecuniariis ac corporalibus coerceri

mandavit. Qvibus typographi qvoqve plectantur, ſi ex ſupra prohibitis vel ſuſpenſis aliqvid impreſſerint, ac prætereà impreſſa omnia amittant, contrariis qvibuscunqve non obſtantibus. Et ne præmiſſorum ignorantia poſsit ab aliqvo prætendi, voluit, ut decretum hujusmodi ſeu illius exemplum ad valvas baſilicarum S. Johannis Lateranenſis ac Principis Apoſtolorum de urbe & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent ac afficiant, ac ſi unicuiqve perſonaliter intimata fuiſſent. Johannes Thomaſius, S. Romanæ ac univerſalis inqviſitionis Notarius. Anno Domini 1641. indictione 9. pontificatus S.D.N. Urbani Divina Providentia VIII. anno 18. die vero 13. menſis Maji ſupra dictæ literæ ſive decretum affixum & publicatum fuit ad valvas baſilicarum S. Johannis Latera-

teranenſis ac Principis Apoſtolorum urbis & in acie Campi Floræ ut moris eſt, per me Johannem Baptiſtam Riccium prædicti S.D.N. Papæ & ſancti officii curſorem. Tanta fuit Urbani VIII. adverſus iſta ab Hiſpanis jactata antiqvitatis apoſtolicæ cimelia ſeveritas; ſed major Innocentii XI. qvippe qvi ſcripta illa & monumenta non amplius ſuſpendit, ſed abſolute damnavit, cujus decreti ſummam Papebrochius in actis Sanctorum Maji breviter indicavit. *Tom. VII. p. 285.*

XXX. Non ignotus fuit antiqvis Scriptoribus JASONIS & *Papiſci dialogus* ſeu *altercatio*, ex qva Hieronymus hoc fragmentum adducit: λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, i. e. *maledictio Dei qvi appenſus eſt.* Idem Hieronymus alibi *comm. in epiſtol. ad Galat. lib. 2. p 135. qvæſt. Hebr. in Geneſ.*

bi

bi qvoqve Jaſonis hujus meminit, aſſerens in ejus altercatione cum Papiſco ſcriptum fuiſſe, qvod in hebræo codice Geneſeos legatur: *in Filio fecit Deus cœlum & terram.* Ante Hieronymum hujus altercationis mentionem injecit Origenes, referens qvale judicium de illo tractatu Celſus tulerit, qvi hanc Papiſci & Jaſonis contentionem non tam riſu qvam miſeratione & odio dignam pronunciavit. At reſpondet Origenes, qvemlibet, qvi accepto in manus opuſculo aliqvantum operæ ejus lectioni inſumſerit, & incorrupto animo ad legendum acceſſerit, aliter judicaturum, nec qvicqvam vel ridiculum vel miſeratione dignum in eo reperturum eſſe, cum in illa Jaſonis & Papiſci antilogia de Chriſto inducatur chriſtianus cum Judæo diſputans, & ex ipſis Judæorum

libr. 4. contr. Celſum. p. 199.

rum literis evincens, qvæcunqve de Chriſto a Prophetis prædicta ſunt, in Jeſu noſtro impleta deprehendi. Miratur præterea Origenes, qva ratione Celſus Jaſonis & Papiſci contentionem miſeratione & odio dignam cenſere potuerit, cum ea, qvæ miſeratione digna ſunt, odium non mereantur, & qvæ odio habentur, miſeratione indigna judicentur. Fuit vero & alius qvidam Celſus, qvi iſtam Jaſonis & Papiſci altercationem dignam habuit, qvam de græco in latinum ſermonem converteret, & Vigilio cuidam dedicaret. Extat epiſtola illa dedicatoria ad Vigilium de judaica incredulitate ſeu Celſi in altercationem Jaſonis ac Papiſci præfatio inter Cypriani opera, qvæ felicem hujus altercationis eventum his verbis indicat: *illud præclarum atq; memorabile*

Digitized by Google

bile glorioſumqve Jaſonis Hebræi chriſtiani & Papiſci Alexandrini Judæi diſceptationis occurrit, judaici cordis obſtinatam duritiem Hebræi monitione ac leni increpatione emollitam, victricem in Papiſci corde Jaſonis de Spiritus ſancti infuſione doctrinam. Qva Papiſcus ad intellectum veritatis admiſſus & ad timorem Domini ipſo Domino miſerante formatus & in JEſum Chriſtum Filium Dei credidit, & ut ſignaculum ſumeret deprecatus Jaſonem poſtulavit. Hanc Celſi præfationem prius ſcriptam fuiſſe, qvam Origenes Celſum Epicureum impugnaret, Gulielmus Spencerus in ſuis ad opus illud Origenianum

anum notis inde colligit, qvia in p. 57.
Celſi præfatione de Celſi Epicurei maledicentia in Jaſonis & Papiſci altercationem nulla mentio occurrit, cujus increpandæ commodam occaſionem habuiſſet. Fieri tamen etiam potuiſſe idem Spencerus addit, ut Celſo præfationis autori Origenis libri contra Celſum haud lecti fuerint. Verum de latino hujus altercationis interprete, cujus ſola præfatio ſupereſt, *nihil* amplius addimus, id potius notantes, ipſam altercationem, ut Sixtus Senenſis teſtatur, Jaſoni *libr. 2. bibl. S. p. 68.*
Theſſalonicenſi tribui, cujus Lucas in actis & Paulus in epiſtola *Act. XVII, 5. & ſeqq.*
ad Romanos meminit, & qvem *Rom. XVI, 21.*
Dorotheus in ſynopſi ſua, qva Prophetarum, Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti vitam complexus eſt, primum Troados, vel, ut alia exemplaria habent, Tarſi

Epi-

Epiſcopum factum tradidit. Verum iſtam conjecturam ſola nominis convenientia dubio procul peperit. Atqve hinc alii hanc Jaſonis ac Papiſci altercationem Ariſtoni potius Pellæo tribuendam arbitrantur. Ducem illi habent Maximum in ſcholiis ad Dionyſii Areopagitæ Theologiam myſticam. Is enim ibi dicit, ſe etiam ſeptem cœlos legiſſe in diſputatione Papiſci ac Jaſonis, qvæ ab Ariſtone Pellæo ſcripta eſt. Addit ibidem idem Maximus, qvod Clemens Alexandrinus in ſexto libro Hypotypoſeon eam a S. *Luca* deſcriptam referat. Certiora de illa altercatione tradi poſſent, niſi pridem illa periiſſet. Etſi enim Rigaltius eam adhuc Patrum noſtrorum ætate extitiſſe aſſerat, dum Nicolaum Fabrum inducit ſcribentem: *memini me in altercatione*

Caſ. hiſtor. liter. p. 34.

ad c. 1. p. 17.

not. ad Cyprianum p. 230.

ne

ne Jaſonis & Papiſci, quæ græco ſermone conſcripta eſt, ita reperiſſe &c. Verum verba iſta non Nicolai Fabri ſed Hieronymi eſſe neminem latere poteſt, qvi Hieronymi in epiſtolam Pauli ad Galatas commentarium legerit.

XXXI. Evodii, qvi Apoſtolo Petro in epiſcopatu Antiocheno ſucceſſiſſe fertur, tractatum Luminis titulo inſignitum in hiſtoria ſua eccleſiaſtica Nicephorus allegavit. *libr. 2. c. 3.* Verum Lumen illud Evodio adſcriptum haud immerito tenebris dignum judicatur. Obſervat Caſaubonus in ſuis exercitationibus ad apparatum annalium Baronii, neminem veterum Evodiani illius ſcripti meminiſſe, non Euſebium, non Hieronymum, non Epiphanium diligentiſſimos alioqvi veterum Scriptorum eccleſiaſticorum inqviſitores, & in-

ſulſas eſſe fabulas, qvas ex iſto Scriptore Nicephorus producit. Durius fictitium hunc Evodium Montacutius in originibus ſuis ecclesiaſticis tractavit. Scribit enim agyrtam eſſe & tenebricoſum nebulonem, qvi ſub elogio Luminis Nicephoro ſimplici & ſuperſtitioſo impoſuit. Addit, huic mangoni Baronium, dum recte ſapuit, neqve partium ſtudiis abreptus fuit, ignominiæ notam inuſſiſſe, ſed eidem, ubi aliqvid eximium de Petro tinniviſſe viſus eſt, alicujus eſſe autoritatis cœpiſſe. Eqvidem ut ruiturus paries tibicine aliqvo ſuffulciatur, Clementis Alexandrini objicitur teſtimonium, qvem in Hypotypoſibus ſuis Evodii Lumen allegaſſe ex Sophronii prato ſpirituali traditur. Verum etiam Sophronius ille ſuſpectus teſtis eſt. Qvamobrem cum aliqvando doctiſſi-

par. 2. n. 78. 79. pag. 51. 52.

ctiſſimus Jeſuita Fronto Ducæus literis ad Savilium miſſis teſtatus fuerit, Clementis Alexandrini Hypotypoſes, qvæ nondum hactenus lucem aſpexerunt, apud Patriarcham Alexandrinum extare, cum Montacutio expectabimus, donec Patres Societatis opus illud teſſellatum ex Alexandrina bibliotheca impetraverint, & in eccleſiæ uſum evulgaverint. Idem Montacutius alibi miratur, ex qvo gurguſtio Evodius antiqvis Scriptoribus ignotus in Nicephori rapſodias migraverit, & qva fronte Baronius fabulam de Maria in templo præſentata referens ſolius hujus Scriptoris teſtimonio, qvod ſe alibi invenire haud potuiſſe non diſſimulat, nitatur. Similia in apparatu ſuo ad origines eccleſiaſticas etſi aliis verbis repetit, nec opus eſt ut plures, qvi Evodii epi-

exercit. 7. p. 239. ſec. 3.

apparat. 9. p. 313.

ſtolam a Nicephoro allegatam neqve Evodii nomine neqve Luminis titulo dignam arbitrantur, Scriptores allegemus.

XXXII. Zenam Νομικὸν, cujus Paulus in epiſtola ad Titum meminit, Titi hujus vitam ſcripſiſſe Græcorum menæa, ex qvibus Bollandus in actis Sanctorum nonnulla protulit, teſtantur. Et ex his Zenæ Legisperiti actis deprompta eſſe, qvæ Petrus de Natalibus Epiſcopus Eqvilinus de Tito retulit, Franciſcus Bivarius credidit, aliisqve perſvadere conatur. Probaturus enim Plinium Secundum Juniorem a Tito ad chriſtianam fidem converſum fuiſſe, ad Titi acta provocat a Zena Legisperito & Pauli diſcipulo conſcripta & ab Epiſcopo Eqvilino relata, in qvibus inter alia refertur, Titũ, cum aliqva die palatiũ tranſiret, qvod Se-

Tit. III, 13.

d. 4. Januar. p. 163.

catal. Sanct. lib. 7. c. 108.

not. ad Dextr. p. 263.

cundus

cundus Proconſul Imperatoris juſ-
ſu in Jovis nomine conſtruebat, illi
maledixiſſe, & ſtatim totum opus
funditus ſubverſum fuiſſe, Secun-
dum autem cum lacrymis ad Ti-
tum veniſſe, rogantem, ſe inde-
mnem ab opere conſervari, eiqve
Titum impoſuiſſe, ut opus in no-
mine unius Dei chriſtianorum in-
ciperet, promittentem ſimul, ſic
opus perfici poſſe, qvo factoSecun-
dum cum filio baptizatum fuiſſe.
His igitur actis Bivarius egregie
confirmari poſſe putat, qvæDexter
in chronico ſuo ſcripſit, Titum co- *A. C. 220. n. 3.*
gnomento juſtum ad fidem con-
vertiſſe Plinium juniorem ex Bi-
thynia Pontoqve redeuntem in
Creta inſula, ubi juſſu Trajani Jovi
templum erexerat. Verum Pli-
nium ad fidem chriſtianam con-
verſum & baptizatum fuiſſe non
magis verum eſt, qvam qvod

Gregorius M. interceſſione ſua animam Trajani, qvo imperante Plinius chriſtianos perſecutus eſt, ex orco liberaverit, qvam fabulam a Iohanne Diacono in vita Gregorii M. lib. 2. c. 44. relatam, a Johanne Damaſceno ſeu autore orationis de fidelibus defunctis, qvi de hoc miraculo totum orientem & occidentem teſtari aſſerit, confirmatam, in euchologio & Synaxariis Græcorum, nec non in revelationibus Brigittæ & Mechthildi factis iteratam, a S. Antonino, Vincentio Bellovacenſi aliisqve ejus generis Hiſtoricis approbatam, ab Alphonſo Ciaconio peculiari volumine defenſam, & a pluribus aliis Pontificiis eorumqve Magiſtris Scholaſticis, qvorum aliqvi Trajanum ad vitam revocatum, a Gregorio baptizatum, vita iterum functum, & tum demum ad Superos

ros

Digitized by Google

ros evectum finxerunt, alii corpus ejus non revixiſſe, ſed animam ejus a Gregorio baptizatam commenti ſunt, alii, teſte Allatio, alia ridicula addiderunt, pluribus figmentis locupletatam, prudentiores Pontificii merito explodunt, qvorum aliqvos Voetius in qvæſtione hiſtorico-theologica de anima Trajani allegavit, ut Theophilum Raynaudum, Natalem Alexandrum, & plurimos alios, qvæ addi poſſent, taceamus. Præterea gratis a Bivario dicitur, qvod Secundus Proconſul, cujus in vita Titi Petrus de Natalibus meminit, ſit Plinius Secundus, qvemadmodum & illi dubio procul errant, qvi Secundum Martyrem Novocomenſem in martyrologiis d. 7. Auguſti memoratum Plinium Secundum juniorem eſſe contendunt, qva de re apud Petrum Halloixium, qvi

de libr. eccleſ. Græc. p. 123.

Illuſtr. eccl. Script. T. I. p. 420. ſeq.

Plinii converſionem prolixius impugnat, plura legi poſſunt. Neqve etiam probare poterit Bivarius, qvod Zenas acta Titi unqvam deſcripſerit, cum Menologiorum & Petri Eqvilini autoritas aſſertioni huic probandæ non ſufficiat. Multo minus probare poterit, ea qvæ Epiſcopus Eqvilinus de Tito retulit, ex genuinis Zenæ actis deprompta eſſe. Sane Lambecius etſi vitam Titi, qvem a Paulo Gortynæ in inſula Creta epiſcopum conſtitutum dicit, initio a Zena Legisperito ſcriptam aſſerat, addit tamen, eam poſtea ab anonymo qvodam recentiori interpolatore in compendium redactam. Hunc ipſum autem Zenam Lambecius ſanctis illis 50. Jurisperitis addi poſſe cenſet, qvorum elogia contra populare commentum de ſolo Ivone Johannes Roberti Jeſuita collegit,

Tom. 8. biblioth. Vindob. p. 213.

legit, & A. C. 1632. Leodii publicavit.

XXXIII. Anacleti, qvi Petri & Pauli auditor fuiſſe dicitur, epiſcopatus Romanus admodum intricatus eſt, magnisqve difficultatibus laborat. Alii enim hunc Anacletum a Cleto diverſum, alii cum Cleto eundem, alii Clementis in pontificatu Romano anteceſſorem, alii ſucceſſorem, alii & anteceſſorem & ſucceſſorem faciunt, aſſerentes, qvod Cletus cum a pontificatu dejectus & in exilium expulſus fuiſſet, recuperato poſt exilium epiſcopatu Anacletus, qvaſi *iterum Cletus*, vel *revocatus* ad ſedem epiſcopalem dici cœperit, qvam conjecturam eruditis ulterius ventilandam in ſua anamneſi de Cleto & Anacleto Papebrochius expoſuit. Tribuuntur autem huic Anacleto tres epiſtolæ, *Propyl. ad acta Sanct. Maj. p. 217. ſeqq.*

 qva-

qvarum prima Epiſcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus coæqvalem fidem ſortitis, ſecunda univerſis Epiſcopis in Italia conſtitutis, & tertia omnibus Epiſcopis ac reliqvis Chriſti Sacerdotibus inſcripta eſt. Verum tres illas Anacleti epiſtolas non minus ac reliqvas veterum Pontificum a Clemente uſqve ad Siricium epiſtolas decretales, ex Iſidori Mercatoris officina primum emiſſas, ſpurias eſſe probarunt centuriarum Magdeburgenſium autores. Et qvamvis Magdeburgenſibus magno conatu ſe oppoſuerit Franciſcus Turrianus, qvi in opere adverſus illos edito qvatuor integros libros defendendis illis epiſtolis impendit, Turriano tamen David Blondellus aliud opus oppoſuit, qvod titulo *pſeudo-Iſidori & Turriani vapulantium* inſignivit. In qvo

cent. 2. c. 7. p. 143.

opere

opere Blondellus Iſidori Mercatoris vel Peccatoris (utroqve enim cognomento gaudet) impoſturas ad oculum demonſtravit, dum non ſolum ad marginem illarum epiſtolarum autores, e qvorum centonibus conſutæ ſunt, indicavit ſingulasqve cenſuris ſuis perſtrinxit, ſed etiam in prolegomenis has epiſtolas antiqvis Romanis Pontificibus ſuppoſitas fuiſſe multis argumentis probavit, variaqve Turriani effugia, qvam futilia ſint, oſtendit.

XXXIV. Tanta autem ſolertia hanc controverſiam Blondellus pertractavit, ut hunc ejus, etſi Calviniani hominis, tractatum raro exemplo pontificii qvidam Scriptores inſignibus elogiis exornaverint, qvos inter Natalis Alexander Turriani vindicias pro decretalibus veterum Pontificum epi- *ſecul. 1. part. 2. p. 219.*

ſtolis

libr. 3. de conc. ſacerd. & imp. c. 5.

ſtolis a Blondello funditus everti ſcribit, & Petrus de Marca liberum eſſe judicat, venerandos veterum Pontificum titulos epiſtolis illis detrahere, cum eruditiſſimi viri (Blondellum intelligit) induſtria eo proceſſerit, ut ſententiæ & verba ipſa, ex qvibus epiſtolæ contextæ ſunt, a qvibus Autoribus petita ſint, accuratiſſime demonſtraverit. Et Papebrochius qvidem Blondello etſi hæretico gratias eo nomine agendas judicat, qvod autores, qvorum ſcripta pſeudo-Iſidor9 compilavit, diligenter annotaverit, cum ſic pateat, nihil a fide & bonis moribus alienum in epiſtolis illis legi, neqve qvicqvam in illis contineri, qvod ab optimis autoribus acceptum non fuerit. Verum ſciendum eſt, pſeudo-Iſidorum multa qvidem ex probatis autoribus accepiſſe, ſed multa

tamen

tamen etiam de ſuo addidiſſe, ideoqve epiſtolas ab ipſo confictas non ſolum pſeudepigraphas, ſed etiam in rebus ad doctrinam & diſciplinam eccleſiaſticam ſpectantibus falſas deprehendi.

XXXV. Scio Bonaventuram Malvaſiam Bononienſem, Franciſcani ordinis Theologum, & congregationis de fide propaganda Qvalificatorem pro his veterum Pontificum epiſtolis apologeticum edidiſſe. Verum id hactenus videre nondum mihi licuit, neqve ejus videndi deſiderio magnopere teneor. Ex quo enim autoris illius catalogum, ſeu ut ipſe ſcribere mavult, cathalogum omnium hæreſium & conciliorum perluſtravi, magnum ſcripta ejus legendi faſtidium animum meum occupaſſe non diffiteor. Leguntur ibi inter hæreticos centuriæ

primæ

Digitized by Google

primæ Baſſilides, Cherintus, Ebiona; inter hæreticos ſecundæ centuriæ neſcio qvis Servandus, Aracleon ab Eracleone diverſus cum ſuis Arconticis, Marius, Epules, Aſcines Artotyſitæ, Antitaſtæ; inter hæreticos centuriæ tertiæ Helchescitæ ab Elceſaitis diverſi, Hierarcha; inter hæreticos qvarti ſeculi Collatus, Avidiani ab Audianis diſtincti, & ſexcenta his ſimilia, qvæ vel in exprimendis hæreticorum nominibus vel in deſcribendis eorum erroribus occurrunt, unde haud difficile foret ex iſtis hæreticorum & conciliorum centuriis integras vitiorum centurias colligere.

XXXVI. Inter noviſſimos epiſtolarum illarum decretalium patronos eſt Cardinalis Agvirre, p. 50. qvi jampridem in notitia conciliorum Hiſpaniæ ſe peculiarem pro

his

Digitized by Google

his epiſtolis diſſertationem edituꝛum promiſit. Anxie expectavi, qvibus argumentis has epiſtolas defenſurus eſſet. Sed poſtqvam promiſſam ejus diſſertationem in apparatu ad concilia Hiſpanica perlegi, verum deprehendi, qvod Labbeus cenſuit, tam deformes eſſe illas epiſtolas, ut nulla arte, nulla ceruſſa aut purpuriſſo fucari poſſint. Ne qvis iſtas tot Pontificum epiſtolas ob ſtyli conformitatem ab uno artifice concinnatas ſuſpicetur, obtendit Cardinalis, antiqvos Pontifices ſtyli ſimplicitatem affectaſſe, & priorum Pontificum exemplum poſteriores imitatos fuiſſe. Verum id falſum eſſe oſtendunt genuinæ veterum Pontificum epiſtolæ, qvalis eſt illa Cornelii, qvæ inter Cypriani opera legitur. Scrupulum ex Hieronymiana bibliorum verſione natum,

T.I. diſſ.4. p.69. & ſeq.

Tom.I. concil.p.78.

tum, qva veteres illi Pontifices, qvippe ſuis temporibus nondum, cognita, uti nullatenus potuerunt, hac ratione tollere conatur Cardinalis, ut dicat, verſionem Hieronymi ab antiqva parum diſcrepaſſe, & fieri potuiſſe, cum Hieronymi verſio in eccleſia obtinuiſſet, ut librarii in his epiſtolis pro antiqva verſione Hieronymianam ſubſtituerint. At cum iſtam mutationem in aliis antiqvis monumentis a librariis haud factam eſſe conſtet, nulla ratio ſvadet, ut in decretalibus veterum Pontificum epiſtolis id contigiſſe præſumamus. Negat Cardinalis, epiſtolas illas ex variorum Scriptorum centonibus conſutas eſſe, & contra varias illarum epiſtolarum ſententias ab aliis Scriptoribus in ſua monumenta translatas arbitratur. Verum ſi tot antiqvi Scriptores ex decre-

decretalibus epiſtolis tot periodos, in ſcripta ſua transtulerunt, cur ne ſemel qvidem fontes, ex qvibus rivulos illos in prata ſua deduxerunt, indicaſſent? cur ne ſemel qvidem venerandos illos Romanæ eccleſiæ epiſcopos honoris cauſa allegaſſent? Taceo ſtylum illarum ſententiarum pro varietate autorum, ex qvibus depromptæ ſunt, variare, craſſum autem illud filum, qvo centones illi contexti ſunt, unum omnium illarum epiſtolarum artificem prodere. Non ignotas fuiſſe primitivæ eccleſiæ has epiſtolas probaturus Agvirre Rufini præfationem ad Clementis recognitiones & concilii Vaſenſis canonem 6. allegat. Verum illa teſtimonia tantum ad primam Clementis epiſtolam Jacobo inſcriptam ſpectant, qvalis ævo Rufini, qvi eam latine interpretatus eſt, circumfe-

rebatur, prolixam autem illam laciniam, qvam Iſidorus ad hanc epiſtolam adjecit, & reliqvas veterum Pontificum epiſtolas decretales tota antiqvitas ignoravit. In Vindobonenſi venerandæ antiqvitatis codice decretales Pontificum epiſtolas continente primo loco Damaſi ad Paulinum epiſtolam legi Lambecius indicat. Dionyſii autem Exigui collectionem a Siricii epiſtola ad Himerium Tarraconenſem inchoari notum eſt. Et qvamvis Agvirre regerat, ideo Dionyſium collectionem ſuam a Siricii epiſtola auſpicatum fuiſſe, qvod priorum Pontificum epiſtolæ jam ab aliis collectæ fuiſſent, idoneis tamen argumentis id probari non poteſt, imo potius antiqvitatis ſilentium perſvadet, veterum Pontificum decretales epiſtolas poſt Dionyſii Exigui ætatem ab impo-

Tom. 2. bibl. Vindob. pag. 932.

impoſtore qvodam maleferiato confictas fuiſſe. Falſum autem omnino eſt, qvod Agvirre nullum autorem, qvi has epiſtolas ſuppoſititias argueret, ante annum 1562 qvo Centuriatores has epiſtolas impugnarunt, inventum eſſe ſcribit. Facile largior, inter antiqvos priorum ſeculorum Scriptores neminem reperiri, qvi has epiſtolas, qvippe ſeptem vel octo prioribus ſeculis ignotas, ſuppoſititias eſſe dicat, etſi ipſo facto epiſtolas has ſpurias eſſe clament, dum ſuo tempore aliam longe doctrinam & diſciplinam viguiſſe teſtantur, qvam qvæ illis epiſtolis continetur. Poſtqvam autem epiſtolæ illæ decretales innotuerunt, non defuerunt, qvi illas multis ante Centuriatores ſeculis reprobarent, qvod vel ſola Hincmari Remenſis ſcripta & geſta probare

poſſunt. Et qvamvis Schelſtratenus poſt Hincmari ætatem has epiſtolas uſqve ad Wiclefi tempora absqve ulla contradictione admiſſas contendat, notamus tamen Ludovicum Jacobum a S. Carolo in bibliotheca ſua pontificia profiteri, qvod Sylveſter II. anteqvam Papa fieret, virulenta qvædam adverſus decretales veterum Pontificum epiſtolas ſcripſerit. Nam Sylveſtrum illum, qvi antea Gerbertus audiit, circa judicium de his epiſtolis Hincmari Remenſis veſtigia legiſſe, conſtat ex ejus epiſtola ad Wilderodum Argentoratenſem epiſcopum, ſeu apologia concilii Remenſis, qvam Gerbaſius exhibet, & qvam cenſuris ſuis Baronius perſtringit. Wicleſum qvantum attinet, Schelſtratenus eum in concilio Conſtantienſi ob hanc cauſam inter alias damnatum

antiq. &c. illuſtrat p. 443. & ſeq.

p. 213.

Gerb. append. de cauſ. maj. p. 68.
Baron. T. X. A. C. 992 n. 50. ſeq.

anim-

animadvertit, qvod affirmaverit, epiſtolas decretales apocryphas eſſe, & a Chriſto ſeducere. Exiſtimat autem in iſta Wiclefi propoſitione per decretales epiſtolas non alias intelligi qvam has, de qvibus nunc agimus, veterum Pontificum epiſtolas. Verum Papebrochius in conatu chronico-hiſtorico ad catalogum Pontificum Romanorum Wiclefi propoſitionem p. 18. de omnibus omnium Pontificum decretalibus epiſtolis intelligendam arbitratur, & qvantum ad Iſidorianas veterum Pontificum epiſtolas ſpectat, Wiclefum non eo nomine damnatum, qvod eas apocryphas eſſe cenſeret, ſiqvidem gratanter id a Wiclefo catholicos Doctores accepturos fuiſſe aſſerit, ſi primus hanc impoſturam detexiſſet, ſed qvod illas epiſtolas a Chriſto ſeducere docuiſſet. Id enim

 Pape-

Papebrochius minime ferendum fuiſſe arbitratur, cum has epiſtolas, etſi ſuppoſititias, nihil a fide & moribus chriſtianis alienum comprehendere ſupponat. Qvam ſententiam etiam in reſponſione ſua adverſus Sebaſtianum a S. Paulo edita repetit. Verum qvid de illa Papebrochii ſententia ſtatuendum ſit, jam ſupra dictum eſt.

XXXVII. Miramur ergo doctiſſimum Cardinalem tam malæ cauſæ, qvales bonis argumentis nunqvam defendi poſſunt, patronum agere voluiſſe. Laudamus contra candorem illorum ex pontificiis, qvi harum epiſtolarum *voθείαν* faſſi ſunt. Non paucos nominarunt Blondellus in ſuis ad pſeudo-Iſidorum prolegomenis, & Gerhardus in confeſſione catholica. Sed longe plures nominari poſſunt. Nam, ut Labbeum, Mar-

cap. ult.

T. I. p. 433. ſeq.

Marcam, Alexandrum, Gerbaſium, Dupinium, Nicolaum Antonium, Launojum, Pagium & plures alios taceamus, Chriſtianus Lupus collectorem illarum epiſtolarum pia qvadam fraude ad extollendam majeſtatem & jurisdictionem Pontificis Romani has epiſtolas confinxiſſe ſcribit, & Stephanus Baluzius in præfatione ad novam editionem dialogorum Antonii Auguſtini de emendatione Gratiani, qvam a Romanis cenſoribus in librorum prohibitorum numerum relatam in qvadam ad Conringium epiſtola teſtatur, ab impudentiſſimo nebulone epiſtolas illas confictas aſſerit, ubi etiam candide commemorat, qva ratione jus eccleſiaſticum antiqvum Caroli M. ſeculo paulatim imminutum & exarmatum fuerit, eiqve novum jus ex ſuppoſititiis vete-

ſchol. ad car. concil. part. 4. p. 362.

p. 78.

Digitized by Google

rum Pontificum epiſtolis compa-ctum ſucceſſerit, qvibus & Ponti-fices Romanos, ut poteſtatis ſuæ fimbrias extenderent, & Epiſcopos male ſibi conſcios, ut prætextu privilegiorum in his epiſtolis conceſſorum canonica provincialiũ conciliorum judicia evitarent, abuſos breviter enarrat. Refert qvoqve non defuiſſe Epiſcopos, qvi falſitatem illarum epiſtolarum ſubodorati earum autoritatem antiqvæ diſciplinæ prævalere noluerunt, donec ſucceſſu temporis veteris juris canonici diſciplina extremum qvaſi ſpiritum duceret, tandemqve vinceret fortuna populi Romani. Sed cum iſti, qvos hactenus laudavi, dignitate inferiores ſint, Cardinali alios Cardinales opponimus, & in his Johannem Bonam, qvi fatetur, qvod dudum ab eruditis obſervatum fuerit, epiſtolas

rer. liturg. libr. 1. c. 3.

las veterum Pontificum decretales uſqve ad Siricium ſuppoſititias eſſe, ſub finem ſeptimi ſeculi pia fraude confictas, & ex ſententiis veterum canonum, legum etiam civilium & ſanctorum Patrum turpi anachroniſmo eodemqve fere ſtylo ac dicendi charactere magna ex parte contextas, a Riculpho Moguntino ex Hiſpania in Galliam delatas, ac deinde in aliis qvoqve regionibus diſſeminatas, ac communiter receptas, ſed tandem agnitas & impoſturæ turpiter convictas. Addimus Bonæ Perronium, qvi veterum Pontificum uſq; ad Siricium decretales falſas eſſe agnoſcit, & ſangvine ſuo ſe redempturum profitetur, ſi illæ nunqvam editæ fuiſſent. *Perron. p. 94.*

XXXVIII. HIEROTHEUS Areopagita Pauli diſcipulus & Dionyſii Areopagitæ Præceptor fingitur,

tur. Ejus memoria in Græcorum menæis ac menologiis, nec non in nonnullis Latinorum martyrologiis celebratur. Hiſpani qvidam Scriptores in Hiſpania natum, ab Apoſtolo Paulo in Hiſpania converſum, poſtea Athenas deductum, ac tandem poſt Athenienſem epiſcopatum Segobienſis eccleſiæ Epiſcopum factum tradiderunt. Qvam hiſtoriam in ipſo mendacii gremio bullæ inſtar temere natam pluribus argumentis Nicolaus Antonius difflavit. Vitam Hierothei a Dionyſio Areopagita deſcriptam fuiſſe ex græcis commentariis Gyraldus obſervavit, qvod Johannem Dallæum de Dionyſii operibus ſcribentem notare debuiſſe Colomeſius monuit. Ejusdem Hierothei vitam a Petro qvodam Segobienſi epiſcopo conſcriptam Haubertus Hiſpalenſis in chronico ſuo

bibl. Hiſp. Vet. lib. 1. c. 19.

dial. 5. de Poet.

cimel. liter. p. 77.

ſuo memorat. Verum chronicon illud Hauberti nomine inſignitum e cerebro ſuo confinxit Antonius Lupian de Zapata, qvi ut huic chronico aliqvid fidei & autoritatis conciliaret, illud ex bibliotheca S. Dionyſii Pariſienſis clam ablatum & in Hiſpaniam delatum jactavit, & gothico charactere ſcriptum penes ſe extare gloriatus eſt. Verum compertum tandem fuit, codicem illum MSC, ex qvo ſe *Hauberti* chronicon deſcripſiſſe imperitis perſvaſit, nihil aliud fuiſſe qvam Euſebii chronicon, cui alia manu Hauberti Hiſpalenſis chronicon in titulo adſcriptum fuit, unde docti in Hiſpania viri mirati ſunt, Gregorium Argaizium non ſolum fictitium illud chronicon edidiſſe, ſed etiam 14. plus minus voluminibus hoc Hauberti chronicon contra Pelizerium & alios defen-

defendere haud erubuiſſe, qva de re plura apud Cardinalem Agvirre in conciliis Hiſpanicis & Antonium in bibliotheca Hiſpanica videantur. Ex recentioribus vitam Hierothei prolixe deſcripſit Petrus Halloix in opere, qvo illuſtrium eccleſiæ orientalis Scriptorum vitas & documenta collegit, ubi & fragmenta qvædam ex ſcriptis Hierothei in Dionyſii Areopagitæ operibus occurrentia exhibet. Duo autem Hierothei ſcripta a Dionyſio nominantur nempe *θεολογικαὶ ςοιχειώσεις* ſeu inſtitutiones theologicæ, & *ἐρωτικοὶ ὕμνοι* ſeu hymni amatorii. Ex utroqve Præceptoris ſui opere ſententias nonnullas Dionyſius excerpſit. Plura de Hierotheo non addimus. Nec operæ pretium videtur, ut de Visbio Dionyſii Areopagitæ diſcipulo aliqvid dicamus, qvem Hildui-

Tom. II. concil. Hiſp. p. 57.
Bibl. Hiſp. Vet. libr. 6. c. 22.
Tom. I. p. 600. ſeqq.

duinus in ſuis Areopagiticis ut paſſionis Dionyſii teſtem commendat, & pro confirmanda ſua de Dionyſio ſententia allegat, ſcriptum *ejus* in tomo ſatis ſuperqve abdito divino nutu Pariſiis inventum aſſerens. p. 67.

XXXIX. Potius ad ipſum *D*IONYSIUM AREOPAGITAM accedimus, de qvo variæ controverſiæ agitantur. Qvantum enim ad *ejus* epiſcopatum attinet, non*nulli* tradiderunt, eum, cum primum Athenienſis Epiſcopus fuiſſet, poſtea in Galliam transmigraſſe, & ibi Pariſienſis eccleſiæ epiſcopatum tenuiſſe, cui traditioni ſtabiliendæ Andreas du Sauſſay in tractatu ſuo de myſticis Galliæ Scriptoribus ultra octingentas paginas impendit. Eandem traditionem defendunt Petrus Halloixius in prima qvæſtione ad vitam Dionyſii,

Digitized by Google

nyſii, Petrus Lanſſelius in diſputatione apologetica pro Dionyſio, Petrus de Marca in epiſtola ad Valeſium, qvæ & in Valeſii Euſebio, & inter Petri de Marca diſſertationes A. 1669 a Stephano Baluzio editas legitur, Johannes Mabillon in annotationibus, qvas in ſuis analectis Hincmari epiſtolæ ad Carolum Calvum adjecit, Hugo Mathoudius in appendice tractatus ſui de vera Senonum origine chriſtiana, Natalis Alexander in diſſertatione 15. ad primum ſeculum, & plures alii. Et Abælardi qvidem ævo tanto cum zelo Pariſienſis ille Dionyſii Areopagitæ epiſcopatus propugnatus fuit, ut cum Abælardus in privato colloqvio Bedæ ſententiam ſecutus Dionyſium Areopagitam Corinthiorum Epiſcopum dixiſſet, Monachi S. Dionyſii eum tanqvam hoſtem

Tom. I. p. 62.

regni

Digitized by Google

regni Francici conclamarent, & Abbas eum obſervari juberet, ut Regi traderetur, male forte multandum, niſi fuga ſibi conſuluiſſet. At noſtro ſeculo plurimis eruditis in Gallia Pariſienſem Dionyſii Areopagitæ epiſcopatum explodere ſine periculo licuit. *Æſopi Fabulæ*, ſcribit ad Heribertum Rosweydum Petavius, *fabulæ non ſunt præ commento illo Pariſienſis Areopagitæ. Ita & ὁ μακαρίτης Fronto ſentiebat, & hodie Sirmondus noſter.* Sane Sirmondus in notis ad epiſtolam qvandam Ludovici Imperatoris notavit, primum fuiſſe Hilduinum, qvi Dionyſium Pariſienſem cum Athenienſi perperam confuderit, cum antiqva martyrologia alium Dionyſio Pariſienſi, alium Areopagitæ natalem tribuant. Hanc Sirmondi obſervationē nonnullis inſtantibus aliqvādiu ex Gallicis

libr. 2. epiſt. 19.

Tom. II. concil. Gall.

licis

licis Sirmondi conciliis ſublatam, ſed poſtea a bibliopola rebus ſuis conſulente reſtitutam, cum ſupprimi non poſſet, Germanus Milletus peculiari ſcripto impugnavit, cui Sirmondus diſſertationem de duobus Dionyſiis oppoſuit. Verum & Milletus Sirmondo iterum reſpondit, & Johannes Samblacatus novus Sirmondi antagoniſta in tractatu, qvem palladium Galliæ inſcripſit, Dionyſium Areopagitam Pariſienſibus vindicare conatus eſt. Hoc Galliæ palladium tredecim animadverſionibus confixit Johannes Launojus, & paulo poſt Milleti qvoqve reſponſionem, cum ipſe Sirmondus eam confutare nollet, diſcuſſit. Hanc Launoji diſcuſſionem Milleto jam hujus certaminis pertæſo excepit Hugo Menardus edita diatriba de uno Dionyſio, qvamvis Menardi

nomen

Digitized by Google

nomen demum poſt Autoris mortem huic diatribæ appoſitum fuerit, qvam diatriben in altera diſcuſſionis ſuæ editione Launojus confutavit. Nondum tamen ab hac pugna qvieſcere Launojo licuit. Anno enim 1677. Petrus Franciſcus Chiffletius diſſertationem de uno Dionyſio primum Athenienſi Epiſcopo & deinde Pariſiorum Apoſtolo & Martyre vulgavit, de qva a Cardinali Eſtræo conſultus Launojus, judicium ſuum ſuper illa Chiffletii diſſertatione publicavit. Præter Sirmondum & Launojum ſententiæ de duobus Dionyſiis ſubſcripſerunt Fratres Sammarthani Scævola & Ludovicus in Gallia chriſtiana, Nicolaus Faber in ſchediaſmate de Dionyſio Pariſienſium Apoſtolo, Morinus in opere de ſacris ordinationibus, Le Cointe in annalibus eccleſiaſticis Franco-

Samm. T. 2. p. 400.
Fab. opuſc. p. 93.
Morin. part. 2. c. 2. ſeqq.
Coint. ad annum 835, 110. ſeqq.

 rum,

Google

rum, & alii. Celebrem illam controverſiam accuratiſſime in hiſtoria eccleſiæ Pariſienſis tractaturum eſſe Dominum du Bois pollicebatur Antonius Pagi, cum A.C. 1689 criticam ſuam in annales Baronii ederet. Prodiit autem hiſtoria illa eccleſiæ Pariſienſis seqventi ſtatim anno 1690, in qva Gerardus du Bois ſemel atqve iterum de Dionyſio Pariſiorum Apoſtolo agit, & poſtqvam eruditos qvaſi ſignis collatis acriter inter ſe confligentes induxiſſet, & utriusqve partis argumenta retuliſſet. lectoris arbitrio, cui palmam concedere velit, relinqvit, etſi in Sirmondi partes inclinare minime dubitet.

A. C. 96. *libr. 1. c. 3.* *libr. 6. c. 6.*

XL. Controverſia etiam agitata fuit de Martyrio Dionyſii Areopagitæ, qvod alii ad Domitiani, alii ad Trajani, vel etiam Hadriani tempora retulerunt. Poſterior

ſen-

ſententia illis placuit, qvi Dionyſii Areopagitæ ſcripta genuina eſſe contendunt, cum hac ratione difficultates nonnullas Dionyſii operibus objectas ſuperare poſſint. Sed priorem ſententiam antiqviorem eſſe, qvæ Dionyſium Areopagitam ſub Domitiano paſſum tradit, Sirmondus & Launojus probatum dederunt. Fabulam de Dionyſio caput ſuum a cervice gladio reciſum manibus ſuis ſuſcipiente & per duo milliaria portante Methodius in paſſione Dionyſii & alii fabularum mangones retulerunt, qvam A.C. 1680. ex breviario Pariſienſi ſublatam fuiſſe Papebrochius in reſponſione adverſus Sebaſtianum a S. Paulo indicavit. Corpus autem S. Dionyſii Arnulpho Imperatore regnante Gallis furto ereptum & Ratisbonam tranſlatum Æneas Sylvius in

Sirm. de duobus Dionyſ. c. 8. Launoj. obſ. ad vitam Dionyſ. Areop. p. 403.

artic. 3. ad accuſat. 12. p. 109.

Sylb. p. 478.

 rebus

Abent. p. 358. Brunner. part. 2. p. 336. p. 175. edit. Pith. p. 54.

rebus geſtis Alphonſi, Aventinus in annalibus Boicis, Brunnerus in annalibus Boicis & alii referunt, ſed Galli id negant, & huic traditioni opponunt, qvæ Rigordus in geſtis Philippi retulit. Unde magnum certamen inter Monachos S. Dionyſii in Gallia & Ratisbonenſes S. Emmerammi, utrisqve corpus Dionyſii ſibi vindicantibus. Qva de re qvid Johannes Mabillon & Michael Germanus cum Ratisbonenſibus Monachis paucis abhinc annis collocuti fuerint, in itinere eorũ germanico legitur. Johannes autem Launojus in obſervationibus ad vitam Dionyſii Pariſienſis certamen illud ludicrum & umbratile appellat, & prolatis utriusqve partis argumentis totam diſceptationem in eo verſari ait, ut utriusqve monaſterii Monachi fraudis & impoſturæ dicam ſibi mu-

mutuo ſcribant, & ad probandum hoc crimen inſtrumenta contraria inſumant. Conferatur etiam de hoc certamine, qvem paulo ante laudavimus, Gerardus du Bois in historia eccleſiæ Pariſienſis, & ex noſtris Dorſcheus in ſylloge ſemeſtri. *libr. 10, c. 5.* *p. 62.*

XLI. Sed miſſis iſtis de Dionyſii Areopagitæ Epiſcopatu, martyrio & corpore controverſiis ad ejus ſcripta accedamus. Feruntur enim ſub nomine Dionyſii Areopagitæ, qvi in actis apoſtolicis a Paulo ad chriſtianam fidem converſus dicitur, libri de hierarchia cœleſti, de hierarchia eccleſiaſtica, de divinis nominibus, de theologia myſtica, & epiſtolæ nonnullæ. Alia qvædam Dionyſii Areopagitæ opera recenſent Hilduinus in Areopagiticis, Svidas in lexico, Sigebertus & Trithemius in catalogis Scri- *Act. XVII, 34.* *Hild. p. 88.* *Svid. T. I. p. 745.* *Sigeb. c. 4.* *Trithem. c. 2.*

 pto-

ptorum eccleſiaſticorum, nec mirum plura qvam hodie extant Dionyſio Areopagitæ opera ab aliis attributa fuiſſe, cum ipſe hic pſeudo-Dionyſius nonnulla a ſe ſcripta opuſcula alleget, qvæ hodie amplius non comparent. Eorum autem, qvæ hodie ſuperſunt, variæ editiones proſtant. Inter latinas antiqviores ſunt Argentinenſis anni 1498 ex verſione Ambroſii Camaldulenſis, & Pariſienſis ejusdem anni cum notis Jacobi Fabri Stapulenſis. Conradus qvoqve Clauſerus Dionyſii opera latine vertit, & A. C. 1546. Argentorati publicavit. Eodem anno Coloniæ Dionyſii Areopagitæ opera latine prodierunt ex verſione Johannis Scoti Erigenæ, Johannis Saraceni, Ambroſii Camaldulenſis & Marſilii Ficini cum paraphraſi Abbatis Vercellenſis & ſcholiis Dionyſii Car-

Digitized by Google

Carthuſiani. Ex qvorum numero Marſilius Ficinus tantum librum de myſtica Theologia & de divinis nominibus interpretatus eſt, qvæ interpretatio etiam inter Marſilii Ficini opera legitur. Aliam operum Dionyſii verſionem dedit Joachimus Perionius Coloniæ A. C. 1557. Pariſiis A. C. 1567. & Lugduni A. C. 1585. excuſam. Nicolaum Gulonium Pariſiis 1608 & ſecunda lima expolita A. C. 1629 Dionyſii opera edidiſſe Carolus Joſephus p. 73.
Morotius in Ciſtercio refloreſcente memorat. Dionyſii Areopagitæ opera cum commentariis Hugonis, Alberti, Thomæ, Ambroſii, Roberti Lincolnienſis, & extractione Abbatis Vercellenſis Argentorati A. C. 1502. lucem aſpexerunt. Editio Pariſienſis anni 1515 apud Henricum Stephanum verſionem Ambroſii Camaldulenſis, notas

Fabri Stapulenſis, & commentarium Jodoci Clichthovei complectitur, ut alias latinas Dionyſii Areopagitæ editiones taceamus. Græce eadem Baſileæ 1539. Venetiis 1558. & Pariſiis apud Morellium 1562. prodierunt. Græco-latinam operum Dionyſii editionem A. C. 1615. Petrus Lanſſelius Pariſiis procuravit. Aliam græco-latinam majori apparatu inſtructam Antverpiæ 1634. Balthaſar Corderius vulgavit, qvæ editio Pariſiis 1644. iterata eſt. Corderiana autem hæc editio decem tantum Dionyſii epiſtolas exhibet, cum in antiqvioribus editionibus undecim numerentur, addita epiſtola ad Apollophanem, qvam etiam Halloixius in vita Dionyſii exhibet. Et hic epiſtolarum Dionyſii numerus adhuc amplius augeri poſſet, ſi adderetur epiſtola ad Clementem, qvæ apud Vincentium

c. 3.

lib. 11. c. 18.

tium Bellovacenſem in ſpeculo hiſtorico legitur, item epiſtola ad Paulum a Godofredo Tilmanno poſt Pachymeræ paraphraſes latine a ſe redditas edita. Manuſcriptis codicibus ab Oudino memoratis addi poſſunt codices bibliothecæ noſtræ Paulinæ a Fellero indicati. De codice MSCto Vindobonenſi Dionyſii Areopagitæ Lambecius videatur, ubi inter alia mentionem facit epiſtolæ cujusdam in Cæſarea bibliotheca extantis, qvæ ſub nomine Dionyſii Areopagitæ ad Timotheum de morte Petri & Pauli Apoſtolorum ſcripta eſt.

ſupplem. de Script. eccl. p. 7.

p. 101. 102. 103.

Tom. III. biblioth. Vindob. p. 67.

XLII. Nonnulla ex Dionyſii hujus operibus ſeorſim prodierunt, ut liber de myſtica Theologia, qvi græce Auguſtæ Vindelicorum A. C. 1519. cum triplici latina verſione & Abbatis Vercellenſis extractione & Iohannis Eckii com-

mentariis prodiit, in qvem Diony-
ſii librum etiam Carolus Herſentius
apparatum, interpretationē, com-
mentarios & paraphraſes Pariſiis
1616. edidit, ut Thomaſiꝰ in ſchedia-
ſmate hiſtorico notavit, ubi plura *p. 52,*
de myſtica Dionyſii theologia vi-
deantur. Georgii Pachymeræ græ-
ca in opera Dionyſii paraphraſis
Pariſiis A. C. 1561. lucem publicam
aſpexit. Et hanc Pachymeræ pa-
raphraſin latine reddidiſſe God-
fridum Tilmannum Poſſevinus in *p. 473. & 629.*
apparatu indicat, in eo Tilman-
num falli aſſerens, qvod hunc Pa-
chymerem Athanaſii Alexandrini
σύγχρονον ſtatuat, unde & Poſſe-
vinus in Pachymeræ præfatione
nomen Athanaſii Alexandrini de-
lendum exiſtimat, cum Pachyme-
res Michaelis Palæologi ætate
vixerit. Verum ipſe Poſſevinus
fallitur, cum etiam Michaelis Pa-
læo-

Digitized by Google

læologi ætate Athanaſius qvidam Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopatum tenuerit, cui omnino Pachymeres ſuam paraphraſin inſcripſit, & cujus hortatu hoc opus in ſe ſuſcepit. S. Maximi ſcholia in Dionyſium Pariſiis 1562. græce prodierunt, qvæ ſimul cum Pachymeræ paraphraſi Corderius ſuæ Dionyſii editioni græce & latine inſeruit. Idem vero Maximus etiam in epiſtola ad Thomam, qvæ cum Johannis Scoti libris de diviſione naturæ græce & latine ex verſione Thomæ Gale prodiit c. 5. qvartam Dionyſii epiſtolam ad Cajum Monachum prolixius qvam in ſcholiis explicavit. Johannis Scythopolitani ſcholia ad Dionyſium in editionibus operum Dionyſii cum Maximi ſcholiis permixta & confuſa eſſe Uſſerius obſervavit, cujus verba ex bibliotheca ejus theologica

gica MSCta Whartonus poſt ejuſ-
p. 299. dem Uſſerii diſſertationem de Di-
onyſio Areopagita exhibet. Qvod
Johannes qvidam Darenſis Epi-
ſcopus ſeculo 4. Dionyſium Areo-
pagitam ſcholiis ſuis illuſtraverit,
p. 46. Abraham Ecchellenſis in notis ad
catalogum Hebed Jeſu aſſeruit.
Verum hanc ſententiam egregie
& perqvam erudite refutatam fuiſ-
ſe a Morino Simonius in notis ad
p. 117. Gabrielem Philadelphienſem ob-
ſervavit, ubi reſpectum habet ad
ea, qvæ Morinus in opere de ſacris
ordinationibus contra Ecchellen-
p. 423. ſem de ætate Johannis Darenſis diſ-
p. 289. ſeruit, cum qvo Hottingerus in bi-
bliotheca orientali conferri pote-
rit. Et qvamvis Ecchellenſis in e-
piſtola ad Morinum, qvæ antiqvi-
tatibus eccleſiæ orientalis inſerta
eſt, ſententiam ſuam ex Syrorum
traditione confirmare contendat,
ori-

orientales tamen rei criticæ minime peritos eſſe antiqvitatum illa- p. 457.
rum editor obſervavit. S. Maximi & Johannis Scythopolitani in Dionyſium ſcholia latine vertit Anaſtaſius Bibliothecarius præfixa ad Imperatorem Carolum Calvum epiſtola, qvæ in Hibernicis epiſtolis ab Uſſerio editis legitur. Extat p. 45.
autem & alia Anaſtaſii Bibliothecarii ad Carolum Calvum de Dionyſio Areopagita epiſtola, qvam hiſtoriæ de martyrio Dionyſii in latinam linguam a ſe translatæ præmiſit, a Surio in actis Sanctorum & a Petro Franciſco Chiffletio in p. 7.
diſſertatione de uno Dionyſio edita. Qvod propterea monemus, qvia nonnullis poſteriorem hanc epiſtolam incognitam fuiſſe animadvertimus. Nam Dorſcheus in p. 50.
indice iniqvitatis aſſerit, ſe in Anaſtaſii Bibliothecarii ad Carolum

Cal-

Digitized by Google

Calvum epiſtola non invenire potuiſſe, qvod Chryſoſtomus Dionyſium Areopagitam cœli volucrem appellaverit. Et memini parum abfuiſſe, qvin nonnemo eos falſi argueret, qvi hoc elogium Dionyſii Areopagitæ in Anaſtaſii epiſtola legi aſſerunt. Scilicet priorem tantum Anaſtaſii epiſtolam viderat, non item poſteriorem, in qva utiqve Anaſtaſius ex Chryſoſtomo Dionyſium cœli volucrem appellavit. Qvod elogium ex Chryſoſtomi homilia de pſeudoprophetis depromptum eſt, qvæ homilia autorem qvidem habet Johannem Patriarcham Conſtantinopolitanum, non tamen Johannem Chryſoſtomum, ſed Johannem Neſteutem ſeu Jejunatorem, qvod obiter hic notamus. Latinorum Dionyſii interpretum omnium primus Johannes Scotus

Eri-

Digitized by Google

Erigena verſionem ſuam itidem Carolo Calvo dedicavit duabus ad ipſum ſcriptis epiſtolis, una ſoluta, altera ligata. Utramqve epiſtolis ſuis Hibernicis inſeruit Uſſerius. *p. 40.* Robertum Lincolnienſem omnia Dionyſii hujus opera exceptis epiſtolis & vertiſſe & commentariis ſuis illuſtraſſe ex Jameſii eclogis Whartonus in Anglia ſacra obſervavit. *part. 2. p. 347.* Germani Patriarchæ Cplitani in Dionyſium ſcholia hactenꝰ inedita in Vaticana bibliotheca ſe reperiſſe notat Schelſtratenus in diſſertatione apologetica de diſciplina arcani. *p. 120.*

XLIII. Dubium autem non eſt opera iſta toties edita, qvibus vel in alias lingvas transferendis vel explicandis & illuſtrandis tot eruditi operam ſuam impenderunt, Areopagitæ Dionyſio perperam tribui. Plurima enim in his operibus

ribus occurruut, qvæ apoſtolicæ ætati & Athenienſi illi Dionyſio, qvi in actis apoſtolicis memoratur, male congruunt. Accedit qvod per priora a Chriſto nato ſecula altum de his Dionyſii ſcriptis ſilentium deprehenditur, ſi ſpuria qvædam ſcripta excipiamus, in qvorum numero Origenis homiliæ de diverſis, Chryſoſtomi homilia de pſeudoprophetis, & Athanaſii qvæſtiones ad Antiochum ejusdemq; liber de communi eſſentia Patris, Filii & Spiritus S. haud immerito collocantur. Iſaaci illius Syri, qvem in libris de Angelis Dionyſianos libros paſſim laudaſſe Abraham Ecchellenſis perhibet, eadem dubio procul ratio eſt, qvæ Johannis Darenſis, qvem longe juniorem fuiſſe, ac Ecchellenſis ſtatuit, jam ſupra ex Morino notavimus. Cyrilli Alexandrini libros, qvibus

In epiſtol. ad Morin.

non-

nonnulla Dionyſii Areopagitæ dicta contineri Acephali ſpargebant, non eſſe Cyrilli catholicæ veritatis aſſertores reſponderunt, ut Liberatus memorat, ubi tamen Johannes Garnerius Areopagitæ nomen expungendum, & de Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo agi arbitratur. Fruſtra qvoqve Dionyſius Alexandrinus tertii ſeculi Epiſcopus objicitur, qvem Dionyſii Areopagitæ opera ſcholiis ſuis illuſtraſſe probari non poteſt, qvicqvid Maximo in ſcholiis ad Dionyſium viſum fuerit. Neqve etiam probari poteſt, qvod Clemens Alexandrinus & Gregorius Nazianzenus ex Areopagitæ ſcriptis tacito Autoris nomine nonnulla ſublegerint, qvin potius pſeudo-Dionyſium ex Clemente & Nazianzeno nonnulla mutuatum veriſimile videtur. Qvod vero de Juvenali

breviar. c. 10.

Digitized by Google

Hieroſolymitano Epiſcopo objicitur, unius Nicephori ſuſpecta fide nititur. Sane inter ipſos operũ Dionyſii patronos non deſunt, qvi Patres priorum ſeculorũ nullam operum Dionyſii mentionem facere concedunt. Qvomodo autem fieri potuerit, ut tot ſcripta tanti Doctoris tam illuſtris argumenti tot ſeculorum Patres, & in his etiam Euſebium ac Hieronymum, qvi Scriptorum eccleſiaſticorum monumenta diligentiſſime inveſtigarunt, latere potuerint, variis modis explicant. Alii enim hæreticis & imprimis Arianis, alii Philoſophis gentilibus, alii adverſis eccleſiæ primitivæ fatis occultationem & ſuppreſſionem ſcriptorum Dionyſii Areopagitæ adſcribunt, a qvibus divertens Schelſtratenus in tractatu ſuo de diſciplina arcani ad hanc ipſam arcani diſciplinam confugit. Verum omnia iſta effugia

vana eſſe clarius eſt, qvā ut prolixe id demonſtrare opus habeamus.

XLIV. Poſtqvam autem Dionyſii Areopagitæ opera, qvæ primis ſeculis incognita fuiſſe diximus, innoteſcere cœperunt, qvod qvinto poſt Chriſti nativitatem ſeculo contigiſſe arbitror, non ſtatim ab omnibus approbata & recepta ſunt. Cum enim in collatione Severianos inter & orthodoxos circa annum 532. habita a Severianis qvædam Dionyſii Areopagitæ dicta orthodoxis objicerentur, ea Hypatius orthodoxorum partes tuens tanqvam dubiæ fidei rejecit, ut acta illius collationis teſtantur, unde Severianos potius illo tempore qvam orthodoxos Dionyſii Areopagitæ opera in pretio habuiſſe conſtat, cui hæreſi etiam Johannes ille Epiſcopus Darenſis addictus fuit, qvem in hæc opera com-

mentatum fuiſſe ſupra diximus. Atqve hinc nonnulli autorem horum operum non orthodoxum ſed hæreticum fuiſſe ſtatuerunt, qvos inter recentior ille Scriptor, qvi teſte Schelſtrateno Autorem horum operum natione Ægyptium, profeſſione Monachum, & religione Severianum fuiſſe cenſuit. Eſt autem recentior ille Scriptor Paſchaſius Qvesnelius Pariſinus congregationis oratorii Dn. Jeſu Presbyter. Is enim prolixam epiſtolam elucubravit, in qva ſummatim perſtrictis argumentis triginta qvinqve Johannis Morini, & aliis alterius eruditi viri qvindecim additis, & nonnullis eorum curioſius excuſſis eo deduxit concluſionem, ut non ſolum Areopagiticorum autorem poſt exortas Neſtorii & Eutychetis hæreſes ſcripſiſſe abunde a ſe demonſtratum puta-

de concil. Antioch. p. 197.

Digitized by Google

putaverit, ſed etiam probabiliter a ſe colligi cenſuerit, qvod autor ille ex Judæis prognatus, natione Ægyptius, profeſſione Monachus, diſciplina Platonicus, tantoqve contra Neſtorianos zelo actus fuerit, ut plus qvam par ſit in contrariam Eutychianorum vel Semi-Eutychianorum ſententiam declinaverit, phraſesqve illis familiares uſurpaverit. Hanc epiſtolæ illius ſummam eſſe ex Papebrochio didici, qvi in ſcholiis ad ephemerides Græcorum metricas iſta retulit, *fol. 45.* addens, qvod Qveſnelius Chiffletio adverſus Morinum urgenti, qvod autor, ſi vere Areopagita non fuit, ſed ejus ſolum perſonam ſibi ſumpſit, ſimulationis ſacrilegæ reus haberi deberet, ſuum Vigilium Tapſenſem in memoriam revocaverit, in qvem Athanaſii aliorumqve Scriptorum nomina & perſo-

nas aſſumentem eadem accuſatio caderet, ſi legitima foret. Etſi vero Papebrochius, cum iſta ſcriberet, hanc Qveſnelii epiſtolam brevi edendam ſperaret, forte tamen patroni operum Dionyſii editionem illius epiſtolæ impediverunt.

ſect. 7. art. 8. Sane Schelſtratenus in tractatu de diſciplina arcani de ſemetipſo refert, qvod epiſtola illa viſa non ſine ſtomacho exclamaverit, indignum eſſe hoc opuſculum, qvod in lucem publicam prodiret. Unde Papebrochius, cum ante biennium primam apologiæ ſuæ partem contra Sebaſtianum a S. Paulo ederet, hanc Paſchaſii Qveſnelii epiſtolam adhuc tanqvam ineditam allegabat.

Artic. 5. n. 20.

XLV. Maximo qvidem in pretio Dionyſii opera habuit S. Maximus, ſed tamen in præfatione ſuis in Dionyſium ſcholiis præmiſſa

miſſa non diſſimulat, fuiſſe ſua ætate nempe ſeculo 7, qvi ſcripta Dionyſii non Areopagitæ, ſed recentiori cuipiam Autori tribuenda cenſerent. Theodorus Presbyter, qvi in bibliotheca Photii primum locum occupat, pro ſcriptis Dionyſii Areopagitæ peculiarem tractatum ſcripſit, e cujus ſynopſi prout a Photio recenſetur, apparet, jam tum fuiſſe, qvi hæc ſcripta Dionyſii Areopagitæ non eſſe contenderent. Et Theodorus qvidem argumentis eorum pro virili ſatisfacere conatus eſt, ſed qva ratione id præſtiterit, Photius non addit, qvi in recenſendo hoc tractatu ita ſe gerit, ut haud obſcure inde colligi poſſit, qvod Theodori conatum ſucceſſu caruiſſe ſtatuerit. Certe haud contemnenda fuiſſe adverſariorum Theodori argumenta Gerardus Dubois Ora-

libr.6. c.3. torii Dn. Jeſu Presbyter in hiſtoria eccleſiæ Pariſienſis pluribus oſtendit. Primum eorum argumentum erat: ſi genuina ſunt Dionyſii Areopagitæ opera, cur nemo veterum Patrum ea allegavit? Ea ſane ratio, ait Dubois, magni momenti eſt. Cur enim ejus ſententiis adverſus Sabellianos pugnatum non eſt? cur, dum Ariani in eccleſiam ſævirent, in auxilium fidei non additum eſt hoc opus, cum præſertim tela multa ad hæreſin illam confodiendam in eo parata ſint? cur, cum de hypoſtaſibus controverſia fuit, ad pacandam eccleſiam non præſto fuit? &c. Alterum argumentum hoc erat: qvomodo fieri potuit, ut Euſebius de Dionyſii Areopagitæ operibus ſileret? qvod etiam alicujus ponderis eſſe Dubois aſſerere non veretur, ſed tertium imprimis validiſ-

ſimum

Digitized by Google

ſimum fuiſſe pronunciat. Sic enim argumentabantur, qvi ſcripta illa ſuppoſititia eſſe judicabant: qvomodo Dionyſius Areopagita Apoſtolis coævus traditiones poſt Apoſtolorum ætatem in eccleſia natas deſcribere potuit? In qvo argumento explicando dum Dubojs verſatur, agnoſcit, ea qvæ in ſcriptis Dionyſii Areopagitæ de ritibus baptiſmi, de liturgiæ apparatu, de catechumenis pœnitentibus & energumenis poſt Scripturæ lectionem dimiſſis, de thurificationibus a Pontifice peractis, de certis pœnitentium locis, de Monachorum & Cœnobitarum ordine, de ritibus funerum, multisqve aliis cerimonjis memorantur, ita comparata eſſe, ut a viro apoſtolicæ ætatis ſcribi minime potuerint. Qvartum deniqve argumentum eorum, qvorum refutationem Theo-

 dorus

dorus Presbyter aggreſſus eſt, ab Ignatii mentione in Dionyſii ſcriptis occurrente depromptum erat. Cum enim Ignatius Trajano imperante beſtiis objectus fuerit, & paulo ante martyrium epiſtolas ſuas ſcripſerit, haud immerito inconveniens illis videbatur a Dionyſio Areopagita, qvi Apoſtoli Pauli ætate floruit, Ignatii epiſtolas allegari.

XLVI. Etſi vero decimo ſeculo ac deinceps in magna illorum temporum caligine Dionyſii Areopagitæ ſcripta vulgo pro genuinis habita fuerint, in ipſo tamen renaſcentium literarum diluculo inveteratus ille error ſtatim deprehenſus eſt, ut ex Laurentii Vallæ annotationibus in N. T. eluceſcit. De Gulielmo Grocino refert Eraſmus, qvod ſub auſpicium lectionum ſuarum, qvibus Dionyſii librum de

ad Act. 17. fol. 23.

ad Act. 17. p. 331.

de hierarchia cœleſti interpretari cœpit, graviter in eos deſtomachatus fuerit, qvi hoc opus Areopagitæ eſſe inficiati ſunt, ſed priusqvam dimidium operis abſolviſſet, ſententiam iſtam retractaverit, ingenue faſſus, ſibi id opus Dionyſii Areopagitæ eſſe non videri, qvas poſteriores Grocini cogitationes ſapientiores prioribus fuiſſe Eraſmus minime dubitavit, qvi & ipſe tam obeſæ naris non fuit, ut fraudem impoſtoris alienum nomen ſibi adaptantis ſubodorari non potuerit. Neſcio autem qvid Schelſtrateno in mentem venerit, qvod omnem repudiati Dionyſii invidiam in Lutherum conjicere auſus fuerit, dum ſcribit, ante Lutherum decem retro ſeculis Dionyſii Areopagitæ ſcripta a nemine rejecta fuiſſe. Falſiſſimum id eſſe ex iis patet, qvæ paulo ante dicta ſunt.

antiqv. illuſtr. part. 2. diſſ. 3. c. 3.

Cæte-

Cæterum Facultas Theologica Pariſienſis hanc de Dionyſii Areopagitæ operibus ſententiam in Luthero concoqvere minime potuit, ideoqve in cenſura ſua adverſus Lutherum lata hoc etiam inter alia damnavit, qvod de Dionyſii Areopagitæ ſcriptis ſiniſtre judicaſſet. Verba illius cenſuræ, qvæ ad Dionyſium Areopagitam ſpectant, ex archivis Sorbonæ tranſcripta producit Le Nourry exiſtimans, hanc Facultatis theologicæ Pariſienſis cenſuram in Lutherum nondum hactenus editam fuiſſe, qva in re turpiter fallitur. Nam inter opera Lutheri habetur integra determinatio Theologorum Facultatis Pariſienſis, qvam etiam Coloniæ A. C. 1521. cum appendice Jacobi Hochſtrateni ſeorſim excuſam ad manus habeo. Præterea hanc Theologorum Pariſienſium

apparat. ad bibl. Patr. p. 329.

Tom. 2. lat. Jen. p. 419.

censu-

cenſuram a Bailio exhiberi Schelſtratenus in antiqvitate illuſtrata aſſeruit. Erravit inſuper Nourry in eo, qvod hanc cenſuram adverſus Lutherum A. C. 1520. a Sorbona latam aſſerit, cum ſeqventi demum anno id contigerit. Similem Theologorum Pariſienſium cenſuram in cauſa Dionyſii Areopagitæ Eraſmus etiam Roterodamus incurrit, qvod A. C. 1527. factum eſt. Verum Papebrochius iſtam cenſuram eo tempore latam dicit, qvo cruda adhuc fuit novitas, qvæ poſtea ab optimis Catholicis, ut loqvitur, digeſta multorum palato adeo placuit, ut eam calculo ſuo approbaverint, nullamqve ſive Pariſienſium Theologorum ſive Hiſpanorum Cenſorum rationem habuerint, qvi Eraſmo pro bonis de Dionyſio Areopagita monitis hanc gratiam retulerunt,

p. 413.

Reſponſ. contra Seb. baſt. a S. Paulo part. 2. p. 3.

lerunt, ut totam ejus annotationem expungendam cenſerent.

XLVII. Certe neqve indices expurgatorii Hiſpanorum, neqve Pariſienſium Theologorum cenſuræ adverſus Eraſmum & Lutherum latæ obſtiterunt, qvo minus ex ipſis Pontificiis haud pauci eandem cum Luthero & Eraſmo de Dionyſii ſcriptis ſententiam foverent. Fecit hoc inter Italos Thomas Cajetanus Cardinalis, *not. ad Act. 17.* cui etiam Cardinalem Bonam adjungere non dubito, qvi etſi hanc controverſiam *Rer. liturg. libr. 1. c. 8.* diu agitatam dirimere non auſit, ita tamen de hoc negotio diſſerit, ut in qvam ſententiam inclinaverit, haud obſcurum videatur. Ex Belgis, qvi Dionyſii Areopagitæ opera hypobolimæa eſſe judicarunt, Chriſtianum Lupum nominaſſe ſufficiat, *de Synod. 6. c. 3. Tom. 2. p. 781.* qvi tam in ſuis diſſertationibus ad concilia, qvam

Digitized by Google

qvam in annotationibus ad Tertulliani librum de præſcriptionibus ſententiæ ſuæ rationes indicavit. Imprimis autem in Gallia reperti, qvi inſuper habitis priſtinis Pariſienſium Theologorum cenſuris ſcripta Dionyſii Areopagitæ falſo titulo ſuperbire ſtatuerunt. De Paſchaſio Qveſnelio & Gerardo du Bois jam ſupra diximus, qvibus addi poſſunt Johannes Launojus, Johannes Morinus, Philippus Labbeus, & plures alii, qvorum argumenta qvi ponderaverit, haud difficulter deprehendet, laterem lavare Matthæum Galenum in prolixa præfatione ad Hilduini Areopagitica, Martinum Delrio in vindiciis Areopagiticis, Lanſſelium in diſputatione apologetica de S. Dionyſio, Petrum Halloixium in notis ad vitam Dionyſii, Natalem Alexandrum in diſſertatio- *ad cap. 41, p. 635.*

tatio-

tatione de operibus Dionyſii, & plures alios, qvi Dionyſium Areopagitam ſcriptorum, qvæ ſub ejus nomine feruntur, genuinum autorem eſſe probare contendunt. Qvod ſi verum eſt Bellarmini judicium, in tractatu de Scriptoribus ecclesiaſticis aſſerentis, de Dionyſii operibus viros doctos & catholicos nihil dubitare, ſed ſolos hæreticos Lutheranos & qvosdam ſciolos; ipſum Bellarminum neqve doctum neqve catholicum, ſed vel Lutheranum hæreticum, vel ſciolum fuiſſe oportet, cum alibi Dionyſium Areopagitam inter illos Autores retulit, qvos antiqviſſimos & optimos eſſe ait, licet incertum ſit, an ſint ii, qvorum nomina præ ſe ferunt.

p. 43.

libr. 2. de confirm. c. 7. §. Jam vero.

XLVIII. E Reformatis nullus eſt, qvi Dionyſii Areopagitæ ſcripta pſeudepigrapha non agnoſcat, etſi

Digitized by Google

etſi de operum illorum autore & tempore, qvo nata ſunt, non conſentiant. Nam Dodwellus in tractatu de jure laicorum ſacerdotali p. 389. ſcripta hæc fortaſſe a Gregorio M. qvi ſexto ſeculo exeunte vixit, Dionyſio Areopagitæ ſuppoſita fuiſſe ſuſpicatur. Johannes Dallæus in tractatu de ſcriptis, qvæ ſub nominibus Dionyſii Areopagitæ & Ignatii feruntur, ante medium ſexti ſeculi cognita fuiſſe minime dubitavit. Jacobus Uſſerius in diſſertatione de ſcriptis Dionyſii Areopagitæ, qvam cum ejusdem tractatu de Scripturis & ſacris vernaculis Whartonus edidit, qvinto ſeculo p. 298. hæc ſcripta compoſita arbitratur. At Pearſonius in vindiciis epiſtolarum Ignatii adhuc altius aſcendens part. 1. c. 10. qvarto ſeculo hunc pſeudo-Dionyſium vixiſſe & poſtremis Euſebii temporibus ſcripſiſſe conjicit.

Et huic ſeculo illi qvoqve Dionyſii Areopagitæ ſcripta adjudicant, qvi Apollinarium illorum autorem faciunt, ſive juniorem, ut Caveus in chartophylace eccleſiaſtico, ſive ſeniorem, qvam ſententiam idem Dn. Cave in hiſtoria ſua literaria amplexus eſt. Nec nova illa eſt de Apollinario conjectura. Laurentii enim Vallæ ætate viri qvidam doctiſſimi libros, qvi Dionyſio Areopagitæ vulgo tribuuntur, ab Apollinari ſcriptos cenſuerunt, ut ipſe Valla in loco, qvem ſupra allegavimus, teſtatur. Qvin & multis ante Vallæ ætatem ſeculis nonnullos ita ſtatuiſſe, ex S. Maximi in Dionyſii opera ſcholiis, qvæ ſententiæ illius mentionem faciunt, manifeſtum eſt. Verum Apollinarium non magis qvam Didymum, de qvo etiam nonnulli ſuſpicati ſunt, ſcriptorum

p. 177.

in ſchol. ad c. 7. de Hierarch. eccleſ. p. 422.

Areo-

Areopagitæ tributorum autorem fuiſſe arbitramur, cum ſcriptores Apollinario coævi & proxime ſeqventes nullam eorum mentionem feciſſe deprehendantur.

XLIX. Præter Autores hactenus allegatos de ſcriptis Dionyſii videri poſſunt ex Reformatis Rivetus in critico S, Albertinus in tractatu de euchariſtia, Voetius in diſputationib9 theologicis, Hoornbeckius in miſcellaneis, Scultetus in medulla Patrum, Vedelius in ſuo Ignatio & alii; e noſtris Magdeburgenſes in centuriis, Flacius in reſponſione ad invectivas Bruni, Tubingenſes in reſponſionibus ad Jeremiam Patriarcham, Dannhauerus in Chriſteide, Bebelius in antiqvitatibus ſeculi qvarti, Varenius in rationario Scriptorum ſeculi primi & alii. A qvibus omnibus diſcedit Peterſenius, qvi in ſua te-

Riv. libr.1. c.9.10.11. Albert.lib. 2.p.260. Voet.part. 1.p.894. Hoornb.lib. 1.p.80. Scult. part.1.p. 483. Vedel. part.1.p. 125. cent.1.libr. 2.c.10.p. 625. Flac.p.38. Tubing.p. 174. & 315. Dannh.p. 901. Bebel.p.96. Varen. p.34.

Digitized by Google

ſtium nube eos, qvi Dionyſium Areopagitam ſuppoſititiis Scriptoribus accenſendum exiſtimant, falli putat, & contra aſſerere minime dubitat, qvod Scriptor ille divinissimus divino actus ſpiritu res ſublimiſſimas conſignaverit. Ac ne id gratis dixiſſe videatur, ad Halloixium provocat, a qvo γνησιότητα operũ Dionyſii dudum probatam aſſerit. Verum mirari qvis poſſit, cur major ſit apud eum Jeſuitæ illius qvam Lutheri omniumqve Lutheranorum pariter & Reformatorum autoritas, cum tamen Halloixius chiliaſmum a nonnullis Patribus aſſertum inter eorum nævos retulerit, ut taceam, in libris Dionyſii Areopagitæ, qvos divini Spiritus impulſu ſcriptos Peterſenius ſtatuit, Papiæ aliorumqve Millenariorum ſententiam tanqvam erroneam perſtringi, qvod

qvod jam olim S. Maximus in ſuis ad Dionyſium ſcholiis obſervavit. *p. 422.*

L. PAPIAS ille, cujus paulo ante mentionem fecimus, libros 5. qvos explicationem ſermonum Domini nuncupavit, literis conſignavit, qvorum præter Irenæum *lib. 5. c. 33.* & Hieronymum *de Script. eccleſ. c. 18.* Euſebius meminit, *libr. 3. hiſt. eccl. c. 39.* qvi etiam fragmenta qvædam ex iſto Papiæ opere exhibet, ut alia ab aliis aſſervata fragmenta taceamus. Num vero Patribus apoſtolicis annumerari debeat, incertum eſt. Etſi enim Hieronymus in chronico eum Johannis Apoſtoli auditorem faciat, probabilior tamen eorum eſt ſententia, qvi eum cum Dodwello *diſſ. 1. ad Iren.* non Johannis Apoſtoli, ſed Johannis Presbyteri diſcipulum fuiſſe ſtatuunt. Neqve etiam firmis rationibus probari poteſt, qvod hic Papias apocaly-

pticus Pergamenſis eccleſiæ angelus fuerit, qvæ Antiochi Brondi fuit ſententia. Id certum eſt, qvod exilis judicii fuerit, & traditiones varias nimia curioſitate captaverit, & ex qvadam animi ſimplicitate ſæpius ſibi imponi paſſus fuerit. Plura de eo apud Caſaubonum in exercitationibus ad Baronium, Spanhemium in qvaternione diſſertationum, Henſchenium in actis Sanctorum, Halloixium in vita Papiæ, Pagium in critica annalium Baronii & alios videantur.

Caſ. p. 429. 430. Spanhem. p. 75. Henſch. d. 22. Febr. Tom. I. Scriptor. eccl. orient. Pag. ad A. C. 116.

LI. QVADRATUM Euſebius in chronico Apoſtolorum diſcipulum appellat, eundemqve cum Philippi filiabus verſatum in hiſtoria ſua eccleſiaſtica perhibet, ubi etiam Qvadratum prophetiæ donis inſtructum fuiſſe memorat, qvod & ante Euſebium antiqvus qvidam Scriptor ab eodem Euſebio

libr. 3. c. 37.

libr. 5. c. 17.

bio alibi allegatus retulit. Scripſit apologiam pro chriſtianis, qvam Hadriano Imperatori Athenis aliqvando hyemanti obtulit, qvod anno Hadriani 10. ſeu A. C. 127. factum eſſe Euſebius in chronico tradidit, etſi Dallæo veriſimilius videatur, id anno Hadriani 6. vel 7. ſeu A. C. 123. contigiſſe. Superfuit adhuc iſta Qvadrati apologia ineunte ſeculo 7, qvo tempore Euſebius Theſſalonicenſis in refutandis Andreæ Aphthartodocetæ erroribus Qvadrati ſcriptis uſus eſt, ut in bibliotheca ſua Photius teſtatur. Hodie vero de illa Qvadrati apologia nihil amplius intereſt, qvam fragmentum ab Euſebio ſervatum, in qvo de Chriſti miraculis agitur, & qvidam mirabiliter a Chriſto ſanati aut ad vitam revocati ad Qvadrati uſqve tempora vixiſſe perhibentur, qvod nonnemo in Brevia-

de ſcriptis Dionyſ. Areop. c. 13.

cod. 162.

libr. 4. hiſt. eccl. c. 3.

c. 16. theſ. 3. p. 175.

Digitized by Google

rii ſui ſupplemento de illis intelligit, qvi ſimul cum Chriſto reſurgente e ſepulchris prodierunt. Verum Qvadratus de illis potius locutus eſt, qvi a Chriſto inter homines obambulante a morte reſuſcitati ſunt. Cum autem eidem Theo-
p. 172. logo in ſua patrologia improbabile videtur, qvod Qvadratus, qvi apologiam ſuam Hadriano obtulit, a Chriſto ſanatos & reſuſcitatos viderit, ſiqvidem fidem ſuperat, eos poſt reſuſcitationem ſui integro ſeculo ſuperfuiſſe, ſciendum eſt, homines illos a Qvadrato non eo amplius tempore, qvo apologiam ſuam Hadriano obtulit, viſos fuiſſe, ſed cum adhuc juvenis & Apoſtolorum diſcipulus extaret. Præter apologiam Qvadrato nonnulli aliud qvoddam ſcriptum tribuunt, ejusqve rei teſtem Euſebium allegant. Verum Euſebius σύγγραμ-

μα

μα illud a Qvadrati apologia minime diſtingvit. Ipſum Qvadratum qvantum attinet, eum Athenienſem Epiſcopum fuiſſe Hieronymus in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum & in epiſtola ad Magnum tradidit. At Valeſius Qvadratum illum Athenienſem Epiſcopum, cujus Dionyſius Corinthius apud Euſebium meminit, a Qvadrato apologiæ pro chriſtianis autore diſtinguendum monet, cujus rationes infirmas admodum eſſe alii contendunt. Ea qvæ Johannes in apocalypſi ſua ad Angelum eccleſiæ Philadelphienſis ſcripſit, in neminem melius qvam in Qvadratum qvadrare Halloixius in vita Qvadrati arbitratur. Verum hanc ſententiam Henſchenius in actis Sanctorum confutavit, ubi & eos refellit, qvi Qvadratum Carmelitarum Ordini vindicare

libr. 4. c. 23. hiſt. eccleſ.

cap. 2. & not. ad illud caput.

Tom. 6. Sanctorum Maj p. 357.

auſi ſunt. Græci Qvadrati memoriam d.21. Septembris, Latini d. 26. Maji celebrant, qvo die Beda in ſuo Martyrologio annotavit, qvod Qvadratus nullam eſcam a chriſtianis repudiari voluerit.

LII. Plures hactenus recenſuimus Patres apoſtolicos, ſed nullius horum rationem habuit in ſuo Patrum apoſtolicorum ſyntagmate Johannes Baptiſta Cotelerius, cum ſcripta illis attributa vel ſuppoſita ſint, vel deperdita. Nunc videamus, qvid de illis ſentiendum, qvorum ſcripta in laudato ſyntagmate Cotelerius collegit. Ac primo qvidem loco ibi comparet BARNABAS, ſub cujus nomine olim evangelium aliqvod editum fuiſſe ex Gelaſii decreto patet, qvod Gratianus in prima decreti ſui parte exhibet. Sed illud Barnabæ evangelium, qvod in iſto Gelaſii de-

diſt. 15. C. ſancta Romana eccleſia.

creto

creto inter apocrypha ſcripta rejicitur, jampridem intercidit. Nec deſunt, qvi Miſſale Ambroſianum a Barnaba, qvem primum Mediolanenſium Epiſcopum & eccleſiæ illius fundatorem faciunt, inchoatum, deinde vero ab aliis auctum ac tandem ab Ambroſio in eam, qvam nunc habet, formam redactum ſtatuunt. Verum nugas venditare & ſomnia narrare qvi talia referunt doctiſſimus Cave merito judicat. Præterea etiam *διδαχὴν* ſeu *διδασκαλίαν* ſub nomine Barnabæ qvondam extitiſſe, qvemadmodum ſub aliorum Apoſtolicorum virorum ipſorumqve Apoſtolorum nomine variæ *διδαχαὶ* & didaſcaliæ prodierunt, dubitare vix licet. Et ex hac ipſa Barnabæ didaſcalia nonnulli, qvos inter Henricus Dodwellus, deprompta eſſe putant, qvæ in

epi-

epiſtola Barnabæ & qvidem in poſteriori ejus parte, qvam antiqvus latinus interpres intactam reliqvit, de duplici via lucis & tenebrarum diſſeruntur. Qva de re qvid ſtatuendum videatur in præfatione, qvæ Oxonienſi hujus epiſtolæ editioni præfixa eſt, videri poterit. Nec illud nobis omittendum, dum ſcripta Barnabæ attributa recenſemus, eidem qvosdā, qvorum Hieronymus in epiſtola ad Dardanum & Philaſtrius in ſuo hæreticorum catalogo meminerunt, canonicam ad Hebræos epiſtolam adjudicaſſe. Sane ex Patribus Tertullianus verba qvædam ex epiſtola ad Hebræos allegans autorem ejus Barnabam appellat. Cujus autoritate motus Johannes Camero eandem ſententiam amplexus eſt, qvam levibus qvibusdam & pæne ridiculis ratiunculis ſtabilitum ivit.

diſſert. 1. ad Iren. p. 56.

de pudic. c. 20.

qϐ. 2. in epiſt. ad Hebr.

Cum

Cum enim Lycaonii Paulum pro Mercurio, at Barnabam pro Jove habuerint, ex eo colligit, auguſto qvodam oris vultu atqve habitu Barnabam fuiſſe, unde ulterius infert, eam ſtyli ſublimitatem, qvæ in epiſtola ad Hebræos occurrit, Barnabæ qvam maxime convenire. Deinde & illud urget, qvod ex hiſtoria rixæ Paulum inter & Barnabam exortæ colligi poſſit, Paulum animi minus incitati qvam Barnabam fuiſſe, unde concludit, Barnabæ potius qvam Paulo epiſtolam ad Hebræos adſcribi debere. Verum his argumentis confutandis immorari nolumus, qvo labore celeberrimum Spanhemium jampridem defunctum novimus. *de autore epiſtol. ad Hebræos part.2.c.8.*

LIII. Alia vero ſub Barnabæ nomine epiſtola circumfertur, de qva ut aliqvid dicamus inſtituti ra-

tio

tio efflagitat. Eam primus typis imprimi Armachanus Archiepiſcopus Jacobus Uſſerius curavit. Verum omnia editionis illius exemplaria, anteqvam abſolverentur ſimul cum ipſa officina typographica grave urbis Oxonienſis incendium conſumpſit, & paucæ tantum paginæ ad præfationem Editoris pertinentes, qvæ forte apud correctorem fuerant, flammas evaſerunt. Qvam jacturam in Gallia Hugo Menardus Ord. Benedictini e congregatione S. Mauri Monachus reſarſit. Etſi enim anteqvam Barnabæ epiſtolam notis ſuis illuſtratam in publicam lucem protraheret, ipſe lucis hujus uſura privaretur; poſthumus tamen foetus ab ipſo relictus & partui jam maturus obſtetricante Luca Dacherio ejusdem ordinis Monacho Pariſiis A. C. 1643. e tenebris emerſit.

Digitized by Google

ſit. Qvam editionem græco-latinam qviſqvis inſpexerit, Philippum Labbeum erraſſe deprehendet, qvi in diſſertatione ſua de Scriptoribus eccleſiaſticis Barnabæ epiſtolam latine tantum a Menardo editam aſſerit. Qvod erratum Labbeo plurimis laboribus diſtracto condonari cupit Franciſcus Combefiſius in indice Autorum, qvem bibliothecæ ſuæ concionatoriæ præmiſit, miratus alioqvi Labbeo in ipſa Pariſiorum urbe, ubi Menardi editio prodiit, verſanti errorem iſtum obrepere potuiſſe. Qva in re Combefiſio libenter gratificabimur, etſi Labbeus venia vix dignus videatur, qvi B. Gerhardum alioſqve Theologos bene meritos variiſqve laboribus diſtrictos ob leviſſima errata paſſim virulentis & acerbiſſimis ſcommatibus perſtringit. Poſt Angliam & Galli-

T. I. p. 503.

p. 20.

Galliam etiam Belgium de Barnabæ epiſtola bene meruit. Nam A. C. 1646. Amſtelodami Barnabæ epiſtolam ſimul cum Ignatii epiſtolis notis qvibusdam illuſtratam Iſaacus Voſſius vulgavit, qvi tria manuſcripta nactus, unum Florentinum ex bibliotheca Medicea, & duo Romana, qvorum unum Vaticana alterum Theatinorum bibliotheca ſuppeditavit, Barnabæ epiſtolam correctiorem edendi occaſionem haud neglexit. Hanc Voſſii editionem ſecutus eſt Joachimus Johannes Maderus, cum Helmeſtadii A. C. 1655. Barnabæ epiſtolam prælo iterum ſubjici curaret. Sed & vitia qvædam Voſſianæ editionis in Helmſtadienſi relicta, ut fieri ſolet, fuerunt, qvale eſt illud, qvod in Voſſii præfatione pro Hugone Menardo Claudius Menardus nominatur. Omnes autem

autem iſtæ editiones latuiſſe videntur Auguſtum Varenium, cum in rationario Scriptorum eccleſiaſticorum primi ſeculi, qvod A. C. 1669. in lucem prodiit, de Barnabæ p. 133.
epiſtola nihil qvam fragmenta qvædã apud veteres ſupereſſe ſcriberet. Novam hujus epiſtolæ editionem Johannes Baptiſta Cotelerius adornavit, cum Pariſiis A. C. 1672. opera Patrum, qvi apoſtolico ævo floruerunt, collegit, & in his, uti diximus, Barnabæ epiſtolã primo loco poſuit, qvam & nova verſione latina donavit, & notis qvibusdam illuſtravit. Majori notarum ſeu potius digreſſionum apparatu hanc epiſtolam exornavit Stephanus le Moyne, qvi A. C. 1685. Lugduni Batavorum inter varia ſacra hanc epiſtolam iterum edidit, & in prolegomenis diſſertationem de Barnaba addidit, in qva & de

Digitized by Google

ipſo Barnaba & de ejus epiſtola, qvam partem epiſtolæ Polycarpi eſſe ſuſpicatus eſt, prolixe diſſerit. Eodem anno Oxoniæ e theatro Sheldoniano Barnabæ epiſtola ſimul cum Hermæ Paſtore brevibus qvibusdam ſcholiis illuſtrata prodiit, cujus autor doctiſſimus Oxonienſium Antiſtes græci textus lacunas ex antiqva verſione latina, & lacunas antiqvæ verſionis latinæ ex græco textu ita ſupplevit, ut qvæ vel græco textui vel latinæ verſioni addita ſunt, miniatis literis exprimi curaverit. Præfationi inſerta eſt Jacobi Uſſerii de Barnabæ epiſtola præmonitio, ſeu potius illa præmonitionis particula, qvam Oxonienſi incendio ereptam jam ſupra diximus. Ad calcem epiſtolæ leguntur Viri clariſſimi Eduardi Bernardi S. T. D. & in Univerſitate Oxonienſi Profeſſoris Saviliani

liani in S. Barnabam annotationes. Ultima Barnabæ editio eſt Antverpienſis, ut titulus præ ſe fert, ſeu potius Amſtelodamenſis Johannis Clerici hoc ipſo anno 1698. procurata, qvæ inter Patres apoſtolicos conjunctim editos Barnabam qvoqve cum variorum notis exhibet. Johannis autem Millii editio cum Henrici Dodwelli diſſertatione & paraphraſi, qvæ in actis Eruditorum memoratur, nondum qvod ſciam lucem publicam adſpexit. An. 1691. p. 198. Anglice hanc epiſtolam vertit Gulielmus Wakæus, & ſimul cum verſione Anglicana epiſtolarum Clementis Romani ad Corinthios, epiſtolæ Polycarpi ad Philippenſes, ſeptem epiſtolarum Ignatii & trium Hermæ librorum Londini 1693. edidit, qvæ ſcripta omnibus aliis eccleſiaſticis anteferri oportere, majori qvam humana autoritate

polleres, nec eorum autores a veritatis tramite vel aberraſſe vel aberrare potuiſſe nimis liberaliter judicavit. Errare enim ipſos non dubitamus, qvotqvot ſcripta iſta ab omni errore & erroris periculo abſolvere conantur. Eandem Barnabæ epiſtolam ſimul cum Clementis epiſtola ad Corinthios in germanicam lingvam transtulit Godofredus Arnoldus, de qva verſione nonnulla notavit celeberrimus dialogorum menſtruorum autor, qva occaſione de Barnabæ epiſtola multa diſſeruntur, qvam prædictus dialogorum Autor ultimis Hadriani temporibus a Judæo qvodam Alexandrino ſcriptam eſſe non contemnendis rationibus conjicit, qva de re certius aliqvid dici poſſe ſtatuit, ſi conſtaret, qvos ante Pantænum Catechetas ſchola Alexandrina habuerit. Qvæ cum lege-

An. 1696. p. 73. ſeqq.

legerem animo ſuccurrebat meo Philippi Sidetæ fragmentum ab Henrico Dodwello poſt ejus ad Irenæum diſſertationes editum, ejusdemqve notis illuſtratum. Nam in iſto fragmento tota Catechetarum Alexandrinorum ſeries exhibetur primum locum tenente Athenagora, ſecundum Clemente Alexandrino, tertium Pantæno, qvartum Origene, qvem deinde ſecuti Heraclas, Dionyſius, Pierius, Theognoſtus, Serapion, Petrus, Macarius, Didymus, & Rhodon, qvorum poſtremus temporibus Theodoſii hanc ſcholam in civitatem Sidam transtulit. Verum an huic Alexandrinorum Catechetarum catalogo fides adhibenda ſit, aliis dijudicandum nunc relinqvo.

LIV. Autorem hujus epiſtolæ Barnabam Pauli Apoſtoli comitem & cooperarium fuiſſe vete-

rum nonnulli ſtatuerunt, qvos inter Clemens Alexandrinus in ſecundo ſtromatum libro autorem hujus epiſtolæ ſub nomine Barnabæ Apoſtoli allegat, & in eodem libro alibi autorem hujus epiſtolæ Barnabam virum apoſtolicum, unum ex 70. Diſcipulis & Pauli adjutorem nominat. In eadem ſententia Tertullianum fuiſſe tradit Sandius, qvi hujus rei probandæ cauſa Tertulliani librum de pudicitia allegat. Verum ibi Tertullianus per epiſtolam Barnabæ epiſtolam ad Hebræos intelligit, qvam, ut ſupra diximus, a Barnaba ſcriptam cenſuit. Qvamobrem ille Tertulliani locus huc non pertinet. Clementis autem Alexandrini judicium haud pauci ex recentioribus Scriptoribus ſeqvendum duxerunt, e qvorum numero Dupinius in Scriptorum eccleſiaſtico-

nucl. p. 5. 6. c. 20.

Dupin. T. I. p. 15.

ſticorum bibliotheca, Hammondus in diſſertationibus de epiſcopatu, Bullus in defenſione fidei Nicænæ, Pearſon in lectionibus poſthumis ad acta Apoſtolorum, aliiqve, qvibus e noſtris Calovium & Bebelium addere licebit. Verum cum jam olim Euſebii & Hieronymi ætate epiſtola Barnabæ tributa inter ſcripta apocrypha & ἀντιλεγόμενα relata fuerit, & in epiſtola ipſa nonnulla occurrant, qvæ a Pauli comite Barnaba profecta non videntur, eorũ ſententia probabilior videtur, qvi alium hujus epiſtolæ autorem qværendum eſſe cenſent. Ex plurimis, qvi allegari poſſent, adduxiſſe ſufficiat Gulielmum Laudum, qvi in epiſtola ad Hugonem Menardum varias rationes adducit, qvibus motus eſt, ne hanc epiſtolam a Barnaba Pauli adjutore ſcriptam exiſtimaret. Barnabæ igitur hunc fœ-

Hamm. diſſ. 1. p. 22.
Bull. p. 29.
Pearſ. p. 44.
Calov. conſ. martyr. c. 1. ſect. 1.
Bebel. antiqvit. ſecul. 1. p. 2.
Euſeb. libr. 3. c. 25.
Hieron. catal. c. 6.

tum ſuppoſitum judicamus, niſi forte obſcurus qvidam autor nomen cum Barnaba commune habuerit. Nam qvod autor epiſtolæ ab argumento conſolatorio nomen Barnabæ ſibi adſciverit, qvæ nonnullorum eſt ſuſpicio, perſvadere mihi vix poſſum, cum argumentum hujus epiſtolæ non in conſolatione, ſed qvoad priorem partem in doctrina, & qvoad poſteriorem in exhortatione verſetur. Qviſqvis autem autor epiſtolæ hujus fuerit, antiqvus certe Scriptor fuit, qvippe cujus teſtimoniis uſi ſunt Clemens Alexandrinus & Origenes, qvi in libris contra Celſum hanc epiſtolam catholicam appellat.

libr. 1.

LV. A Barnaba ad HERMAM progredimur, ſub cujus nomine tractatus extat in tres libros hodie diviſus, qvorum primus 4. viſiones con-

continens Eccleſiæ titulo gaudet, ſecundus 12. mandata comprehendens Paſtor inſcribitur, tertius autem a 10. ſimilitudinibus, qvas complectitur, ſimilitudinum nomine inſignitur. Nonnunqvam vero totum Hermæ opus ſub Paſtoris nomine allegatur. Primus hunc Hermæ tractatum Pariſiis A. C. 1513. edi curavit Jacobus Faber Stapulenſis. Poſt Fabrum Nicolaus Gerbelius, qvi apud Nicolaum le Nourry perperam Herbelius nominatur, A. C. 1522. Argentorati eundem Hermæ tractatum vulgavit. Idem Hermæ opus inſertum eſt monumentis orthodoxographis tam prioribus ab Heroldo collectis, qvam poſterioribus, qvæ Grynæi ſtudio digeſta ſunt. Non minus hic Hermæ liber in Patrum bibliothecis legitur, qvem etiam Caſpar Barthius ſimul cum Clau-

diani Mamerti libris de ſtatu animæ & Paciani parænetico Cygneæ A. C. 1655. animadverſionibus ſuis additis imprimi curavit. Eundem autorem notis ſuis illuſtrarunt Johannes Baptiſta Cotelerius, qvi Hermam inter opera Patrum Apoſtolicorum A. C. 1672. Pariſiis edidit, & Epiſcopus Oxonienſis, qvi A. C. 1685. ſimul cum Barnabæ epiſtola Hermæ Paſtorem in lucem publicam emiſit. Utriusqve notas in nupera Patrum Apoſtolicorum editione Johannes Clericus conjunxit. Hunc Hermæ librum etiam in Hæreſiologia editum fuiſ-
p. 115. ſe aſſerit Nourry in ſuo apparatu, & ante eum Labbeus in diſſertatione
T. I. p. 430. de Scriptoribus eccleſiaſticis, qvem erroris ducem dubio procul habuit. Intelligitur autem ſub Hæreſiologiæ nomine collectio 18. Scriptorum eccleſiaſticorum, qvam Jo-

hannes

Digitized by Google

hannes Heroldus A. 1556. Baſileæ ſub Hæreſiologiæ nomine edidit. Verum inter iſtos Scriptores Hæreſiologiæ volumine comprehenſos Hermas non occurrit. Qvamobrem Labbeus, qvi Rivetum de Herma agentem ob leve aliqvod ſphalma perſtringit, eumqve c. 15. epiſtolæ ad Romanos pro c. 16. incautius, qvam Miniſtellum deceret, allegaſſe ſcribit, ipſe qvoqve hic incautius egit, qvam tantum criticum & cenſorem decuiſſet.

LVI. Græco autem Hermæ textu pridem deperdito latina tantum verſio supereſt, qvam a Johanne Tarino in notis ad Philocaliam Origenis Rufino attributam fuiſſe ſcribit Barthius. Verum etſi Tarinus verba qvædam Hermæ ex Rufini verſione allegaverit, qvia caput 1. Philocaliæ Origenianæ ex libris ejus περὶ ἀρχῶν excerptum

not. ad Herm. p. 851.

cerptum eſt, qvos Rufinus latine transtulit, & in qvibus verba qvædam Hermæ allegantur, totum tamen Hermam a Rufino latine redditum Tarinus non dixit. Idem
p. 855. Barthius Anaſtaſium Bibliothecarium verſionis hujus autorem eſſe ſuſpicatur. At licet Anaſtaſius varia hujusmodi ſcripta in latinam linguam transtulerit; Hermam tamen jam ante Anaſtaſii ætatem latine redditum fuiſſe probabile videtur. Belgicæ verſionis meminit Zwickerus in noviſſimi ſui irenicomaſtigis appendice con-
p. 342. tra Hoornbeckium. Anglice Hermam Wakæus reddidit, de qvo ſupra in Barnaba dictum eſt.

LVII. De autore operis hujus ſi qværamus, nonnulli ſtatuunt, qvod Hermas, qvem Paulus in epi-
XVI, 14. ſtola ad Romanos ſalutari jubet, tractatus hujus autor fuerit. In

qva

qva ſententia fuiſſe Irenæum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Origenem, Euſebium & Hieronymum in homonymoſcopia ſua Mollerus aſſerit. Et de p. 476.
Origene qvidem id conſtat ex ultimo libro commentariorum ejus in epiſtolam ad Romanos. Cæteri autem qvos allegat, vel alienam tantum ſententiam referunt, vel nullam plane de Herma Pauli comite mentionem faciunt. Poterunt tamen Origeni addi Sedulius & pſeudo-Anſelmus, qvi in ſuis ad Paulinas epiſtolas commentariis Hermam a Paulo ſalutatum libri, qvi Paſtor dicitur, autorem eſſe putant. Hermæ autem illius, cujus Paulus meminit, memoria a Græcis in menologio Caniſiano d. 7. Martii, a Latinis in Romano aliisqve martyrologiis die 9. Maji recolitur, unde & Henſchenio de

Her-

Herma diſſerendi occaſio nata eſt. In Menologio Baſiliano, qvod Ughellus edidit, d.4. Novembris Patrobæ adjungitur, & Epiſcopus Philippopoleos dicitur, qvi epiſcopatus ipſi etiam a Dorotheo adſcriptus eſt. In menæis d. 8. Martii celebratur, ubi & hoc ejus elogium legitur:

Ἑρμῇ θανόντι τῷ μαθητῇ Κυρίου
Ἑρμαῖον ἔμπνεον ἐκ λόγων διαγλύφων,

h.e. Hermæ mortuo diſcipulo Domini lucrum ſpirituale ex ſermonibus diverſis obtigit. Sanctum autem hunc Hermam ex magno peccatore redditum fuiſſe Origenes inde ſuſpicatur, qvod in Paſtoris libro ob negligentiam in educandis liberis aliaqve vitia reprehendatur, & a Paulo ejus nomini nullum elogium adjectum reperiatur.

LVIII.

LVIII. Fuerunt, qvi Hermeti Pii I. Epiſcopi Romani fratri Paſtoris librum tribuerent. Verum infirmis rationibus ſententia illa nititur, imo multa contrarium perſvadent. Nam qvi Hermæ librum ſcripſit, Clementi Romano contemporaneus videri voluit, cum unum libri exemplar Clementi tradendum referatur, qvod a tempore Pii I. alienum eſt. Deinde Hermeti Pii fratri Angelus in paſtoris habitu mandatum dediſſe dicitur de feſto paſchæ die dominica celebrando, qvale mandatum in Paſtoris libro non legitur. Præterea Hermas Paſtoris autor juxta Hieronymum latinis autoribus fere ignotus fuit, qvod de Hermete Pii fratre dici commode haud potuiſſet. Qvamobrem ſi vera eſſent, qvæ de Hermete Pii fratre autor libri pontificalis tradidit, nondum

tamen

autem inde probari poſſet, librum a Pii fratre ſcriptum cum Hermæ Paſtore, qvem nunc habemus, eundem eſſe. Præterea vero tota illa de Pii fratre narratio ſuſpecta eſt. Neqve obſtat, qvod Pius I. in epiſtola prima decretali, & Tertullianus in carmine contra Marcionem narrationem de Hermete Pii fratre & angelica ejus viſione confirmare videantur, cum utrumqve monumentum ſuppoſitum eſſe conſtet, ut taceam in epiſtola Pii nihil de Hermæ libro ſcriptum eſſe, ſed tantum apparitionem Angeli in paſtoris habitu referri, qvod Antonius Auguſtinus in ſuis de emendatione Gratiani dialogis obſervat.

libr. 3.

LIX. Multo minus pro autore hujus operis venditandus Hermes Triſmegiſtus, qvem a Meelfuhrero in corona 100. Patrum cum

Her-

Herma noſtro confuſum fuiſſe doctiſſimus homonymoſcopiæ editor notavit. Nec alienus fuiſſe ab illa ſententia deprehenditur Sandius, qvippe qvi in nucleo hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſuſpicatur, qvod alterutri duorum Hermarum, qvibus Paulus ſalutem impertiit, commodiſſime tribui poſſit opus ſub Hermetis Triſmegiſti nomine editum. Qvem perſonatum autorem non longe poſt Apoſtolorum ætatem emerſiſſe Petavius arbitratur, conjiciens, qvod vel ſemichriſtianus fuerit ex fæce veterum hæreticorum naſcenti eccleſiæ variis nugis obſtrepentium, vel chriſtianis dogmatibus de induſtria Philoſophorum gentilium placita admiſcuerit, ut chriſtianis myſteriis fidem & autoritatem apud ethnicos conciliaret. Plura de Hermete Triſmegiſto, ejusqve operibus

p. 259. & 477.

p. 56.

lib. 1. de Trin. c. 2. §. 3.

a Marſilio Ficino, Franciſco Patricio, Henrico Ranzovio, & Franciſco Fluſſate Candalla editis apud Lambecium in prodromo rei literariæ & in bibliotheca Vindobonenſi videri poterunt. Hermetem autem illum Triſmegiſtum eundem eſſe cum alterutro Hermarum, qvos cum Patroba Apoſtolus conjunxit, neqve Sandius, neqve qviſqvam probare poterit.

Tom. 7. p. 22.

LX. Sunt, qvi librum ſub Hermæ nomine extantem a caballo qvodam monaſtico conſcriptum exiſtimant. Sed obſtant huic ſententiæ teſtimonia, qvæ Irenæus, Clemens Alexandrinus, Origenes & alii primitivæ eccleſiæ Scriptores ex Herma mutuati ſunt, & adhuc in Hermæ libro reperiuntur. Hæc enim teſtimonia Hermæ librum ante monachos exortos ſcriptum produnt. Et ob eadem teſtimo-

Hulſem. patrol. p. 968.

ſtimonia etiam Poſſevini judicium, *p. 213.*
qvi in apparatu ſacro Hermæ librum, qvem nunc habemus, ſuppoſititium & a priſtino apud veteres allegato & laudato diverſum exiſtimat, haud probamus, etſi Hermæ librum a monachis aliisqve maleferiatis hominibus corrumpi & interpolari potuiſſe haud inficiemur.

LXI. Qvisqvis autem Hermas ille fuerit, conſtat nonnullos veteres eum magni æſtimaſſe. Nam Irenæus ſub Scripturæ nomine al- *libr. 4. c. 37.*
legat. Clemens Alexandrinus *libr. 1. Strom.*
virtutem Hermæ in revelatione θείως ſeu divine locutam introducit. Origenes divinitus inſpira- *Orig. libr. 10. explan. epiſtol. ad Rom.*
tum cenſuit. Qvod Origenem etiam Euſebio & Hieronymo perſvaſiſſe Gerhardus in patrologia *p. 5.*
aſſerit, ſed probari non poteſt. A- *Athanaſ. de incarn.*
thanaſius Hermæ librum tanqvam *Gerb. p. 55.*

utiliſſimum commendat. Eundem in eccleſiis nonnullis publice lectum Euſebius & Hieronymus teſtantur. Nec dubium, qvin libris biblicis nonnunqvam adjectus vel inſertus fuerit, cum adhuc in qvibusdam bibliothecis ejusmodi codices biblici habeantur, qvalis eſt, qvem Martianay in prolegomenis ad novam Hieronymi editionem commemorat. Canonicis tamen Scripturæ libris Hermam annumeratum non fuiſſe, ſed vulgo tantum pro eccleſiaſtico & apocrypho habitum Euſebius & Athanaſius teſtantur. Qvibus addi poſſunt præter veteres qvasdam ſtichometrias Hieronymus in prologo galeato, ubi ſub Paſtoris nomine non tertium Maccabæorum librum, ut Petro Pithœo in ſententia de latinis bibliorum interpretibus viſum eſt, ſed Hermæ librum

Euſeb. libr. 3. hiſt. eccl. c. 3. Hier. catal. Scriptor. eccleſ.

prolegom. 3.

Euſ. libr. 3. hiſt. eccl. c. 25. Athan. de decret. Syn. Nic. p. 266. & epiſtol. heort. T. II. p. 39.

librum intelligi certum eſt, & Rufinus in expoſitione ſymboli, ubi inter libros N. T. non canonicos, Hermatis librum refert, qvem etiam Judicium Petri & Duas Vias appellari ſcribit, niſi forte de diverſis libris loqvatur, qvod aliorum judicio explorandum nunc relinqvo; id tantum obiter notans, memoria lapſum Virum celeberrimum, qvi Hermæ librum a Tertulliano in libro de pudicitia judicium Petri appellari ſcribit. *Hulſem. patrol. p. 968.*

LXII. Etſi vero veteres nonnulli magno in pretio Hermam habuerint, poſteriorem tamen ætatem certiora de libro Paſtoris ſtatuiſſe notat Antonius Auguſtinus in dialogis de emendatione Gratiani, reſpiciens forte ad decretum Gelaſii, qvi in decreto de libris ab eccleſia probatis & improbatis Hermæ librum inter apocrypha pejoris no- *dial. 6. p. 64.*

tæ retulit. Non ſolum autem poſterior ætas Paſtoris librum repudiavit, ſed in ipſa primitiva eccleſia inventi, qvi Hermæ librum contemptim habuerunt. Nam Tertullianus in libro de pudicitia *ſcri-* c. 10.
pturam Paſtoris mœchos amantem divino inſtrumento non meruiſſe incidi ſcribit, ſed ab omni concilio eccleſiarum apocrypham & falſam judicatam fuiſſe adulteram & ipſam & patronam ſociorum. Qvæ Tertulliani verba non intellexit Nicolaus Abramus Jeſuita, qvi paraphraſin poeticam evangelii Johannei a Nonno Panopolitano ſcriptam Pariſiis edidit, & notis ſuis illuſtravit. Nam in no-
p. 30. tis ſuis probare vult, qvod hiſtoria de adultera, qvæ Johannis c. 8. legitur, a Tertulliano exploſa & tum temporis tanqvam apocrypha repudiata fuerit. Qvæ interpretatio

qvam

qvam abſurda ſit, nemini obſcurum eſſe poteſt. Idem Tertullianus in eodem libro Hermam apocryphum mœchorum paſtorem appellat. Et qvamvis Tertullianus, cum librum de pudicitia ſcriberet, Montaniſta eſſet, dubium tamen non eſt, qvin Hermæ liber ab aliis qvoqve rejectus fuerit. Nam Origenes magnus alias Hermæ admirator eum a nonnullis contemni in libris *περὶ ἀρχῶν* haud diſſimulat, & nonnunqvam Hermæ librum hac addita clauſula allegat: *ſi cui tamen hæc Scriptura recipienda videtur*, ut ex octava in Numeros & prima in Pſalmum 37. homilia patet. Neqve hic prætermittendum, qvod Hieronymus in commentariis ad Habacuci prophetiam Hermæ librum ſtultitiæ condemnandum eſſe cenſet, cum Angelum qvendam nomine Tyri

c. 20.

libr. 4. c. 2.

c. 1, 14.

Digitized by Google

reptilibus præeſſe ſcribat. His enim verbis Hieronymus ad ea reſpicere videtur, qvæ apud Hermam in ſecundo qvartæ viſionis capite referuntur, ubi tamen Angelus beſtiis præfectus non Tyrus ſed Hegrin appellatur. Et Cotelerius qvidem ſtatuit, Hieronymum, cum librum illũ ſtultitiæ condemnaret, in qvo ſcriptum eſt, qvendam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus, & ad hanc ſimilitudinẽ piſcibus qvoqve & arboribus & beſtiis univerſis proprios in cuſtodiam angelos aſſignatos; per librum illũ apocryphum non Hermæ Paſtorem ſed aliud qvoddam apocryphum ſcriptum hodie deperditũ intellexiſſe. Verum etſi haud magnopere negemus, forte Hieronymum ea, qvæ de Angelo reptilium & aliarum creaturarum rationis expertium præſide ex libro apocrypho allegavit,

vit, non ex Herma, ſed ex alio autore apocrypho allegaſſe; dubium tamen non eſt, qvin ſententiã de Angelo Hegrin beſtiarum præſide vel autor ille apocryph9 ex Herma, vel Hermas ex autore illo apocrypho hauſerit. Hieronymo addimus etiam Proſperum. Cum enim Johannes Caſſianus in collationibus Collat.13. ſuis pro aſſerenda arbitrii libertate c.12. Hermæ teſtimonium allegaſſet, Proſper in tractatu ſuo contra Collatorem Hermæ teſtimonium nullius c. 30. autoritatis eſſe reſpondet.

LXIII. Nec deſunt inter recentiores, etiam Pontificios, apud qvos Hermas exiguæ autoritatis eſt. Nam Johannes Maria Braſichellanus ſacri palatii Magiſter nullo modo dubitandum cenſet, libellum Paſtoris, ut hodie ſcriptus habetur, ab Herma Pauli diſcipulo ſcriptum non eſſe. Rationes, cur ita ſenſerit, in bibliotheca Patrum videri

 pote-

poterunt, ubi ejus cenſura Hermæ libro præfixa legitur. Nec minus Cenſores Hiſpani, qvorum verba a Coco in cenſura Patrum recitantur, Hermæ librum aſpernantur, talem eum eſſe judicantes, cujus dictis & autoritate fidere minime liceat. Unde & Ludovicus Thomaſſinus Tom. III. dogmatum theologicorum (p. 389) ab Hermæ teſtimoniis ſe abſtinere dicit, cum nominis illius autoritas non ſatis conſtare videatur. Qvæ ſane judicia rectius ſe habent, qvam Franciſci Feuardētii, qvi in theomachia Calviniana Hermæ autoritatem qvantis poteſt viribus extollit, vel Stapletoni, qvi nihil obeſſe cenſuit, qvo minus eccleſia Hermæ librum in canonem recipere valeat, vel Sixti Senenſis, Natalis Alexandri, & aliorum, qvi hunc tractatum ab Herma Pauli diſcipulo conſcriptum arbitrantur. LXIV.

Lib. 12. c. 18.

Sixt. Sen. bibl. S. libr. 2. Nat. Alex. ſæc. 1. p. 108.

Digitized by Google

LXIV. Ex Reformatis librum
ſub Hermæ nomine editum Pauli
diſcipulo & Viro Apoſtolico indi-
gnum cenſent Chamier in panſtra- *Cham. T. I.*
tia catholica, Dallæus in tractatu *lib. 5. c. 13.* *Dall p. 248.*
de ſcriptis Dionyſii & Ignatii, Lar- *Larroqv.*
roqvanus in obſervationibus ad *p. 21.*
Pearſonianas Ignatii vindicias, &
alii, e qvorum numero Blondellus *p. 16. 17.*
in apologia ſententiæ Hieronymi
de Epiſcopis & Presbyteris Her-
mam hunc larvatum Prophetam,
& ejus viſiones ſomnia appellat.
Cujus judicium hic ſeqvi malim,
qvam Henrici Dodwelli, qvi viſio- *diſſ. 4. ad*
num chariſma in Apoſtolorum *Cyprian.* *theſ. 1.*
diſcipulis viguiſſe Hermæ noſtri e-
xemplo probat, cum primus ejus
liber totus viſionibus conſtet, & in
ſecundo qvoqve libro de Prophe-
tarum Spirituumqve verorum &
falſorum diſcrimine ex inſtituto
agatur, qvam materiam Hermas
ex

Digitized by Google

ex Dodwelli judicio tam ſtudioſe non tractaſſet, niſi verorum Prophetarum donum eo uſqve in ecclesia permanſiſſe credidiſſet. Atqve hinc idem Dodwellus alibi libro Hermæ tanqvam Prophetæ viſionum chariſmate inſtructi fidem humana majorem tribuendam eſſe cenſet, cui ſententiæ etiam Wakæus Anglicus Hermæ interpres ſubſcripſit, ut alios qvosdam Hermæ fautores taceam, qvi Blondelli judicium ſine magno atræ bilis æſtu concoqvere neqveunt, ægre ferentes ejus viſiones ſannis excipi, & cerebro minus ſano imputari. Nobis tamen omnino errare videntur, qvi viſiones ab Herma narratas vere ipſi obtigiſſe contendunt. Certe Angelus Hermæ in Paſtoris habitu apparens ea nonnunqvam loqvitur, qvæ Angelo lucis minus conveniunt; & in cæteris

diſſ. ad Iren. p. 120.

teris qvoqve viſionibus multa occurrunt, qvæ evangelio Paſtoris vere boni minus congrua, & larvati Prophetæ ſomniis, qvam divinis viſionibus ſimiliora ſunt.

LXV. E noſtratibus de Herma videri poſſunt Magdeburgenſium centuriarum collectores, qvibus tamen fides habenda non eſt, cum hodie apud Irenæum dictum illud non amplius legi dicunt, qvod ab Irenæo ex Herma allegatum fuiſſe Euſebius teſtatur. Dictum enim illud adhuc in Irenæo extare deprehendet, qvisqvis ejus qvartum adverſus hæreſes librum & qvidem caput ſeptimum & trigeſimum evolvet. Agit qvoqve de Herma Varenius in rationario ſeculi I. ne alios dicamus, qvi communi conſenſu Hermam inter ſpurios autores referunt, ſi Peterſenium excipiamus, qvi Paſtoris librum

centur. 2. p. 72.

Euſ. libr. 5. hiſt. eccl. c. 8.

p. 93.

brum a Pauli cooperario Herma conſcriptum arbitratur. Qvod mihi nondum perſvaderi potuit, unde in parva hac Patrum apoſtolicorum bibliotheca Hermæ librum æqve ac Barnabæ epiſtolam omittere haud vereor, etſi utrumqve Scriptorem Patrum Apoſtolicorum ſocietate dignatus fuerit Cotelerius.

LXVI. Nunc igiturupereſt, ut de illis Patribus apoſtolicis aliqvid dicamus, qvorum aurea & ævum illud, qvo Chriſti ſangvis adhuc circa chriſtianorum præcordia caluit, ſpirantia monumenta hoc libello complecti placuit. Agmen illorum ducit CLEMENS ROMANUS, qvem Auguſtinus
p. 91. Oldoinus in additionibus ad vitam Clementis a Ciaconio deſcriptam a duobus aliis ævi illius Clementibus diſtinguendum monet,

nem-

nempe a Clemente Pauli diſcipulo in epiſtolis Paulinis commendato, qvem Cariæ Epiſcopum fuiſſe tradit; & a Clemente primo Metenſium Antiſtite, qvem indices Metenſes Petri diſcipulum vulgo facere Scævola & Ludovicus Fratres Sammarthani in Gallia ſua chriſtiana memorant. At Euſebius in hiſtoria ſua eccleſiaſtica Clementem illum, qvi Apoſtoli Pauli elogio nobilitatus eſt, a Romano haud diverſum extitiſſe ſtatuit, cujus judicium pleriqve hodie ſeqvuntur.

Philipp. IV, 3.

T. III. p. 708.

libr. 3. c. 15.

LXVII. Etſi vero Clemens Romanus vulgo inter Epiſcopos Romanæ ſedis referatur, parum tamen inter Scriptores antiqvos convenit, qvem anteceſſorem immediatum in Romana cathedra habuerit, Anacletumne, an Cletum, an Linum, an ipſum Petrum?

Sed

Sed hanc controverſiam nunc illis decidendam committimus, qvi de perpetua & infallibili Pontificum ſucceſſione gloriantur. Illud autem memoratu dignum eſt, qvod autor libri pontificalis ſub Anaſtaſii Bibliothecarii nomine editus in vita Petri refert, nempe Petrum jamjam martyrio coronandum Clementi injunxiſſe, ut curis ſecularibus non vacaret, ſed orationi & prædicationi inſtaret: etſi hoc Petri teſtamentum, cum Romanæ cathedræ nimis onerosum videretur, in Anaſtaſii editione omiſſum fuerit, qva de re Salmaſius in tractatu de primatu Papæ & in ſuo euchariſtico qveritur. Qvod autem in codicibus manuſcriptis illud Petri teſtamentum legatur, teſtantur variæ lectiones, qvæ in regia Anaſtaſii editione per Fabrotum procurata exhibentur.

p. 11. p. 664. p. 239. & 252.

LXVIII.

LXVIII. Autor anonymus de Petro & Paulo, qvi habetur apud Anglos in bibliotheca Arundeliana, refert in perſecutione, qvæ Petrum martyrio donavit, Clementem natalium privilegio evaſiſſe. Verum pleriqve inter Martyres Clementem referunt, traduntqve eum ſub Trajano relegatum apud Cherſoneſum ancora ad collum alligata in mare demerſum fuiſſe. Ejus memoriam celebrant martyrologia d. 23. Novembris, menologium a Caniſio in antiqvis lectionibus editum d. 24. Novembris, menologium ab Ughello in Italia ſacra editum d. 25. Novembris, ubi refertur, Clementem in Ancyram Galatiæ urbem relegatum, ibiqve janua lapidibus obſtructa parieti incluſum, & leguminibus ſuſtentatum, donec in hoc ſqvalore vivis excederet. At Johannes Pearſo-

Digitized by Google

p. 163. nius in operibus ſuis poſthumis, &
p. 213. Dodwellus in additionibus ſuis omnes de Clementis martyrio narrationes fabuloſas eſſe exiſtimant, cum veteres, qvi aliqva ex Clemente teſtimonia adducunt, nusqvam eum martyrem appellent, omniumqve primi Rufinus & Gregorius Turonenſis martyrem eum faciant, nec levis ſit ſuſpicio, non minus famam de ſplendidis Clementis natalibus, qvam traditionem de ejus martyrio inde natam eſſe, qvod hic Clemens cum Clemente Imperatoris Domitiani conſobrino confuſus fuerit.

LXIX. Opera qvæ ſub Clementis Romani nomine circumferuntur, varii collegerunt, ſed nemo melius & plenius qvam Johannes Baptiſta Cotelerius in ſæpius laudato Patrum apoſtolicæ ætatis ſyntagmate, & qvi Cotelerianam

Patrum

Digitized by Google

Patrum apoſtolicorum collectio-
nem novis additamentis locuple-
tatam in Belgio nuper iterum im-
primi curavit Johannes Clericus.
Negari autem non poteſt, multos
impoſtores Clementis Romani
perſonam induiſſe, & pleraqve
qvæ nomen hoc mentiuntur ſcri-
pta Clementi Romano ſuppoſita
fuiſſe. Certe *canones apoſtolicos*,
qvi a Clemente Romano collecti
perhibentur, ad Apoſtolorum &
Clementis Romani ætatem minus
pertinere in diſſertatione de pſeud-
epigraphis Apoſtolorum proba- c. II.
tum dedimus, ubi etiam de variis
canonum apoſtolicorum editioni-
bus & verſionibus, nec non de va-
riante canonum illorum numero,
& variorum in canones illos com-
mentariis actum eſt, & ſimul variæ
eorum ſententiæ diſcuſſæ, qvi vel
omnes illos canones recipiunt, vel

paucos tantum tanqvam adulterinos excipiunt, vel omnes ſimul pro ſpuriis agnoſcunt. Poſtremam inter has ſententiam reliqvis anteferendam eſſe adhuc perſuaſum mihi eſt, nec ab hac ſententia me abducere potuit Antonius Conſtantinus a Caſtrovillare Ordinis Minorum S. Franciſci de Paula in diſſertatione hiſtorica chronologica & dogmatica de canonibus apoſtolicis ſuperiori anno 1697. Romæ edita. Adducit qvidem pro ſua ſententia Irenæum, qvi Clementem traditiones Apoſtolorum ante oculos habuiſſe dicit. At qvibus fidiculis hæc conſeqventia extorqveri poterit: Clemens traditiones Apoſtolorum ante oculos habuit, ergo canones apoſtolicos ſive 50. ſive 85. collegit & ſcriptis mandavit. Nec meliora ſunt alia autoris illius argumenta. Probatu-

libr. 3. c. 3.

baturus enim canones apoſtolicos
in concilio tertio Hieroſolymitano
conditos fuiſſe, hanc rationem
adducit, qvod canones qvidam in
Hebræorum gratiam conditi & ex
Moſe deſumpti videantur. Pau-
lum Apoſtolum hos canones apo-
ſtolicos prædicaſſe ex actis apoſto- *Act.* XVI, 4.
licis probare nititur, ubi Paulus &
Silas fratribus tradidiſſe dicuntur
*τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ
τῶν Ἀποςόλων.* Ac ne qvis per
dogmata illa Apoſtolorum intelli-
gat ea, qvæ in præcedenti capite *Act.* XV, 29.
memorantur, obſervari cupit,
qvod decreta illa, qvæ Act. XV,29.
referuntur, ſcripta fuerint, & per
epiſtolam fratribus transmiſſa;
dogmata autem qvæ a Paulo & Si-
la fratribus tradita Act. XVI,4. me-
morantur, ſcripta eſſe non potue-
rint, cum dogma a Baſilio M. in
tractatu de Spiritu S. definiatur c. 27.

 tan-

tanqvam non ſcriptum ſed oretenus traditum, qvaſi vero illa a Baſilio notata ſignificatio dogmatis hic etiam locum habeat, & non potius Scriptura voce dogmatis etiam de ſcriptis legibus utatur. Sane, qvi totum apoſtolicorum actuum contextum legerit, haud difficulter deprehendet, dogmata illa a Paulo & Sila fratribus tradita non alia fuiſſe, qvam decreta illa de ſanguine & ſuffocato & nonnullis aliis capitibus, qvæ in concilio Apoſtolorum ſancita, & per epiſtolam encyclicam ad converſos gentiles miſſa referuntur. Pari abſurditate autor hic canones qvosdam apoſtolicos Paulinis epiſtolis inſertos judi-
2.Tim.II,4. cat, unde canonem 6. in epiſtola posteriori ad Timotheum, cano-
1.Cor.V,11. nem 25. in priore ad Corinthios, aliosqve canones apoſtolicos in aliis epiſtolis Paulinis conſignatos leginu-

Digitized by Google

gi nugatur. Imprimis vero pro ſua ſententia eccleſiæ infallibilitatem urget, cum eccleſia & fallere & falli neſcia canones, qvi apoſtolici dicuntur, ab Apoſtolis conditos agnoſcat, qvod ex Synodo Romana ſub Stephano III, ex octava Synodo Oecumenica aliisqve hujusmodi monumentis probat. At nos illam eccleſiam, qvæ canones apoſtolicos ab Apoſtolis ſancitos ſtatuit, fallere & falli potuiſſe minime dubitamus. Neqve ſcio cur fallere & falli potuerit Synodus Romana ſub Gelaſio, qvæ canones apoſtolicos ut apocryphos rejecit, non item illa ſub Stephano? Præterea ſi Synodus 8. Oecumenica fallere & falli non potuit, qvæ 85. canones apoſtolicos recepit, falſa fuit Synodus Romana ſub Stephano III, qvæ 50. tantum canones apoſtolicos recepit. Qvid? qvod

ipſe autor ſynodum 8. qvam tanqvam infallibilem eccleſiam allegat, falſi arguit, dum ait, eam propter triticum zizania evellere noluiſſe. Qvomodo igitur hæc Synodus fallere non poſſit, ſi zizania ſeu canones qvosdam apoſtolicos ſpurios pro tritico venditat? Multa qvoqve in hoc tractatu occurrunt, qvæ magnam autoris in rebus eccleſiaſticis ignorantiam produnt, cujusmodi eſt, qvod canones Laodicenos in codice canonum eccleſiæ univerſæ non extare dicit. Verum hunc autorem, ne nugis iſtis nimium immoremur, Natali Alexandro, cui imprimis etſi nomine ſuppreſſo diſſertationem ſuam opponere voluit, caſtigandum relinqvimus. Id certum manet, canones, qvi vulgo apoſtolici dicuntur, Apoſtolis tribui non poſſe nec debere, unde autor

cano-

Digitized by Google

canonum apoſtolicorum, qvisqvis ille fuerit, ſecundum proprios canones graviſſimam pœnam meruit, ſiqvidem in canone 60. eos, qvi libros pſeudepigraphos tanqvam ſanctos in eccleſia publicaverint, exautorari præcipit.

LXX. Similes pœnas incurret ex propria ſententia autor *conſtitutionũ apoſtolicarum.* Nam ille qvoqve in falſarios & impoſtores, qvi cerebri ſui figmenta Apoſtolis ſuppoſuerunt, graviter invehitur, eosqve non ex nominibus, qvæ mala fraude ſuis operibus præfigunt, ſed ex rebus & ſententiis dignoſcendos judicat. Qvibus utiqve verbis ſemetipſum ſuo ipſius judicio damnavit. Nam ſi res & ſententias libris octo conſtitutionum apoſtolicarum comprehenſas conſideremus, ad oculum patebit, a peſſimo qvodam impoſtore octo

illos libros Apoſtolis tanqvam autoribus & Clementi tanqvam collectori ſuppoſitos fuiſſe, qva de re c. 12. in diſſertatione de pſeud-epigraphis Apoſtolorum prolixe egimus, unde nunc actum agere nolumus. Nunc tantum Cotelerii de conſtitutionibus apoſtolicis judicium addimus. Ex multis, qvæ de hoc conſtitutionum opere variis ſermonibus jactantur, qvædam vera eſſe dicit, qvædam falſa, cætera ambigua, & ejusmodi, ut veritatem an falſitatem contineant certa argumentatione percipi neqveat. Inter vera primo loco ponit, qvod conſtitutionum apoſtolicarum octobiblum ſit apocryphum & pſeudepigraphum, ab Apoſtolis non profectum, nec ab apoſtolico Clemente, cum liqvido conſtet, ad Apoſtolos & Clementem non pertinere ſyntagma, qvod tot S. Patribus

tribus ignoratum fuit, aut neglectum, qvod plurimis ſuſpicionem movit ſuppoſitionis, plurimis certitudinem falſitatis dedit, qvod eccleſia catholica a canone Scripturarum excludit, qvod deniqve ſexcenta complectitur cum veritate & veriſimilitudine pugnantia, recentiora temporibus apoſtolicis, atqve ab apoſtolico charactere remotiſſima. Præterea illud qvoqve obſervamus, videri qvidem apologiam Auguſtanæ Confeſſionis conſtitutiones apoſtolicas ipſis Apoſtolis tribuere. Nam in articulo de eccleſia adducitur decretum Apoſtolorum, qvo voluerunt chriſtianos cum fratribus ex circumciſione paſcha celebrare, nec inqvirere ſcrupuloſe an recte tempus fuerit computatum, qvod decretum ex conſtitutioni-

bus

bus apoſtolicis Epiphanius adduxit. Verum Apologia ex Epiphanii ſententia decretum illud Apoſtolis tribuit. Solent enim nonnunqvam in libris ſymbolicis dicta veterum ex aliorum ſententia allegari, ſicut in articulo 6. Auguſtanæ Confeſſionis Ambroſii commentarius in epiſtolas Pauli, & in articulo 18. libri hypognoſticon ſub Auguſtini nomine allegantur, etſi neqve Ambroſius illius commentarii in epiſtolas Paulinas, neqve Auguſtinus Hypognoſticon ſeu, ut aliis appellantur, Hypomneſticon verus autor ſit, qvod inter paroramata librorum noſtrorum ſymbolicorum minime referri debet. Cæterum διάταξις illa apoſtolica ab Epiphanio ex conſtitutionibus apoſtolicis adducta, in conſtitutionibus apoſtolicis hodiernis non amplius extat, ſed potius decre-

tum

tum huic contrarium ibi reperitur.

LXXI. *Recognitionum libros* Clementi Romano vulgo tributos Johannes Sichardus Baſileæ 1526. primus edidit, poſtea qvoqve ab aliis inter Clementis opera vulgatos. Habemus autem iſtos libros ex verſione Rufini, cujus etiam præfatio ad Gaudentium Brixienſem Epiſcopum his libris præfixa legitur. Ante Rufinum etiam Paulinum Nolanum interpretationem hujus operis in ſe ſuſcepiſſe, colligi poteſt ex ejus epiſtola 46. ad qvam Rosweydi notæ videantur. Præter Rufinum & Paulinum plurimos alios primitivæ eccleſiæ Scriptores hoc opus cognitum habuiſſe, Origenis, Euſebii, Gennadii, Autoris imperfecti operis in Matthæum, Photii aliorumqve ſcripta teſtantur. De variis nominibus hujus ope-

operis variisqve ejus formis jam olim ſubinde mutatis Dodwellus
p. 442. in diſſertationibus ad Irenæum diſſerit. In Bœcleri hiſtoria univer-
p. 14. ſali aſſeritur, qvod libri recognitionum ab Iſidoro Mercatore vel Peccatore Clementi ſuppoſiti fuerint, & a Turriano contra Magdeburgenſes defenſi. Sed de Recognitionibus Clementis id falſo dicitur, qvæ cognitæ fuerunt multis ante ſeculis, qvam Iſidorus Mercator malas ſuas merces exponeret. Qvamobrem Bœclerus cum iſta ſcripſit dubio procul decretales Clementis epiſtolas in animo habuit, de qvibus poſtea dicetur. Etſi vero antiqvum ſit Recognitionum opus, perperam tamen illud Sichardus pro Clementis genuino venditavit, qvod etiam a Lamberto Grutero in præfatione Clementis operibus præmiſſa factum eſt.

Idem

Idem etiam Peterſenio perſvaſum eſſe nubes teſtium ab eo producta *libr. 3. p. 60.* teſtatur, qvippe in qva Clementem Pauli cooperarium Recognitionum autorem eſſe non ambigere videtur. Cui ſententiæ magnam teſtium nubem, ſi opus eſſet, opponere poſſemus. Conferantur, ut paucos tantum nominem, Gerhardus in confeſſione catholica ex Lutheranis, *Tom. I. p. 620.* & ex Reformatis Chamierus in panſtratia catholica. *T. I. libr. 9. c. 16.* Nec deſunt inter Pontificios, qvi tantum abeſt, ut hoc opus a Viro apoſtolico profectum exiſtiment, ut potius cum Baronio ex hoc libro *A C. 52.* tanqvam cœnoſo gurgite portentoſa mendacia & deliria deduci pronuncient. Nicolaus le Nourry in apparatu ad bibliothecam Patrum *diſſ. 11. act. 7.* autorem hujus operis virum qvidem doctum, ſed hæreticorum ac imprimis Ebionitarum errori-

bus

bus addictum judicat, additq; perſonatum hunc Clementem ſecundo ſeculo vixiſſe, & ex ejus Recognitionibus Bardeſanem qvædam in ſcripta ſua transtuliſſe, qvod ex
libr. 6. Euſebii præparatione evangelica probari poſſe putat. Verum illud Bardeſanis fragmentum ab Euſebio memoratum ex Clementis Recognitionibus hauſtum eſſe probari haud poteſt, ſed veriſimilius videtur, fictitium Clementem iſta ex Bardeſanis dialogo de fato in ſuum opus transtuliſſe, niſi forte ipſe Bardeſanes Recognitionum qvoqve autor dicendus videatur, a qva ſententia Vir qvidam doctiſſimus non alienus eſt. Barthius in
libr.45.c.5. adverſariis hos libros antiqvos & bonarum rerum plenos, ſed ita legendos ſtatuit, ac ſi Apulejus vel alius autor fabuloſus legeretur. Cur Clementi hoc opus ſuppoſitum fu-

erit,

erit, Dallæus in tractatu de ſcriptis Dionyſii Areopagitæ hanc cauſam eſſe dicit, qvod gentiles chriſtianum nomen obtrectarent, qvaſi doctrinæ chriſtianæ autores rudes & illiterati fuiſſent. Plura de hoc Recognitionum opere apud Voſſium de Hiſtoricis Græcis, Sixtum Senenſem in Bibliotheca S. & alios videri poterunt. Notandum vero & illud, in Coteleriana Recognitionum editione libro 3. integra aliqva capita haberi, qvæ in antea vulgatis editionibus deſiderantur. Nec dubium Cotelerio, qvin hæc pertineant ad ea, qvæ Rufinus in præfatione ex Recognitionibus ſe abſtuliſſe dicit. Ait enim Rufinus, fuiſſe qvædam in Recognitionibus de ingenito & genito Deo & de aliis nonnullis diſſerta, qvæ intelligentiam ſuam exceſſerint, ideoqve ſe iſta aliis reſervare maluiſſe.

c. 30.

Voſſ. libr. 2. c. 9.

Sixt. libr. 2. p. 49.

iſſe. Nihilominus tamen inventus eſt, qvi a Rufino omiſſa interpretaretur, eaqve in Coteleri edi- tione ex tribus manuſcriptis codicibus addita comparent.

LXXII. Ejusdem furfuris cum Recognitionibus ſunt *Clementina* 19. homiliis comprehenſa, & primum a Coteleri græce & latine edita, qvi Clementina hæc, etſi nugis & erroribus ſcateant, a philoſophia ſemichriſtiana & hæreſi præcipue Ebionitica profectis, non tamen ſine fructu legi poſſe judicat ob ſermonis elegantiam & multiplicem doctrinam, & qvia primarum hæreſium dogmata ex his Clementinis melius cognoſci poſſunt. Neqve hic tacenda *epitome geſtorum Petri* ſeu Clementis Romani de actibus, peregrinationibus & prædicationibus Petri epitome, in qva ejusdem Clementis vita continetur

netur ad Jacobum Hieroſolymorum Epiſcopum. Hæc epitome jam ſuperiori ſeculo latine ex verſione Joachimi Perionii prodiit, cum præfatione ad Nicolaum Mallarium, ex cujus bibliotheca hanc epitomen Perionius acceperat: Græce hanc epitomen edidit Adrianus Turnebus, cujus græca ad eundem Mallarium præfatio in Turnebi operibus recuſa eſt. Latine etiam hæc epitome inter Clementis Romani opera Pariſiis 1568. apud Michaelem Sonnium prodiit. Græce & latine Cotelerius & Clericus eandem exhibent. Autorem illius epitomes eſſe Monachum non adeo veterem, qvi forſaſſe hæc geſta non pro oraculis; ſed pro ſvavi & pia fabula haberi velit, judicat Barthius, unde eos injurioſos eſſe putat, qvi vel hoc ſcriptum vel alia hujusmodi magnis machi-

Tom. III. p. 58.

lib. 32. c. 14. adverſ.

nis oppugnant, cum, ſi vel maxime vulgo credantur, nihil tamen nocere poſſint, a doctis vero metuendum non ſit, ut pro legitimis habeantur. Cotelerius eumqve ſecutus Lambecius hanc epitomen ex homiliis Clementinorum, Recognitionum libris, epiſtola ad Jacobum, Clementis martyrio, & narratione Ephraimi per eos homines compoſitam ſtatuunt, qvi doctrinæ & pietatis ſuæ eſſe duxerunt, qvicqvid ſuperfluum, falſum, periculoſum videretur, id omne aut tollere aut mutare & corrigere.

T. 8. Vindob. bibl. p. 283.

LXXIII. *Clementis epiſtolam ad Jacobum* græce edidit & nova verſione donavit Johannes Baptiſta Cotelerius, cui probabile videtur, hanc epiſtolam eſſe dedicationem operis, qvod actus Petri ejusqve cum Simone Mago diſputationes & recognitionem Clementis ejus-

ejusqve patris & fratrum complectebatur, cum epiſtola hac Clementinis præmiſſa inveniatur, & in codicibus qvibusdam manuſcriptis etiam Recognitionibus præfixa ſit, & præterea hoc ipſum in ipſa qvoqve epiſtola indicetur. Rufinus tamen antiqvus hujus epiſtolæ interpres in præfatione ſua ad Recognitiones Clementis hanc epiſtolam poſt Recognitionum libros ſcriptam aſſerit. Hanc autem epiſtolam ſpuriam eſſe vel ipſa inſcriptio indicat, cum Jacobus Hieroſolymorum Epiſcopus eo tempore in vivis non amplius fuerit, qvo Clemens epiſcopatum Romanum tenuit. Etſi vero in hac epiſtola jam ſatis ſit nugarum, Iſidorus tamen Mercator non ſolum huic ad Jacobum Clementis epiſtolæ, qvalis a

Rufino verſa fuerat, longam laciniam aſſuit, qvæ in Sichardi editione ab ipſa epiſtola ſeparatur, & compendium fidei chriſtianæ inſcribitur, ſed etiam adhuc alias qvatuor epiſtolas ſub Clementis nomine confinxit. Hinc natæ *qvinqve Clementis epiſtolæ decretales* prima ad Jacobum, ſecunda itidem ad Jacobum, tertia ad omnes Epiſcopos aliosqve Clericos, cunctosqve Principes majores & minores, qvarta ad Julium & Julianum, & qvinta ad Cives Hieroſolymitanos. Falſitatis indicia, qvæ in ſingulis his epiſtolis ſe produnt, apud Blondellum in Pſeudo-Iſidoro videri poterunt, nec opus eſt, ut repetamus, qvæ ſupra, cum de Anacleto egimus, de veterum Pontificum epiſtolis decretalibus in genere dicta ſunt. Adeo autem Coteierio epiſtolæ illæ decretales Clementi

menti affictæ ſorduerunt, ut cum cætera ſuppoſititia Clementis opera haud negligeret, his epiſtolis in ſuo Patrum apoſtolicorum ſyntagmate nullum plane locum relinqvere dignatus fuerit. De *miſſa* ſeu *Liturgia Clementis*, cum ad ejus conſtitutiones apoſtolicas pertineat, illisqve inſerta ſit, nihil addimus.

LXXIV. Etſi vero Clemens Romanus ſcripta hactenus recenſita tanqvam nomine ſuo indigna aſpernetur, tantum tamen ſibi non arrogat, ut canonicam *ad Hebræos epiſtolam* adſcribi ſibi velit. Eqvidem eum olim hoc honore nonnulli dignati fuerunt, qvorum aliqvi Clementi Romano ut autori, alii ut græco interpreti epiſtolam ad Hebræos tribuerunt. Nec defuerunt e recentioribus, qvi in iſtam ſententiam inclinarunt ſive

Eraſm. an-not. ad N. T. p. 768. Huet. not. ad Orig. p. 28.

priorem ut Eraſmus, ſive poſteriorem ut Huetius. Nobis neutra videtur approbanda, qvi græcum hujus epiſtolæ textum originalem & authenticum eſſe minime dubitamus. Clementem autem, epiſtolæ ad Hebræos autorem non eſſe vel inde patet, qvod Clemens Romanus epiſtolam ad Hebræos non tanqvam ſuam ſed alterius auctoris epiſtolam alleget, neqve Clementi conveniant, qvod autor epiſtolæ ad Hebræos Hebræis ſe brevi reſtituendum ſperat.

LXXV. Nihil ergo Clementi Romano ex ſcriptis illi vulgo attributis relinqvimus, qvam *duas ad Corinthios epiſtolas*, qvæ per multa ſecula in codice qvodam manuſcripto ſacros V. & N. T. libros complexo latuerunt, donec iſtum venerandæ antiqvitatis codicem, qvi manu Teclæ fœminæ Ægy-

Digitized by Google

Ægyptiæ circa tempora Nicæni concilii ſcriptus perhibetur, Cyrillus Lucaris Alexandrinus & poſtea Conſtantinopolitanus Patriarcha Regi Angliæ per ejus Oratorem ex oriente reducem dono mitteret. Qvo facto Patricius Junius Caroli I. Britanniarum Regis Bibliothecarius epiſtolas illas, qvales in prædicto codice extabant, in lucem publicam emiſit, qvod Oxonii A. C. 1633. factum eſt. In qva editione poſt epiſtolam dedicatoriam, & veterum de Clemente teſtimonia prior Clementis ad Corinthios epiſtola ita exhibetur, ut ſyllabæ qvædam & voces græci textus, qvas vetuſtas detrivit & exedit, ex Junii ingenio reſtitutæ minio ſignatæ exprimantur, ut a germano Clementis textu dignoſci poſſint. Nonnunqvam tamen in iſtis ſyllabarum & vocum ſupple-

mentis Junium a ſcopo aberraſſe, a Johanne Clerico in tractatu de arte critica animadverſum eſt. Cæterum cum in codice Alexandrino integrum folium deeſſe deprehenderetur, magnam hanc textus græci lacunam ſupplere Junius auſus non eſt, qvi alias, ut ornatior hæc epiſtola prodiret, non ſolum textui græco latinam verſionem adjecit, ſed eandem qvoqve eruditis notis illuſtravit, ſub qvarum initium inter alia notat, hanc epiſtolā ab Hieronymo olim latine verſam fuiſſe. Qvam verſionem Hieronymi alicubi in bibliothecis deliteſcere ex qvodam Lobienſium Fratrum catalogo ſuſpicatur. Verum valde vereor, ne inani ſpe animum ſuum lactent, qvotqvot Hieronymianam hujus epiſtolæ verſionem aliqvando ex bibliothecarum angulis prorepturam ſibi perſvadent.

Tom. II. p. 323.

Neqve

Neqve dubium mihi eſt dupliciter errare, qvi hanc Clementis epiſtolam ab Hieronymo latine verſam fuiſſe ipſius Hieronymi teſtimonio probare ſatagunt, qvod a Dannhauero qvoqve in Chriſteide fa- p. 279. ctum video. Nam neqve epilogus interpretationis commentariorum Origenis in epiſtolam ad Romanos Hieronymum autorem habet, neqve ibi de Clementis epiſtola ad Corinthios agitur, ſed de Clementis recognitionibus, qvas Rufinus epilogi illius autor latine reddidit. Non ſolum autem priorem Clementis ad Corinthios epiſtolam Junius ex Alexandrino codice vulgavit, ſed etiam poſteriorem ſeu potius inſigne poſterioris fragmentum ex eodem codice adjecit, qvod tamen neqve latina verſione donavit, neqve notis ſuis illuſtravit.

LXXVI.

Digitized by Google

LXXVI. Oxonienſem hanc editionem, qvam Junio debemus, expreſſit Helmſtadienſis A.C. 1654. a Joachimo Johanne Madero procurata, in qva præter præfationem apologeticam a Madero ſcriptam Grotii, Conringii, Voſſiorum, aliorumqve de his Clementis epiſtolis judicia accedunt. In Gallia Philippus Labbeus cum A. C. 1672 tomos conciliorum ederet, tomo primo utramqve Clementis ad Corinthios epiſtolam inſeruit, priorem qvidem cum verſione & notis Patricii Junii, poſteriorem autem cum verſione Gottofredi Wendelini, & ejusdem de Clementis & epiſtolarum ejus tempore divinatione. Eodem anno Johannes Baptiſta Cotelerius inter opera Patrum, qvi ævo apoſtolico floruerunt, utramqve Clementis epiſtolam iterum vulgavit, & utriqve

no-

novam verſionem novasqve notas, omiſſis Junianis, adjecit. Addidit qvoqve exiguum fragmentum poſterioris epiſtolæ ex parallelis manuſcriptis Johannis Damaſceni, & huic qvoqve fragmento latinam ſuam verſionem accedere voluit. Editione Oxonienſi anni 1669, qvam Johannes Fell Epiſcopus Oxonienſis imprimi curavit, uſus eſt Johannes Clericus, & memini qvoqve me ex præfatione illius editionis verba aliqva apud celeberrimum Polyhiſtorem Tenzelium in menſtruis ejus dialogis legiſſe. Verum editionem illam nondum hactenus oculis uſurpavi, aliam tamen Oxonienſis Epiſcopi editionem ad manus habeo, qvæ A. C. 1677. Oxonii prodiit. In ea qvæ Junius minio diſtinxerat, uncinulis includuntur, diſtinctio capitum, qvam Cotelerius primum fece-

fecerat, retinetur, verſio Junii non-nunqvam mutatur, epiſtolæ poſterioris reliqviæ mantiſſæ loco adjiciuntur, & tam prior qvam poſterior notis qvibusdam illuſtratur. Secuta eſt A. C. 1687. editio Londinenſis Pauli Colomeſii, qvi duas has Clementis epiſtolas græce & latine iterum edidit & notarum ſpicilegium adjecit. Tandem hoc ipſo anno 1698. Johannes Clericus inter opera Patrum apoſtolicorum has epiſtolas iterum imprimi curavit. Præmiſſa ſunt veterum & recentiorum de his epiſtolis teſtimonia ex editione Helmſtadienſi Maderi, ad qvæ Wendelini de tempore Clementis & epiſtolarum ejus divinatio & Cotelerii judicium accedit. Subjectæ ſunt ipſis epiſtolis notæ Junii, Fellii, Colomeſii, Cotelerii, & Anonymi cujusdam, qvi ad marginem editionis Cotele-

Digitized by Google

rianæ aliqva adlevit, ſuſpicatus, priorem Clementis epiſtolam ab impoſtore qvodam auctam eſſe, cui lacinias Clementis Alexandrini Clementi Romano aſſuere placuit. Et his variorum notis ſuas etiam nonnunqvam Clericus admiſcuit. Cum autem jam ab anno 1633. toties iſtæ Clementis epiſtolæ prodierint, mirari ſubit, eas nonnullis incognitas manſiſſe. Exemplo eſto Johannes Palatius, qvi A. C. 1687. geſta Pontificum Romanorum edidit, & in notis ad geſta Clementis duas Clementis epiſtolas ad Corinthios commemorari, ſed non extare dicit. Similia apud alios occurrunt. Nimirum qvia Magdeburgenſes in ſuis centuriis & Baronius in annalibus ſuis ſua ætate has epiſtolas non extare ſcripſerunt, eas etiam nunc non extare credunt. Non ſolum T. I. p. 26.

autem

autem græce & latine toties hæ epiſtolæ prodierunt, ſed inventi etiam ſunt, qvi vel priorem vel utramqve in alias lingvas tranſtulerunt. Anglicanam verſionem Gulielmi Burtoni, qvi etiam uberrimas notas addidit, Colomeſius in ſua præfatione commemorat. Aliam verſionem Anglicam utriusqve epiſtolæ Londini 1693. Wakæus edidit. Belgica verſio referente Sandio Amſtelodami A. C. 1646. & iterum 1656. prodiit. Germanica prioris epiſtolæ verſio ab Arnoldo adornata ante triennium lucem publicam adſpexit. Gallicam ejusdem epiſtolæ verſionem haud ita pridem Antonius Teiſſerius publici juris fecit, & forte etiam gallica Illuſtris Spanhemii verſio, qvæ in ore eruditorum pridem fuit, aliqvando ex ejus ſcriniis prodibit.

nucl. hiſt. eccl. p. 16.

LXXVII. Et priorem qvidem Clementis ad Corinthios epiſtolam totius eccleſiæ Romanæ nomine ſcriptam fuiſſe autor eſt Irenæus. *libr. 3. adv. hæreſ. c. 3.* Inter legatos, per qvos hæc epiſtola Corinthiis transmiſſa fuit, non procul a fine epiſtolæ nominatur Fortunatus, & qvidem, ut nonnulli ſtatuunt, non alius, qvam cujus a Paulo in priore ad Corinthios mentionem fieri videmus. *1. Cor. XVI, 17.* Nec improbabilis videtur Dodwelli conjectura, qvi in additionib9 ad opera poſthuma Pearſonii opinatur, *p. 221.* hunc Fortunatum Corintho Romam miſſum fuiſſe, ut Apoſtolo Paulo novam diſſenſionem apud Corinthios exortam indicaret, Paulo autem interim per martyrium ſublato, eccleſiam Romanam Clementis opera uſam ad Corinthios reſcripſiſſe, & Fortunato aliqvos e Clero ſuo legatos

adjunxiſſe. Fuerunt iſti legati Fortunato adjuncti numero duo Claudius Ephebus, & Valerius Biton, qvorum nomina Clemens in fine ſuæ epiſtolæ expreſſit, etſi ibi Claudius ab Ephebo, & Valerius a Bitone commatibus interjectis diſtingvãtur, qvaſi Fortunato qvatuor alii legati additi fuiſſent, qvam lectionem Dodwellus dubio procul vitioſam judicavit. Hanc autem Dodwelli ſententiam ſi ſeqvamur, dicendum eſt, priorem Clementis ad Corinthios epiſtolam ſub imperio Neronis ſcriptam eſſe.
p. 35. At Iſaacus Voſſius in reſponſione ad ea, qvæ in notis ad epiſtolas Ignatii reprehendit Blondellus, uno aut altero anno ante everſam Hieroſolymam hanc epiſtolam ſcriptam arbitratur. Longius progreſſus Wendelinus fervente Domitiani perſecutione circa annum

Digitized by Google

num 95. hanc epiſtolam exaratam conjicit.

LXXVIII. Sed miſſa controverſia, qvæ in tempus hujus epiſtolæ inqvirit, id potius notamus, qvod olim tanto in pretio apud veteres habita fuerit, ut in eccleſiis qvibusdam publice legeretur. Id enim Euſebius, Hieronymus, Photius & alii teſtantur. Num vero qvæ hodie extat ſub Clementis nomine prior ad Corinthios epiſtola, illa ipſa ſit, qvam veteres publica & ſolenni recitatione dignam cenſuerunt, non unam eſſe omnium ſententiam deprehendimus. Etſi enim Colomeſius in opuſculis & in paralipomenis de Scriptoribus eccleſiaſticis priorem Clementis ad Corinthios ab omnibus eruditis ſolo Gatakero excepto pro genuina agnoſci aſſerat, optetqve, ut Gatakerus ſententiæ ſuæ cauſas aperuiſſet,

Euſ. lib. 3. hiſt. eccl. c. 16. Hieron. catal. Script. Phot. biblioth. cod. 113.

p. 50.

p. 110.

certum tamen eſt, præter Gatakerum & alios fuiſſe, qvi γνησιότητα hujus epiſtolæ dubiam fecerunt, nec rationes ſuæ ſententiæ diſſimularunt. Fatendum tamen eſt, rationes illas partim falſas, partim admodum infirmas eſſe. Fruſtra objiciunt aliqvi, qvod editor hujus epiſtolæ dicta qvædam Patrum huic epiſtolæ inſeruerit, qvæ latinæ editiones in monumentis orthodoxographis & bibliotheca Patrum non exhibeant, & qvod centuriatores dicant, ſua ætate in Clementis operibus lecta non fuiſſe verba a Baſilio in tractatu de Spiritu S. adducta. Nam in orthodoxographis monumentis & bibliothecis Patrum altum eſt de hac epiſtola ſilentium, nec eo tempore, qvo centuriæ Magdeburgenſes collectæ ſunt, qvid in hac epiſtola vel legatur, vel non legatur, judicium

cium fieri potuit. Fruſtra objicitur, Janſenium dictum aliqvod ex hac epiſtola allegantem a Petavio irrideri. Nam dictum Clementis a Janſenio allegatum & a Petavio irriſum non ex hac Clementis epiſtola ad Corinthios; ſed ex tertia decretali Clementis depromptum eſt. Objicitur, in hac epiſtola non legi dictum de mundis inenarrabilibus, & aliud de inenarrabili vinculo caritatis Dei, qvæ dicta Hieronymus in commentariis, qvibus Paulinam ad Epheſios epiſtolam illuſtravit, ex Clementis epiſtola allegavit. Atqvi Clementis epiſtolam ad Corinthios perlegerit, utrumqve dictum ibi reperiet. Alii objiciunt, in hodierna Clementis ad Corinthios epiſtola deſiderari, qvæ autor qvæſtionum & reſponſionum ad orthodoxos, qv. 74.
Baſilius in tractatu de Spiritu S, Baſ. c. 29.

Epiph. hæreſ. 30. Anaſt. c. 7. Epiphanius in panario, nec non Anaſtaſius in hodego ſuo ex ea allegarunt. Sed cum Junius teſtetur, in laceris illis membranis, ex qvib9 hanc epiſtolam deſcripſit, integrum folium majoris formæ, cui *not. ad pag. 75.* qvatuor minora ſuæ editionis reſpondere dicit, defuiſſe, non mirum eſt, ſi nonnulla veterum dicta in ea deſiderentur. Deinde incertum eſt, num illa loca a Scriptoribus prædictis ex priori ad Corinthios, an potius ex ſecunda, cujus fragmentum tantum habemus, aut aliis qvibusdam Clementis ſcriptis hodie deperditis allegata fuerint. Anaſtaſius autem Sinaita, etſi Clementis meminerit, qvem allusione ad nomen facta χριςȣ̃ κλῆμα ſeu Chriſti palmitem appellat, eumqve de utraqve Chriſti natura teſtari dicat, dubium tamen eſt, Clementemne Romanum an

Ale-

Alexandrinum allegare voluerit. Qvod autem in hodierna Clementis epiſtola nullum de utraqve Chriſti natura teſtimonium reperiatur, falſum eſt.

LXXIX. Opponitur huic epiſtolæ, qvod eo tempore ſcripta videatur, qva ἐξοχὴν qvandam ſupra Presbyteros Epiſcopi ſibi arrogarunt, Clementis Romani ævo nondum uſitatam. Contra vero Blondellus in apologia pro ſententia Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris plura ex hac Clementis epiſtola loca adducit, e qvibus luce meridiana clarius eluceſcere judicat, eo qvo hæc epiſtola ſcripta eſt tempore eccleſias communi Præpoſitorum conſilio gubernatas, nec unius regimini, a cujus nutu omnia penderent, ſubjectas fuiſſe, qvemadmodum & Grotius in epiſtola ad Bignonium, Conringi-

us in epiſtola ad Maderum, Salmaſius in tractatibus de primatu Papæ, de epiſcopis, & de fœnore trapezitico, Vorſtius in diſſertatione de ſedibus epiſcopalibus & alii hanc epiſtolam contra Epiſcopoporum ὑπεροχὴν facere animadverterunt. Nova argumenta contra hanc epiſtolam inde naſcuntur, qvod autor hujus epiſtolæ nonnunqvam Scripturæ dicta inepte alleget, nec non ſententias aliqvas tanqvam ex S. Scriptura depromptas proferat, qvæ nusqvam in ſacro codice leguntur. Qvæ argumenta ſi ponderis aliqvid habeant, plurimi primitivæ eccleſiæ autores, qvi hactenus ab omnibus pro genuinis habiti fuerunt, in ſpuriorum claſſem rejiciendi erunt. Suſpecta qvoqve nonnullis ſunt, qvæ in hac epiſtola de cultu ſacro & ſtatis officiorum ſacrorum tempori-

poribus c.40. & 41. diſſeruntur. Et negari non poteſt, qvod Clemens circa deſcriptionem cultus ſacri qvodammodo judaizare videatur, niſi phraſibus e cultu veteris teſtamenti depromptis cultum novi teſtamenti delineare, aut exemplo cultus judaici etiam apud chriſtianos omnia decenti ordine fieri oportere docere voluerit. At nec hoc diſſimulandum, qvod hæc capita Alexandrino potius qvam Romano Clementi tribuenda videantur. Nam ſub ipſum capitis 40. initium fit mentio τῆς θείας γνώσεως, multaqve ex his, qvæ prædictis capitibus comprehenduntur, apud Clementem Alexandrinum occurrunt, ut Anonymus qvidam Scriptor ad hunc locum obſervavit.

LXXX. Sunt, qvos elogium caritatis offendit, qvod in hac epi-

Digitized by Google

c. 48. 49. 50. ſtola occurrit. Verum cum Clemens in hac epiſtola ſoli fidei juſtificationem & ſalutem adſcripſerit, benevola verborum ejus interpretatio qværenda eſt, qvod commode fieri poſſe alibi indicavimus. Neqve etiam nimiæ nobis videri debent Corinthiorum laudes, qvibus a Clemente in hac epiſtola exornantur, qvaſi iſtæ Paulinis reprehenſionibus & qverelis minus conveniant. Nam ipſe Paulus in ipſo prioris epiſtolæ ad Corinthios exordio hanc eccleſiam elogio ſatis honorifico dignatur. Qvantum ad Phœnicis fabulam attinet, qvam a Viro apoſtolico in argumentum reſurrectionis Dominicæ adductam nonnullis minus conveniens videtur, Dannhauerus & alii obſervant, neqvaqvam abſonum videri cuiqvam debere, qvod Clemens aliiqve Patres ex re vulgo

Chriſteid. p. 279.

credi-

credita reſurrectionis poſſibilitatem probaverint.

LXXXI. Tandem & hoc Clementis epiſtolæ ad Corinthios objicitur, qvod Danaides, ſeu, ut alii legendum exiſtimarunt, Danae & Dirce gentiles fœminæ c. 6. martyribus accenſeantur. Neqve enim probabile videtur, ſub iſtis nominibus chriſtianas fœminas a Clemente commemorari. Atqve hinc medicas manus huic Clementis loco admovere Viri docti ſatagunt. Clericus enim in arte ſua critica ſe olim ſuſpicatum dicit *part. 3. ſect. 2. c. 5.* pro Δαναίδες καὶ Δίρκη legendum eſſe: ἄνευ αἰδοῦς καὶ δίκης, qvaſi Clemens dicere voluiſſet, ſine reverentia & contra omne jus mulieres qvasdam male habitas fuiſſe. Alii locum hunc ex Clemente Alexandrino interpolatum conjiciunt, & nomina hæc primum margini

gini a qvodam adſcripta, ac deinde ab imperito librario textui inſerta fuiſſe. Ex his autem, qvæ hactenus dicta ſunt, eluceſcere opinor, pleraqve argumenta non multum ponderis habere, qvibus totam hanc Clementis epiſtolam ſpuriam & adulterinam eſſe contenditur. Attamen & hoc ex dictis manifeſtum eſt, qvod non leves ſint eorum ſuſpiciones, qvi nonnullis in locis hanc epiſtolam corruptam & adulteratam arbitrantur.

LXXXII. Poſteriorem Clementis ad Corinthios epiſtolam in pari pretio cum priori habitam fuiſſe, innuere videtur Dionyſius Eus. libr. 4. c. 23. Corinthius apud Euſebium ita ad Soterem ſcribens: *hodie ſacrum diem dominicum tranſegimus, in qvo epiſtolam veſtram legimus, qvam qvidem perpetuo deinceps legen-*

legentes perinde ac priorem illam nobis a Clemente ſcriptam epiſtolam, optimis præceptis ad documentis abundabimus. Verum Stephanus le Moyne in notis ad varia ſacra pro verbis: ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν legit: ὡς καὶ τὸ πρότερον &c. qva ratione Dionyſii verba tantum de una Clementis ad Corinthios epiſtola explicanda ſunt, qvæ τὸ πρότερον ſeu olim ad Corinthios miſſa fuerat. Qvemadmodum autem ex Dionyſii Corinthii verbis evinci non poteſt, utramqve Clementis ad Corinthios in pari pretio apud veteres fuiſſe, ita etiam ex verbis Euſebii, cum alteram Clementis non perinde ac priorem receptam & approbatam fuiſſe dicit, concludi non poteſt, qvod altera hæc epiſtola plane reprobata apud veteres fuerit, etſi Hieronymus

p. 1067. *libr. 3. c. 38.*

nymus in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum & Rufinus Euſebii interpres Euſebii verba duriuſcule interpretati fuerint, qvos ad Euſebii mentem corrigendos eſſe poſt Epiſcopum Oxonienſem Bullus in defenſione fidei Nicænæ monuit. Plura pro altera ad Corinthios Clementis epiſtola Cotelerius adducit. *libr. 1. ex. 9. c. 4.* Contra Morinus in exercitationibus biblicis merito alteram Clementis epiſtolam a Patribus tanqvam adulterinam rejectam eſſe dicit, & varias hujus ſententiæ rationes profert. Dodwellus autem *p. 53.* in diſſertationibus ad Irenæum fragmentum illud, qvod vulgo tanqvam ſecunda Clementis ad Corinthios epiſtola allegari ſolet, non ad epiſtolam aliqvam Clementis, ſed ad librum, qvi διδαχὴ ſeu doctrina Clementis dictus eſt, pertinere ſtatuit, etſi etiam in co-

dice

Digitized by Google

dice Alexandrino pro ſecunda Clementis epiſtola ad Corinthios venditetur; qvod Dodwelli judicium etiam Clerico arriſit. Qvandoqvidem tamen hoc fragmentum vulgo ſimul cum priori ad Corinthios Clementis epiſtola edi ſolet, illud qvoqve in hac Patrum apoſtolicorum bibliotheca omittere noluimus, etſi longe minoris pretii eſſe fateamur, ſi cum priori epiſtola comparetur. Et hæc qvidem de Clemente dicta ſunto.

LXXXIII. Ignatius Antiochiæ Epiſcopus Θεοφόρȣ cognomento gaudet, unde nata traditio, Ignatium aliqvando Chriſti manibus exceptum & geſtatum, & illum ipſum puerulum fuiſſe, qvem Chriſtus in humilitatis exemplum diſcipulis ſuis propoſuit, qvæ traditio apud Nicephorum reperitur, *libr. 2. c. 35. hiſt. eccl.* ut Simeonem Metaphraſten, &

Græ-

Græcorum Menæa taceamus. Nec alienus eſt ab hac ſententia Montacutius in originibus ſuis eccleſiaſticis. Eandem contra Chriſtophorum a Caſtro defendit Halloixius in notis ad vitam Ignatii. Anaſtaſius Bibliothecarius in ſcholiis ad octavam ſynodum addit, Apoſtolos non auſos fuiſſe Ignatio, cum ipſum Epiſcopum conſecrarent, manus imponere, cum jam Chriſti tactu conſecratum noviſſent. Qva in ſententia Anaſtaſius a Theodoreto diſcedit, qvi Ignatium Petri dextra ordinatum ſcribit, nec non ab autore conſtitutionum apoſtolicarum, qvi Ignatium a Paulo ordinatum aſſerit, a qvo etiam Chryſoſtomus Ignatio manus impoſitas innuit. Ut autem hæc traditio de Ignatio Chriſti brachiis geſtato eo felicius procedat, a Simeone Metaphraſte non θεοφό-

p. 212. *p. 382.* *Tom. VIII. concil. Labb. p. 994.* *dial. 1.* *libr. 7. c. 46.* *orat. de Ignat.*

ρος

ϱ☉ ſeu Deum geſtans ſed Θεόφο-ϱ☉ a Deo geſtatus appellatur. Verum Ignatius ipſe cognomentum ſuum explicavit, aſſerens θεοφόϱον eſſe, qvi Chriſtum habet in pectore, ut acta ejus martyrii teſtantur. Plura de nomine Theophori apud Uſſerium in notis ad acta martyrii Ignatiani, & Pearſonium in vindiciis epiſtolarum Ignatii videantur, ubi etiam traditionem illam de Ignatio Chriſti manibus geſtato confutavit. Æqve incerta eſt traditio, qvæ Ignatium Chriſtum a mortuis reſuſcitatum oculis ſuis uſurpaſſe memorat. Qvamvis enim ipſe Ignatius in epiſtola ad Smyrnæos id aſſerere videatur, ſi Hieronymi verſionem seqvamur, qvi Ignatii verba: *μετὰ τὴν ἀνάςασιν ἐν σαϱκὶ αὐτὸν οἶδα*, ſic interpretatus eſt: *poſt reſurrectionem ipſum vidi*, qvaſi Ignatius

p. 36. ſq.

Part. 2. c. 12.

c. 3.

ſcripſiſſet εἶδον, qvam Hieronymi interpretationem etiam antiqvus Ignatii interpres ſeqvitur, ideoqve etiam recentiores nonnulli ſententiam iſtam amplectantur, ut Mæſtræus in notis ad epiſtolam Ignatii, *p. 7.* Montacutius in originibus eccleſiaſticis & alii: *Tom. II. p. 457.* ipſum tamen Ignatium ſi evolvamus in genuinis epiſtolis loqventem, nihil amplius dicit, qvam qvod Chriſtum etiam poſt reſurrectionem in carne noverit. Nec aliter verba Ignatii Euſebius & Theodoretus legerunt, qvibus & antiqvum Euſebii interpretem Rufinum addimus. Unde Huetius fallitur, cum ait Ignatium *demonſtr. evangel. prop. 1. p. 17.* gloriari, qvod Chriſtum a mortuis reſuſcitatum viderit. Multo magis fallitur Barthius, qvi huic ſen- *adverſ. lib. 57. c. 1.* tentiæ non ſolum Hieronymum & græcum Hieronymiani catalogi interpretem Sophronium; ſed

etiam

etiam Euſebium & Theodoretum aſtipulari aſſerit. Nam de Euſebio & Theodoreto id falſum eſſe comperiet, qvisqvis illos evolvere non pigrabitur. Etſi autem probari non poſſit, vel Ignatium adhuc puellum Chriſti manibus geſtatum, vel adultum inter eos fuiſſe, qvi Chriſtum a mortuis reſuſcitatum viderunt, id tamen negari non poteſt, qvod Apoſtolis ac imprimis Johanni coævus & familiariter cum eo converſatus fuerit, cum magno antiqvitatis conſenſu id tradatur. Plura ad vitam Ignatii ſpectantia apud Halloixium in vita Ignatii, Caveum in vitis ſanctorum Patrum, Tenzelium in diſſertationibus ſelectis, Bollandum & Henſchenium in actis ſanctorum & alios legi poterunt. Unicum tantum addimus a Socrate relatum, nempe qvod antiphonia *libr.6.c.8. hiſt.eccleſ.*

muſica ab Ignatio poſt viſionem
Angelorum alternis hymnis S. Tri-
nitatem in cœlis celebrantium An-
tiochenæ eccleſiæ tradita & poſtea
in aliis eccleſiis etiam recepta fue-
rit. Qvam Socratis relationem
nonnulli in dubium vocant, cum
Theodoretus Flavianum & Dio-
libr. 2. c. 24. dorum omnium primos fuiſſe te-
ſtetur, qvi Antiochiæ choros pſal-
lentium diviſerunt. Socratem
tamen cum Theodoreto concilia-
re ſatagit in ſua ad reſponſoria lia &
p. 22. & 23. antiphonaria Romanæ eccleſiæ
præfatione Joſephus Maria Carus,
præter qvem de hoc Ignatii inſti-
ad c. 5. tuto etiam Halloixius in notis ad
Mabill. §. 1. vitam Ignatii, Mabillon in diſqvi-
ſitione de curſu Gallicano, Ray-
Rayn. T. 7. Oper. p. 457. naudus in præludio primo ad O
paraſcevaſticum videri poterunt.

LXXXIV. Ignatium, ut ad e-
jus ſcripta accedamus, ſimiliter

ac

ac Damaſum de re fidei & canonibus ſcripſiſſe refert in ſuo catalogo librorum Chaldæorum Hebed Jeſu. Qvalia autem Ignatii ſcripta hic intelligat, incertum eſt. Forte tamen ex parte reſpexit ad liturgiam Ignatianam, qvam in arabico ſyriacarum liturgiarum catalogo commemorari viri docti obſervarunt, & ex parte ad διδαχὴν Ignatio affictam, qvæ etiam a Nicephoro in ſtichometria intelligi exiſtimatur, cum Ignatium in apocryphorum indiculo reponit. Sed miſſis iſtis Ignatii ſcriptis vel deperditis, vel nondum divulgatis ad ejus epiſtolas progrediamur. Qvindecim autem ſub ejus nomine circumferuntur epiſtolæ, nempe ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallianos, ad Romanos, ad Philadelphienſes, ad Smyrnæos, ad Polycarpum, ad Tarſenſes, ad Antioche-

nos, ad Heronem, ad Philippenſes, ad Mariam Zarbenſem ſeu Caſtabalitidem, ad Mariam Deiparam & duæ ad S. Johannem Evangeliſtam. Ex his tres poſtremæ latine tantum, reliqvæ etiam græce extant: Et illæ qvidem tres poſtremo loco memoratæ, qvas latine tantum extare diximus, etſi tenebris omnium digniſſimæ, luce tamen publica reliqvas anteverterunt. Nam Pariſiis A. C. 1495. ad calcem qvadripartitæ hiſtoriæ de vita & morte Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi in lucem prodierunt. At Jacobus Faber Stapulenſis A. C. 1498 rejectis illis tribus Ignatii epiſtolis undecim priores cum Dionyſii operibus latine edidit ex verſione qvadam antiqva, qvæ reſpectu alterius antiqvæ verſionis ab Uſſerio in Anglicanis qvibusdam bibliothecis inventæ vulgata

cogno-

cognominari ſolet. Et hæc Fabri editio & Pariſiis & aliis in locis ſæpius repetita fuit, donec Symphorianus Champerius vel Campegius undecim illis epiſtolis a Fabro editis & duodecimam Mariæ Zarbenſi inſcriptam, & tres illas a Fabro neglectas adjunxit. A qvo tempore ſæpius qvindecim Ignatii epiſtolæ conjunctim comparuerunt, qvæ etiam in Micropresbytico ſeu veterum qvorundam Theologorum elencho per Henricum Petri Baſileæ A.C.1550 edito primum ante reliqva Patrum ſcripta locum obtinent. Tandem & græce Ignatius prodiit, qvod primum A.1557 factum eſt, qvo Valentinus Hartungus Frid ſive Paceus appellatus Ignatii epiſtolas, qvotqvot græce habentur, nempe numero 12. Dillingæ publicavit. Easdem anno proxime ſeqvente Morelius Pari-

 ſiis

ſiis vulgavit. Paulo poſt Tiguri A. C. 1559. apud Andream Geſnerum prodierunt Θεολόγων διαφύρων συγγράμματα παλαιὰ καὶ ὀρθόδοξα ſeu Theologorum aliqvot Græcorum veterum orthodoxorum libri latinitate donati, nempe Apoſtolorum & 13. conciliorum veterum decreta, Ignatii epiſtolæ 12. Johanne Brunnero interprete, Athenagoræ apologia, cum verſione Conradi Geſneri, ejusdemqve de reſurrectione tractatus cum verſione Petri Nannii, Æneæ Gazæi Theophraſtus cum verſione Johannis Wolffii, Cydonii oratio de contemnenda morte, & Hermiæ irriſio gentilium Philoſophorum cum verſione Raphaelis Seileri, & deniqve Agapeti parænefes ad Juſtinianum Imperatorem. Ignatium autem qvantum attinet, Typographus, qvi fuit Andreas

dreas Geſnerus Conradi patruelis in præfatione monet, qvod græcum exemplar manuſcriptum nactus fuerit ex bibliotheca V. Clariſſ. D. Gaſpari a Nydprugck. Videtur autem Paceanam pariter & Morelianam editionem vel ignoraſſe vel diſſimulaſſe, cum a ſe primum græce Ignatium edi aſſerat. Conradus tamen Geſnerus, cujus imprimis cura ſcripta illa prodierunt, in epiſtola de libris a ſe editis ſe ignoraſſe dicit, qvod epiſtolæ Ignatii, cum eas patrueli ſuo excudendas daret, paulo ante græce Lutetiæ editæ fuiſſent. Verſio autem Brunneri latina, qvæ Geſnerianæ huic editioni addita eſt, paraphraſeos potius qvam verſionis nomine digna eſt. Ad editiones Ignatii Antverpienſes acceſſit nova verſio Hieronymi Vairlenii Sylvii, cujus interpretationem etiam

retinuit Johannes Jacobus Grynæus, cum in monumentis ſuis orthodoxographis Ignatii epiſtolas iterum edidit. p. 250. Et Dorſcheus qvidem in tractatu de miſſa eumqve ſecutus Vir doctiſſimus, qvi abacum patrologicum edidit, Vairlenium arguunt, qvod cum ſe Ignatii interpretem & ſcholiaſtem jactet, Grynæi verba per omnia retineat. Verum Vairlenii prima editio integro triennio prius prodiit, qvam Grynæi orthodoxographa monumenta prodirent, nempe anno 1566, qvam editionem cum Dorſcheus ignoraverit, & tantum poſteriorem, qvæ A. 1572. iterum Antverpiæ ex officina Plantiniana prodiit, ad manus habuerit, haud difficulter in eam ſententiam prolabi potuit, ac ſi Vairlenius verſionem ſuam ex Grynæi orthodoxographis deprompſiſſet. Cæterum

hanc

hanc Vairlenii verſionem qvanti Billius æſtimaverit, inde colligi poteſt, qvod Vairlenium Ignatii interpretum omnium ſine controverſia diligentiſſimum appellat. Rationem qva ad novam verſionem Ignatii Vairlenius impulſus eſt, ipſe in præfatione hanc indicat, qvod verſio per Gulielmum Morelium Ignatio adjecta multis in locis per veteris interpretis veſtigia graderetur. Non ſolum autem nova verſione Ignatium Vairlenius ornavit, ſed etiam brevia qvædam ſcholia adjecit. Noſtro ſeculo Martialis Mæſtræus Theologus Pariſienſis A.C. 1608 Ignatii epiſtolas græcas edidit, ex aliorum verſionibus inter ſe collatis novam conflavit, & notas qvasdam pro illuſtrando & vindicando Ignatio adjecit. At Nicolaus Vedelius, qvi A.C. 1623. Ignatii epiſtolas Genevæ typis imprimi

libr. 1. cit. c. ult.

primi

primi curavit, etſi Mæſtræi verſionem retinuit, nonnulla tamen in margine emendavit, & duodecim epiſtolis Ignatii græco-latinis totidem exercitationes ſubjunxit. Præmiſit etiam apologiam pro Ignatio ſeu prolegomena de autoritate epiſtolarum Ignatii, & ad calcem hujus voluminis notarum criticarum appendicem ſubjecit, qvibus obſervationes qvædam philologicæ in aliqvas Ignatii epiſtolas continentur. Qvæ Vedelii editio cum a Montacutio in apparatu ad annales Baronii ſuggillata fuiſſet, Vedelius in præfatione dedicatoria tractatus ſui de Deo Synagogæ Montacutio breviter reſpondit. Seqventi anno 1624 in auctario bibliothecæ Patrum græco-latino ejusqve tomo primo Pariſiis iterum Ignatii epiſtolæ græce & latine prodierunt, qvæ editio partim ex editione Pari-

p. 19.

Pariſienſi Morelii partim ex Antverpienſi Vairlenii expreſſa eſt. Ad calcem hujus tomi præter invectivam contra Magdeburgenſium centuriarum collectores de Ignatio ejusqve epiſtolis per M.D.L.B. acceſſere & Vairlenii in Ignatii epiſtolas ſcholia & Mæſtræi in easdem notæ.

LXXXV. Omnes autem epiſtolarum Ignatii editiones hactenus enumeratæ tam latinæ qvam græcæ non niſi interpolatas & ſpurias Ignatii epiſtolas exhibuerunt. Tandem vero beneficio antiqvæ verſionis latinæ in duobus Anglicanarum bibliothecarum codicibus repertæ, & codicis græci in bibliotheca Medicea Florentiæ ſervati ſinceriores Ignatii editiones obſtetricantibus Jacobo Uſſerio & Iſaaco Voſſio lucem adſpexerunt. Et Uſſerius qvidem primum Oxoniæ

nii A. C. 1642. veterem illam latinam verſionem a vulgatis & antea editis diverſam edidit, in qva uncinulis includi curavit, qvæ in vulgata epiſtolarum Ignatii verſione deſiderantur. Exprimit enim antiqva hæc verſio non ſolum ſex illas epiſtolas, qvæ ſolæ ab Uſſerio pro genuinis agnoſcuntur, nempe ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallianos, ad Romanos, ad Philadelphienſes & ad Smyrnæos, ſed etiam epiſtolas qvinqve ſpurias nempe ad Mariam Proſelytam Chaſſobolorum, ad Polycarpum, (hæc enim ab Uſſerio pro ſpuria habetur) ad Tarſenſes, ad Antiochenos & ad Heronem. Deinde Uſſerius ibidem 1644. Polycarpianam Ignatianarum epiſtolarum ſyllogen græce & latine imprimi curavit, qvæ præter Polycarpi epiſtolam ad Philippenſes primo loco poſitam ſex

illas

illas Ignatii epiſtolas comprehendit, qvas ſolas ab Uſſerio pro genuinis agnoſci modo diximus. In græco textu pariter ac latino minio ſignantur, qvæ antiqvus interpres ab Uſſerio primum editus non agnovit. Verſio autem græco textui e regione poſita eſt vulgata, qvam Uſſerius ex manuſcriptis codicibus emendavit. His Ignatianis epiſtolis adjecit Uſſerius ſex epiſtolas Ignatio adſcriptas ad Mariam Caſſobelitanam, ad Polycarpum, ad Tarſenſes, ad Antiochenos, ad Heronem, ad Philippenſes, qvibus epiſtolis græco-latinis præmiſſa cernitur epiſtola Mariæ Caſſobelitanæ ad Ignatium latine. Poſtremo his epiſtolis annexæ ſunt tres illæ Ignatii, qvæ latine tantum extant, nec non epiſtola Mariæ Deiparæ ad Ignatium, & elogium Ignatii, qvod ab ejus Diacono

Hero-

Herone ſcriptum perhibetur. Acceſſere Uſſerii in Polycarpianam Ignatianarum epiſtolarū ſyllogem ſeu in Polycarpi & ſex Ignatii epiſtolas eruditæ annotationes, & prolixa præterea diſſertatio, in qva & de Polycarpo & de Ignatio ejusqve epiſtolis & variis earum mutationibus nec non de canonibus & conſtitutionibus Clementi attributis fuſe diſſeritur. At nec hic Uſſerius qvievit. Nam Londini 1647. appendicem Ignatianam edidit, qvæ complectitur I. Ignatii epiſtolas genuinas ab interpolatoris aſſumentis liberas ex codice græco Mediceo, addita verſione nova, qvæ partim ex antiqva vetuſti interpretis, partim ex nova Vairlenii verſione conflata eſt, II. Ignatii martyrium ex antiqvis duabus latinis verſionibus, III. Tiberiani, Plinii Secundi, & Trajani Imperatoris

toris de conſtantia martyrum illius temporis epiſtolas, IV. Smyrnenſis eccleſiæ de Polycarpi martyrio epiſtolam cum antiqva latina metaphraſi, V. Annotationes in acta Ignatii & Polycarpi, nec non in epiſtolas Ignatio adſcriptas, item epiſtolam græcam Mariæ a Caſſobelis, qvam antea latine tantum vulgaverat, & fragmenta 5. ex reſponſionum capitulis Polycarpo adſcriptis. In Iſaaci Voſſii editione, qvæ primum Amſtelodami A. C. 1646. prodiit primum locum tenent ſeptem epiſtolæ Ignatii qvarum Euſebius & Hieronymus meminerunt. Exhibentur autem ex codice Mediceo longe ſinceriores, qvam hactenus toties prodierant. E regione poſita eſt verſio latina antiqva, qvam ab Uſſerio ex duobus codicibus Anglicanis primum editam diximus. Inter ſeptem il-

las epiſtolas prima eſt ad Smyrnæos, ſecunda ad Polycarpum, tertia ad Epheſios, qvarta ad Magneſios, qvinta ad Philadelphienſes, ſexta ad Trallianos, & ſeptima ad Romanos. Sed qvia in Florentino codice epiſtola ad Romanos deſiderata fuit, Voſſius græcum hujus epiſtolæ textum ex vulgatis antea editionibus mutuatus eſt, poſtea tamen ope antiqvæ verſionis ab Uſſerio editæ adulterina hujus epiſtolæ verba a genuinis, ſecernere ſatagit, tandemq; epiſtolam hanc ex ingenio ſuo integram exhibet, qvalem fuiſſe putat, anteqvam ab ullo interpolatore depravaretur. Etſi autem Voſſio tam felici eſſe non contigerit, ut genuinam Ignatii ad Romanos epiſtolam in græco aliqvo codice reperiret, alios tamen ſe fortunatiores eam aliqvando in bibliothecarum angulis re-

pertu-

perturos auguratus eſt. Nec eum ſuum augurium fefellit, ſi vera eſt Theoderici Ruinarti gloriatio, qvi in Colbertina bibliotheca hanc epiſtolam actis martyrii Ignatiani inſertam ſe reperiſſe opinatur. Et laudanda qvidem Ruinarti induſtria, qvi hanc epiſtolam ad Romanos, qvalem in Colbertino codice invenit in addendis ad acta Martyrum ſincera & ſelecta publici juris fecit. p. 700. Num vero plane genuina hæc ſit epiſtolæ ad Romanos Ignatianæ editio eruditis diſpiciendum relinqvo, & ad Voſſii editionem redeo, in qva poſt ſeptem illas epiſtolas ſeqvuntur epiſtolæ Ignatio perperam adſcriptæ, nempe ad Mariam Zarbenſem ſeu Caſtabalitidem, ad Tarſenſes, ad Antiochenos, ad Heronem Diaconum eccleſiæ Antiochenæ & ad Philippenſes, nec non tres illæ, qvæ latine

Digitized by Google

tantum habentur. Præmiſſa eſt ſpuriis his Ignatii epiſtolis epiſtola Mariæ Caſtabalitidis ad Ignatium, qvam primus Voſſius græce edidit. Spurias autem has epiſtolas, excepta ad Philippenſes & tribus latinis, Voſſius etiam ex Mediceo illo codice repræſentavit. Tandem etiam interpolatæ Ignatii epiſtolæ ſeqvuntur, qvibus ultimo loco epiſtola Barnabæ & eruditæ Voſſii in Ignatium & Barnabam annotationes accedunt. Poſt Uſſerium & Voſſium etiam Coteleriius Ignatii epiſtolas genuinas ab interpolatis & has a ſpuriis diſtinxit, omnesqve eruditis annotationibus illuſtravit, & nova verſione donavit. Cotelerianam autem editionem etiam Clericus ſecutus eſt, qvi tamen Cotelerii notis etiam Uſſerianas & Voſſianas adjecit.

LXXXVI.

Digitized by Google

LXXXVI. Hæc de variis Ignatii editionibus præmittenda fuerunt, ut qvid de Ignatii epiſtolis judicari debeat, melius intelligi poſſit. Neqvaqvam autem audiendi ſunt, qvi omnes epiſtolas Ignatio attributas tanqvam genuinas venerantur, ne illis qvidem exceptis, qvæ ad Johannem Evangeliſtam & Deiparam ſcriptæ ſunt, & nondum hactenus græco habitu comparuerunt. Nam iſtas qvoqve epiſtolas tanqvam genuinas defendere auſi ſunt Halloixius in notis ad vitam Ignatii, Inchoferus in tractatu de epiſtola Mariæ ad Meſſanenſes, Bivarius in notis ad Dextri chronicon, ut Caniſium & qvosdam alios taceamus. At nec illi audiendi, qvi omnes Ignatii epiſtolas etiam in Uſſeriana & Voſſiana editione defecatas rejiciunt,

unt, ut Salmaſius in tractatu de primatu Papæ, Blondellus in præfatione apologiæ ſuæ pro ſententia Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris, Albertinus in tractatu de euchariſtia, Dallæus qvi peculiari ſcripto opera Dionyſii Areopagitæ & Ignatii epiſtolas impugnavit, & Larroqvanus Dallæi hyperaſpiſtes in obſervationibus ad Pearſonianas Ignatii vindicias, qvem diſperſos & a Pearſonio profligatos Dallæi ordines fruſtra inſtaurare conatum Bullus in defenſione fidei Nicænæ aſſerit, qvemadmodum & Colomeſius in bibliotheca ſua ſelecta a Larroqvano auctum potius qvam diminutum Pearſonianarum vindiciarum pretium affirmat. Non conveniunt autem docti illi viri, qvi omnes Ignatii epiſtolas reprobant, & ne illas qvidem,

p. 40.

dem,

dem, qvæ ab Euſebio & Hieronymo memorantur, admittunt, circa tempus, qvo epiſtolas illas Ignatio ſuppoſitas credunt. Nam ſeptem illas epiſtolas, qvæ Euſebii & Hieronymi ævo extiterunt, Albertinus ſub medium ſeculi ſecundi, Salmaſius ſub Antonino vel Aurelio, Blondellus ſtatim poſt Clementis Alexandrini tempora, & Dallæus præcipiti ſeculo 3. ſuppoſitas Ignatio ſtatuit. Vir qvidam doctiſſimus in exercitationibus ſuis ſelectis Ignatii qvidem epiſtolas per qvatuor ab Ignatii obitu ſecula illibatas manſiſſe judicat, adeoqve non dubitat, qvin Euſebius genuinas Ignatii epiſtolas habuerit. Hodie autem ex Ignatii epiſtolis, qvibus Patres ſecundi, tertii & qvarti ſeculi uſi ſunt, nihil amplius funereſſe putat, qvam fragmenta in Patrum illorum operibus

Perron. p. 63. ſervata. Neſcio autem qvid Perronio in mentem venerit, ſi ejus ſententia bona fide ex ejus ore a fratribus Puteanis excepta eſt, qvod epiſtolas Ignatii a Monachis S. Catharinæ in monte Sina factas aſſeruit. Nam tota illa narratio de Catharina, qvæ ſub Maxentio, vel juxta Baronii correctionem ſub Maximino interfecta & ab Angelis in montem Sina translata dicitur, ſeqvioris ætatis figmentum eſt, nulli Scriptori, qvi qvarto & proxime ſeqventibus ſeculis vixerunt cognitum, ut a Chamiero in panſtratia catholica demonſtratū eſt. *T. 1. libr. 2. c. 16.* Qvamobrem Monachos illius Catharinæ, qvi poſt epiſtolas Ignatianas etiam interpolatas exorti ſunt, autores harum epiſtolarum dici ab omni ratione alienum eſt.

LXXXVII. Aliqvi media qvaſi via incedunt, dum aliqvas

Ignatii

Ignatii epiſtolas tanqvam genuinas admittunt, alias tanqvam ſpurias reprobant. Sed de numero genuinarum inter ſe non conſentiunt. Nam Bellarminus in tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis, Poſſevinus in apparatu ſuo & plures alii rejectis tantum tribus illis latinis, qvarum una ad Deiparam, duæ ad Johannem ſcriptæ ſunt; reliqvas duodecim ab Ignatio ſcriptas minime dubitant. Eandem ſententiam tuetur Mæſtræ9, qvem pleraſqve Ignatii epiſtolas reprobaſſe perperam nonnulli aſſerunt, & Henſchenius, qvi tamen qvinq; epiſtolas ab Euſebio non commemoratas in claſſem qvādam inferiorem rejicit, cum non convincentibus, ſed tantum probabilibus argumentis Ignatio adjudicari poſſint. Verum alii illas tantum tanqvam genuinas approbant, qvæ ab

Euſebio commemorantur. Et Jacobus qvidem Uſſerius ſex tantum Ignatii epiſtolas ab Euſebio commemorari exiſtimat, nempe ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallianos, ad Romanos, ad Philadelphienſes, & ad Smyrnæos, qvam cum epiſtola ad Polycarpum pro una computat, unde epiſtolam ſeorſim ad Polycarpum ſcriptam inter ſpurias rejicit. At epiſtolam ad Polycarpum ex genuinarum epiſtolarum numero non expungendam eſſe, & ab Euſebio tanqvam epiſtolam ab epiſtola ad Smyrnæos diſtinctam commemorari Pearſonius in prolegomenis vindiciarum Ignatii demonſtravit. Cujus ſententiæ pleriqve eruditorum aſtipulantur, atqve hinc ſeptem Ignatii epiſtolas pro genuinis agnoſcunt. Cum autem duplex extet epiſtolarum illarum ab Euſebio

p. 21.

com-

commemoratarum editio una
prolixior, qvæ in editionibus ante
Voſſianam & Uſſerianam vulgatis
legitur, altera brevior, qvalem Voſ-
ſius ex Medicæo codice græce, Uſ-
ſerius ex duobꝰ Anglicanis codici-
bus latine produxit, utra harum
alteri anteferri debeat, non inter
omnes convenit. Nam Johannes
Morinus in tractatu de ſacris ordi- *part.3.p.36.*
nationibus prolixiorem editionem
genuinam, breviorem mutilam
eſſe cenſet. Exiſtimat enim ali-
qvem, qvi ſua cauſa Ignatii epiſto-
las deſcripſit, non putaſſe neceſſa-
rium, ut integras deſcriberet, ideo-
qve paſſim multa transmiſiſſe, &
hiatus ſuis ipſius verbis conjunxiſ-
ſe. Contra Leo Allatius in tracta-
tu de dominicis & hebdomadibus *p. 1407.*
Græcorum epiſtolas ex codice Flo-
rentino tranſcriptas pro genuinis,
prolixiora autem epiſtolarum illa-
rum

rum exemplaria antea vulgata pro antiqua genuinarum Ignatii epiſtolarum paraphraſi habuit. Alii vero prolixioris editionis autorem non tam antiqvum aliqvem paraphraſten, qvam potius recentem qvendam interpolatorem fuiſſe, eumqve ſexto circiter ſeculo his Ignatii epiſtolis adulterinas manus intuliſſe contendunt. Qvocunqve autem ſeculo ſeptem illæ, de qvibus hactenus diximus, epiſtolæ intetpolatæ fuerint, certum eſt prolixiorem harum epiſtolarum editionem minus ſinceram deprehendi, qvippe in qva loca a ſanctis Patribus ex Ignatii epiſtolis allegata vel minus accurate exhibentur, vel plane non comparent, contra vero multa ævo Ignatii minus congruentia, & cum tenore harum epiſtolarum male cohærentia occurrunt. Qvamobrem breviorem

illa-

Digitized by Google

illarum epiſtolarum editionem, cujus publicam uſuram Uſſerio & Voſſio debemus, prolixiori præferendam eſſe minime dubitamus. Nec ullus forte eſt inter eruditos noſtræ ætatis, qvotqvot ſeptem tantum Ignatii epiſtolas pro genuinis habent, qvin breviori illi editioni ſuam ſententiam adſtringat, qvod certe factum videmus a Natali Alexandro in diſſertationibus ad ſeculum primum, Pinio in bibliotheca Scriptorum eccleſiaſticorum, Hammondo in diſſertationibus de juribus epiſcopatus & Anglico contra Owenum tractatu, & imprimis a Pearſonio in vindiciis epiſtolarum Ignatii, qvibus duæ Iſaaci Voſſii ad Rivetum epiſtolæ pro earundem epiſtolarum defenſione ſcriptæ ſubjunguntur. Nec dubito Chemnitium, pluresqve alios, ſi breviorem hanc epiſtolarum

Igna-

Digitized by Google

Ignatii editionem videre potuiſ-
ſent, æqvius de his Ignatii epiſtolis
judicaturos fuiſſe. Freqventer e-
nim objiciunt epiſtolis Ignatii,
qvod loca ab Athanaſio, Theodo-
reto & aliis Patribus ex Ignatii e-
piſtolis allegata in epiſtolis Ignatii
non amplius legantur. Atqvi in
nova Ignatii editione, qvam Voſſi-
us & Uſſerius dederunt, loca illa
Patrum non amplius deſiderantur.
Unde mirum eſt, noſtra qvoqve
ætate poſt novas illas Ignatii editio-
nes idem argumentum contra epi-
ſtolas Ignatii adhuc proferri, qvod
p. 88. ab Ottio in ſecunda centuria & ali-
is factum memini. Etſi autem ſe-
ptem Ignatii epiſtolas ab Euſebio
recenſitas genuinas dici poſſe
haud inficier, & pleraqve in iſtis e-
piſtolis, qvales e Florentino codice
prodierunt, autorem Ignatium
ſpirare exiſtimem, aſſerere tamen
haud

haud auſim, qvod Florentinus ille codex omni ex parte genuinus ſit, & Ignatii epiſtolæ per tot ſecula ab omni corruptione & interpolatione liberæ ad noſtram uſqve ætatem permanſerint.

LXXXVIII. Scripſit Ignatius epiſtolas ſuas paulo ante martyrium, cujus acta cum hactenus variis additionibus interpolata fuiſſent, meliora Uſſerius in appendice Ignatiana ex duplici verſione latina vulgavit. Edita qvoqve ſunt acta martyrii Ignatiani in actis Sanctorum Bollandi & Henſchenii Calendis Februarii. Græce autem hæc acta in ſelectis ſuis & ſinceris martyrum actis Ruinartus publicavit. Compoſita perhibentur imprimis a Philone Tarſenſi & Agathopode Antiochenæ eccleſiæ Diacono, qvi Ignatium e Syria Romam uſqve comitati ſunt. Refertur autem in-

ter

ter alia in iſtis actis, Ignatium Antiochiæ ad beſtias a Trajano damnatum Romamqve abductum ibi a beſtiis præter oſſa qvædam ſolidiora devoratum eſſe. Ex qvo apparet falſum eſſe, qvod carnifices in diſſecto ejus corde nomen Jeſu aureis literis inſcriptum invenerint, etſi Martinus Polonus, Antoninus & alii qvidam Hiſtorici id aſſerant, qvibus ex Poetis addere placet Mantuanum, qvi in ſacris ſuis diebus ita canit:

- - - a lictore rogatus,
Cur toties in tormentis clamaret Jeſum?
Nomen id inſcriptum cordi ſibi ſæpe relabi
Dixit in os, id poſt fatum perqvirere lictor
Nixus in exſecti conſpexit vulnere cordis
Nomen id ex auro ductis ſplendere elementis.

Cui

Cui traditioni aptior eſt eorum relatio, qvi Ignatium a leonibus non devoratum, ſed ſuffocatum narrant, ut Beda in Martyrologio, & Ado in libello de feſtivitatibus Apoſtolorum, qvorum uterqve etiam Ignatium, anteqvam leonibus objiceretur, variis tormentis Romæ in Trajani præſentia excruciatum memorat, qvod Græci in Menæis ſuis non Romæ ſed Antiochiæ, anteqvam Romam duceretur, Ignatio contigiſſe ſcribunt.

LXXXIX. Ignatio ſuperſtes fuit POLYCARPUS Smyrnenſis eccleſiæ Epiſcopus a S. Johanne huic eccleſiæ præfectus, cui non male convenire videntur, qvæ in Apocalypſi Angelo Smyrnenſis eccleſiæ tribuuntur. Imprimis autem ejus in morte fidelitas ex ejus martyrio eluxit, qvod, cum 86. annos Chriſto ſerviiſſet, conſtanti animo pertu-

lit, ad rogum damnatus flammisqve corpus ejus attingere verentibus tandem gladio transfixus, ut teſtatur epiſtola eccleſiæ Smyrnenſis in eccleſiis olim legi ſolita, cujus partem maximam exhibet Euſebius. Qvæ autem apud Euſebium deſiderantur in notis ſuis ſupplevit Valeſius. Integram hanc epiſtolam Uſſerius in appendice Ignatiana, nec non Cotelerius & Clericus in Patribus ſuis apoſtolicis ediderunt. Eadem græce qvoqve extat in bibliotheca Vindobonenſi, cujus exemplaris initium & finem Lambecius repræſentavit. Cæterum annos illos 86. qvibus Polycarpus jam in agone extremo conſtitutus ſe Chriſto ſerviiſſe dixit, non de annis miniſterii eccleſiaſtici, qvæ Blondelli eſt ſententia, neqve de annis profeſſionis chriſtianæ, qvam ſententiam tuetur Uſſerius, ſed

Euſ. libr. 4. c. 15. hiſt. eccl.

T. 8. bibl. Vind. p. 88.

ſed de integro vitæ ejus curriculo intelligendos eſſe probandum in ſe ſuſcipit Pearſonius, qvi omni fundamento carere arbitratur, qvod nonnulli Polycarpum in prima ſua ætate gentiliſmo addictum tradiderunt. Miror tamen Pearſonium nihil reſpondiſſe ad argumentum Uſſerii ex ipſa Polycarpi ad Philippenſes epiſtola depromtum.

diſſ. II. de ſucc. Pontif.

not. ad epiſt. Polyc. p. 2.

XC. Polycarpum hunc ob ignis ſupplicium ſub nomine Empedoclis, qvi ardentem frigidus Ætnam inſiluiſſe perhibetur, intelligere Themiſtium ſuſpicio eſt Stephani le Moyne in diſſertatione de Polycarpo, etſi Petitus in obſervationibus miſcellaneis, & Harduinus in notis ad illam orationem de veteri Empedocle Themiſtium loqvi exiſtiment, & Petavius in notis ad eandem orationem Chriſtum ipſum a Themiſtio per Empedoclem intelligi

orat. 5. p. 70.

Digitized by Google

ligi ſuſpicetur, cum gentilis hic orator inſinuare voluerit, qvod qvemadmodū Empedocles propterea in Ætnæ voraginem ſe præcipitavit, ut pro Deo haberetur, ita & Chriſtus ſe Deum haberi voluerit, etſi Themiſtius aperte coram Imperatore chriſtiano id dicere non auſus fuerit. Idem Le Moyne in eadem diſſertatione Polycarpum & ejus martyrium a Luciano in Peregrini hiſtoria perſtringi ſtatuit, cum Lucianus ex Peregrini rogo vulturem exiiſſe fingat, ad imitationem epiſtolæ de martyrio Polycarpi, in qva columba e flammis exiiſſe memoratur, qvem tamen locum Vir ille doctiſſimus corruptum & pro *περιςερὰ* legendum ſuſpicatur: *ἐπ᾽ ἀριςερᾷ*; ut alias lectiones, qvas hic locum habere poſſe ſtatuit, taceamus. Amphitheatri, in qvo Polycarpus martyrio

rio coronatus eſt, hodiernam faciem ejusdemqve martyris ſepulchrum, qvod Græci die feſto ejus memoriæ conſecrato in hunc uſq; diem ſolenniter inviſunt, breviter delineat Thomas Smith in notitia ſeptem Aſiæ eccleſiarum. De tempore autem qvo Polycarpus obiit inter eruditos nondum convenit. Refertur enim Polycarpi martyrium a Samuele Petito ad A.C. 175, ab Uſſerio ad A. C. 169, a plerisqve ad annum 167, a Pearſonio vero ad annum 147, qvi fuit nonus Antonini Pii, ſub qvo Polycarpi paſſionem contigiſſe etiam Dodwellus in diſſertationibus ad Irenæum ſtatuit. Nec diſſentit Nicolaus Toinardus in monito ad lectorem, qvod ſuis annotationibus ad Lactantii libellum de mortibus perſecutorum præmiſit, etſi in ipſis notis aliter ſtatuiſſet.

p. 35. 36.

p. 146.

XCI. Didaſcaliam Polycarpo olim tributam a Maximo, Beda, Adone, Uſuardo, Metaphraſte, Pachymere, Honorio & Nicephoro memorari Ellies du Pin in ſua bibliotheca perperam aſſerit. Erroris
P.1.p.66.67. cauſa eſt, qvod feſtinanter nimis exſcripſerit, qvæ Pearſonius in vindiciis Ignatii diſſerit, non animadvertens, Pearſonium autores illos allegantem non amplius de Polycarpi didaſcalia agere, de qva paulo ante egerat, ſed de epiſtola Polycarpi ad Philippenſes. Fit tamen Polycarpianæ διδαχῆς mentio in manuſcripto qvodam apocryphorum indiculo, qvem Cotelerius &
Secul.1.diſſ.22.p.324. ex eo Natalis Alexander producit. Et hanc ipſam Polycarpi didaſcaliam non vero epiſtolam ad Philippenſes in Nicephori Cplitani ſtichometria inter apocrypha rejici
part. 1. Vind.Ign. p.66. Pearſonius ſuſpicatur. Monachis

Pearſoni. S. Flo-

S. Floræ in Gallia Ciſalpina, qvi librum Polycarpi de obitu Johannis in bibliotheca ſua poſſidere perhibentur, de hoc theſauro non magnopere gratulandum videtur, neqve magnopere dolendum Polycarpi epiſtolam ad Dionyſium Areopagitam, cujus Svidas in lexico ſuo meminit, & ſcripta de Paſcha, qvæ Honorius Auguſtodunenſis memorat, non amplius ſupereſſe, cum hæc unqvam a Polycarpo ſcripta fuiſſe falſum videatur. De epiſtola ad Athenienſes, & cæteris deperditis, qvæ Polycarpo attributa fuerunt, monumentis Uſſerius in diſſertatione de epiſtolis Ignatii & Le Moyne in prolegomenis ad varia ſacra videantur. Fragmenta qvædam ſub nomine Polycarpi Feuardentius in ſuo Irenæo edidit, qvi Victorem Capuanum in catena ſuper qvatuor evan-

libr. 1. de luminar. eccl. c. 18.

Digitized by Google

gelia fragmenta hæc latine reddidiſſe memorat. Eadem fragmenta Halloixius in vita Polycarpi & Uſſerius in appendice Ignatiana publicavit. Hæc autem fragmenta ſeu reſponſionum capitula ſi Le-Moynii cõjectura a vero non aberrat, eundem autorem habent cum reſponſionibus ad orthodoxos, qvæ ſub Juſtini Martyris nomine inter ejus opera leguntur.

XCII. Miſſis autem Polycarpi ſcriptis deperditis & ſpuriis, ut de ejus ad Philippenſes epiſtola aliqvid dicamus inſtituti noſtri ratio exigit. Scriptam illam eſſe paulo ante Ignatii mortem nonnulli ſtatuunt, qvibus etiam accedere videtur Labbeus. Verum poſt Ignatii mortem hanc epiſtolam ſcriptam eſſe, ex eo conſtat, qvia ipſe Polycarpus in hac epiſtola Ignatium fidei & vitæ ſuæ curſum conſum-

T. II. de Script. eccl. p. 230.

maſſe

maſſe dicit. Qvod autem in extrema epiſtolæ parte a Philippenſibus poſtulat, ut ſibi ſignificent, ſi qvid certius de Ignatio cognoviſſent, non ita accipiendum eſt, ac ſi Polycarpus Ignatium adhuc in vivis fuiſſe exiſtimaſſet, ſed potius plures de ejus martyrio circumſtantias exploravit. Edita eſt hæc Polycarpi epiſtola primum a Jacobo Fabro Stapulenſi Pariſiis 1498. cum Ignatii epiſtolis, a qvo tempore ſæpius in lucem prodiit, etiam Micropresbytico, monumentis orthodoxographis & bibliothecis Patrũ inſerta. Græce primus vulgavit Halloixius in vitis & documentis illuſtrium orientalis eccleſiæ Scriptorum, poſtea Uſſerius Oxoniæ cum Ignatio, Maderus Helmſtadii, Cotelerius Pariſiis, Le Moyne Lugduni Batavorum ac tandem Clericus Amſtelodami ean-

Digitized by Google

dem iterum typis imprimi curavit. Etſi vero haud pauci vel poſteriorem hujus epiſtolæ partem, vel integram epiſtolam Polycarpo ſuppoſitam ſtatuant, nimis tamen infirmæ eorum rationes videntur, qva de re, cum jam alibi actum fuerit, nihil amplius addimus, ſed hanc de Patribus apoſtolicis diſſertationem finimus.

Digitized by Google

SYNOPSIS
DISSERTATIONIS
DE
PATRIBUS APOSTOLICIS.

I.
Scriptores ſacri N. Teſtamenti.

II.
Matthæus.

III.
Marcus.

IV.
Lucas.

V.
Johannes.

VI.
Acta Apoſtolorum.

VII.
Pauli epiſtolæ

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Epiſtolæ catholicæ.

IX.

Apocalypſis Johannis.

X. XI. XII.

Pſeudepigrapha qvædam Apoſtolica.

PATRES APOSTOLICI.

XIII. XIV.

Joſephus Arimathæus.

XV. XVI.

Nicodemus.

XVII.

Lazarus.

XVIII. XIX. XX.

Marci liturgia.

XXI.

Johannes Marcus.

XXII.

Prochorus. Stephanus

XXIII.

Linus.

XXIV.

Marcellus. Spuriæ ad Marcellum epiſtolæ.

Digitized by Google

XXV. XXVI.
Presbyteri & Diaconi Achajæ.
XXVII.
Abdias. Crato.
XXVIII.
Martialis Lemovicenſis. Aurelianus.
XXIX.
Cæcilius.
XXX.
Jaſon.
XXXI.
Evodius.
XXXII.
Zenas Νομικὸς.
XXXIII.
Anacletus.
XXXIV. - XXXVII.
Veterum Pontificum epiſtolæ decretales.
XXXVIII.
Hierotheus Areopagita. Visbius.
XXXIX. - XLIX.
Dionyſius Areopagita. 125
L.
Papias. 165

LI.

Digitized by Google

LI.

166 Qvadratus.

LII. LIII. LIV.

170. Barnabas.

LV. - LXV.

184 Hermas.

LXVI. LXVII. LXVIII.

Clemens.

LXIX.

Canones Apoſtolici.

LXX.

Conſtitutiones Apoſtolicæ.

LXXI.

Recognitionum libri.

LXXII. LXXIII.

Clementina & alia ſcripta Clementi ſuppoſita.

LXXIV.

Epiſtola ad Hebræos.

LXXV. - LXXXII.

Clementis ad Corinthios epiſtolæ.

LXXXIII.

Ignatius.

LXXXIV. - LXXXVII.

Ignatii epiſtolæ genuinæ, interpolatæ, ſpuriæ.

Digitized by Google

LXXXVIII.

Martyrium Ignatii.

LXXXIX. XC.

Polycarpus & martyrium ejus.

XCI.

Scripta Polycarpi ſpuria.

XCII.

Polycarpi epiſtola ad Philippenſes genuina.

FINIS.

ΚΛΗ-

Digitized by Google

Digitized by Google

OPERUM
CLEMENTIS
ALEXANDRINI
Supplementum
exhibens
Ejusdem

I. Librum: quis dives ſalutem conſequi poſſit?, græce & latin. cum notis Franc. Combefiſii,

II. Adumbrationes in epiſtolas aliquot catholicas

III. Fragmenta.

Collegit
&
Cum Præfatione ſua Faſciculoque
obſervationum miſcellanearum ad hiſtoriam eccleſiaſticam & Patrologiam ſpectantium
edidit

D. THOMAS ITTIGIUS,
Th. P. P. Canonicus Miſenenſis, Conſiſt. & Fac. Theolog. Aſſeſſ. ad D. Nicol. Paſtor, & Diœceſeos Lipſ. Superintendens.

LIPSIÆ,
Impenſis FRIDERICI LANCKISII HÆRED.
ANNO M DCC.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

Magnifico, Maxime Reverendo,
Ampliſſimo atq; Excellentiſſimo

DOMINO

ELIÆ VEIELIO,

SS. Theologiæ Doctori
& Profeſſori celeberrimo, Eccleſiæ
Ulmenſis Superintendenti vigilantiſſimo, & Gymnaſii Directori fideliſſimo, Theologo de his in patria officiis ac univerſa Eccleſia meritiſſimo, Domino ſuo ac in Chriſto Patri
æternum colendo

D. THOMAS ITTIGIUS
S. P. D.

Digitized by Google

ANnus cum ſemeſtri elapſus eſt, cum Venerandi Eccleſiæ Lipſienſis Præſules D. Georgius Lehmannus & D. Johannes Benedictus Carpzovius, orthodoxæ, quod præcipuum Theologorum decus eſt, doctrinæ zelo, aliisque egregiis animi dotibus maxime conſpicui, intra octidui ſpatium vivis exceſſerunt. Et illi quidem ex noſtra Academia in cæleſtem DEO jubente emigrarunt, rebusque præclare geſtis ſuaviſſimum bonæ famæ odorem perpetuo fragraturum in terris reliquerunt. Ego vero ipſorum morte denuo ad orbitatis

ſtatum

Digitized by Google

ſtatum redactus mihi videor. Amiſi enim in illis Patres mei amantiſſimos, qui conſilio, qui auxilio me ſuo promptisſime juvarunt. Neque vulnus hoc ipſorum obitu mihi inflictum ſucceſſu temporis ita leniri potuit, quin dolorem inde acceptum magis indies magisque ſenſerim. Magno interim mihi ſolatio eſt, quod alibi locorum adhuc ſuperſint Theologi, benevolo & plus quam paterno affectu me nihil tale meritum amplexi, quos inter nunc Te, *Vir Magnifice*, compellare mihi liceat. Ea eſt enim tua humanitas, ut me jam ante plures annos amicitia tua dignatus, eamque ſubinde modo literis tuis ſuaviſſimis, nil niſi infucatam pietatem, integerrimum candorem, aliasque theologicas, quibus effulges, vir-

 tutes

tutes ſpirantibus, modo doctiſſimis tuis lucubrationibus ad me transmiſſis teſtatus, & viciſſim meas epiſtolas & qualiacunque ingenii mei monumenta quoties in conſpectum tuum venire auſa ſunt, ſerena fronte accipere haud gravatus fueris. Quod ut magno honori mihi duco, ita tantum fiduciæ mihi inde crevit, ut hoc operum Clementis Alexandrini ſupplementum a me collectum celeberrimo tuo nomini conſecrare ſuſtinuerim. Equidem cum Te, *Vir Maxime Reverende*, ſinceræ doctrinæ animitus addictum, & ab omnibus ſive veterum ſive novaturientium heterodoxiis alienum conſidero, verendum mihi eſt, ne Te nonnulla in his Clementis opuſculis offendant. Nam, ut alia nunc taceam, in libello quis di-

ves ſalvus ſit? ſub initium capitis 39. Novatianis Clemens meus præludere videtur, a quibus Te prorſus abhorrere novi. Dicit enim, a Deo penitus rejectum eſſe & reprobum exiſtere, quisquis poſt ſignaculum & liberationem a peccatis vel per ignorantiam vel per involuntarios vitæ caſus in peccata lapſus iisque prorſus obrutus fuerit. Et forte quidem id inter Clementis ornamenta ponet nuperus ille hæreſium Scriptor, quem in præfatione homiliarum tuarum ad poſteriorem Petri epiſtolam pro merito tractaſti. Is enim Novatianos ita deſcribit, ut nulli commercium cum illis hæreticis amplius pudendum videri debeat. At aliter tamen hactenus fuit creditum. Certe Sociniani, aliique ejus furfuris homines, etſi cum Novatianis ſentiant, Novatiano-

rum tamen nomen quantis poſſunt viribus declinant. Et cum nonnulli Eccleſiæ Patres Novatianorum veſtigiis inſtitiſſe videantur, non defuerunt in hunc usque diem qui in macula hac eluenda ſtrenuam operam navarunt; quemadmodum Patres concilii Eliberini, qui peccatoribus ob gravia quædam crimina ſacram communionem etiam in vitæ exitu denegarunt, a Novatianiſmi ſuſpicione liberare conantur Hiſpani quidam Scriptores, & in his maxime Ferdinandus de Mendoza libro 1. de confirmat. concilii Eliber. capite 4. & libro 2. capite 6. & Emmanuel Gundiſalvus Tellez in novis ad hunc Mendozæ tractatum commentariis pag. 36. & 105. Quale patrocinium etiam Sardicenſi concilio, cui Auxilius in tractatu ſuo

de

Digitized by Google

de ordinationibus Formoſi Papæ, Novatianiſmi labem affricuit, præſtare nituntur Johannes Morinus in præfatione ad iſtum Auxilii tractatum a ſe editum & Cardinalis Aguirre Tom. II. concil. Hiſpan. pag. 25. Quin & Pacianus, qui ex inſtituto adverſus Novatianos ſcripſit, ne ipſe Novatianiſmi reus peragatur, patronis opus habuit, quos inter nomen ſuum profeſſus Petavius de pœnit. libr. 6. cap. 7. Quo ſucceſſu hi aliique veteres a Novatianiſmo purgati fuerint, jam non inquiro. Minime tamen dubito, quin canones illi, qui peccatores nonnullos etſi pœnitentes ne in vitæ quidem exitu ad communionem admittere voluerunt, juſto rigidiores fuerint. *Etſi non dubium eſt*, Oſiandri verba ſunt

 hiſtor.

hiſtor. eccleſ. centur. 4. ad canon. 1. concil. Eliberini pag. 157. *quin bona intentione hoc concilium eos a communione Cœnæ Dominicæ removerit, qui non modo poſt ſuſceptum baptiſmum in adulta ætate idololatria verum etiam alio aliquo ſcelere capitali ſe contaminaverant: tamen cum in cælo gaudium ſit ſuper uno peccatore reſipiſcente &c. non video, quomodo pœnitentibus peccatoribus per hunc canonem venia recte denegetur, & ipſi Cœna Domini, præſertim in fine vitæ, recte privari potuerint. Non enim miſeri peccatores ad deſperationem adigendi, ſed potius ad pœnitentiam invitandi, & redeun-*

Digitized by Google

deuntes in viam conſolatione erigendi, & exhibitione Cœnæ Domini confirmandi ſunt. Et tametſi hic rigor nimius fortaſſe interdum prohibuit idololatriam & ſcelera: tamen non dubium eſt, quin multos etiam in deſperationem, quosdam vero in Epicurismum conjecerit, quando audiverunt, nullam ſibi ſpem ſalutis relictam fuiſſe. Certe neque Filium Dei, neque ipſius Apoſtolos talem rigorem exercuiſſe legimus, quod ſæpe jam monuimus. Idem ad can. 8. p. 159. hæc annotat: *Quemadmodum non ſunt facienda mala, ut eveniant bona: ſic non erant pœnitentes peccato-*

res,

hiſtor. eccleſ. centur. 4. ad canon. 1. concil. Eliberini pag. 157. *quin bonâ intentione hoc concilium eos à communione Cœnæ Dominicæ removerit, qui non modo poſt ſuſceptum baptiſmum in adulta ætate idololatriâ verum etiam alio aliquo ſcelere capitali ſe contaminaverant: tamen cum in cœlo gaudium ſit ſuper uno peccatore reſipiſcente &c. non video, quomodo pœnitentibus peccatoribus per hunc canonem venia rectè denegetur, & ipſi Cœnâ Domini, præſertim in fine vitæ, rectè privari potuerint. Non enim miſeri peccatores ad deſperationem adigendi, ſed potius ad pœnitentiam invitandi, & redeun-*

deuntes in viam conſolatione erigendi, & exhibitione Cœnæ Domini confirmandi ſunt. Et tametſi hic rigor nimius fortaſſe interdum prohibuit idololatriam & ſcelera: tamen non dubium eſt, quin multos etiam in deſperationem, quosdam vero in Epicurismum conjecerit, quando audiverunt, nullam ſibi ſpem ſalutis relictam fuiſſe. Certe neque Filium Dei, neque ipſius Apoſtolos talem rigorem exercuiſſe legimus, quod ſæpe jam monuimus. Idem ad can. 8. p. 159. hæc annotat: *Quemadmodum non ſunt facienda mala, ut eveniant bona: ſic non erant pœnitentes peccato-*

res,

res, præſertim in fine vitæ, a communione, cum periculo deſperationis, repellendi, ut cæteri a peccando abſtinerent. Multo minus probandum, quod de Eccleſia Cæſareæ Cappadocum Socrates libr. 5. hiſtor. eccleſ. c. 22. ſubleſta tamen ut videtur fide, retulit, nempe quod ibi, qui poſt baptiſmum peccaſſent, juxta Novatianorum morem a communione ejecti fuerint. Sed quid de Clemente noſtro fiet? Eritne cum Judæis, de quorum Novatianiſmo Sebaſtianus Schmidius in conſideratione doctrinæ Judaicæ de pœnitentia videri poterit, & Baſilidianis & Montaniſtis & aliis hæreticis inter Novatiani præcurſores numerandus? Remedium qualecunque allegatis verbis ſuppeditat ſive Caryophilus,

Digitized by Google

lus, ſive Ghislerius, qui ad marginem primæ editionis particulam negativam inſerendam ſuſpicatur, unde Clementis verba ita reddit: *non eſt penitus a DEO rejectus.* Et fateor conjecturam iſtam non improbabilem videri. Nam in ſequentibus verbis ratio redditur, cur ejusmodi homo non penitus a DEO rejectus ſit, nempe quia παντὶ τῷ μετ' ἀληθείας ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπιςρέψαντι πρὸς τὸν θεὸν ἀνεώγασιν αἱ θύραι &c. *omni ex toto corde ad DEUM converſo gratiæ fores patent.* Sed nolim in Clemente defendendo multum temporis impendere, aut omnia, quæ de pœnitentia docuit, probare. Nonnulla enim ex Hermæ Paſtore hauſit, cum ſacris literis haud ſatis congrua,

ut

ut videri poterit ex iis, quæ libr. 2. Stromat. pag. 281. & 282. de pœnitentia diſſerit. Et Hermæ quidem autoritate alias orthodoxæ Eccleſiæ Doctores contra Montaniſtas uſi ſunt, qui in adulterium & alia gravia crimina lapſos ad publicam pœnitentiam non admittebant, & iſta peccata ab Eccleſia remitti non poſſe ſtatuebant. Verum etſi Hermas nullum crimen, ſi pœnitentia acceſſerit, a venia excipiat, ideoque Montaniſtis objectus fuerit, pro quibus Tertullianus jam Montaniſta in libro de pudicitia cap. 10. Hermæ librum adulterinum, apocryphum & falſum eſſe reſpondet; ipſe tamen Hermas a Montaniſtis haud procul abfuit, quatenus gravioribus ſceleribus unicam tantum poſt baptiſmum pœnitentiam conceſſit, unde paſ-

ſim

Digitized by Google

ſum Novatianiſmi poſtulatur, a quo ut ipſum abſolvant multum quidem operæ impendunt Natalis Alexander Secul. I. pag. 106. Bullus in defenſione fidei Nicænæ pag. 34. Nourry in apparatu ad bibliothecam Patrum pag. 111. Barthius in notis ad Hermam pag. 876. 897. 915. Cotelerius in not. ad Hermam pag. 89. 90. & alii. At vereor ne oleum & operam perdiderint, quod & alibi a me notatum memini. Spero tamen Tibi, *Vir Summe Reverende*, in Patrum lectione verſatiſſimo grave non futurum, ſi in his Clementis opuſculis nævos quosdam deprehendas. Quin etiam non ingratum Tibi fore confido, quod oblato hoc libello meam in Te obſervantiam publice teſtari voluerim. Quod supereſt DEUM rogare non ceſſabo,

ut

Digitized by Google

ut Te & patriæ & univerſæ Chriſti Eccleſiæ, de qua præclariſſime mereris, in plurimos adhuc annos ſoſpitem ac incolumem omnique proſperitatis genere florentem clementiſſime conſervet.

Scripſ. Lipſiæ d. 3. Sept.
A. C. MDCC.

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

I.

TIti Flavii Clementis, qui Alexandrinus vulgo cognominatur, opera A. C. 1550. Petrus Victorius Florentiæ typis Laurentii Torrentini cum Julii III. Pont. Rom. Caroli V. Imperatoris, Henrici II. Galliarum Regis, & Coſmi Medicis Florentiæ Ducis privilegio græce edidit, & Marcello Cervino tum Cardinali S. Crucis, ſed poſtea ad Pontificatum evecto dedicavit. In qua editione Κλήμεντος Ἀλεξανδρέως τὰ εὑρισκόμενα ἅπαντα (hoc

enim titulo gaudet,) ſequenti ordine exhibentur:

Λόγος προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας.

Παιδαγωγοῦ βιβλία τρία.

Στρωμάτων λόγοι ὀκτώ.

Subjiciuntur p. 338. & ſequentibus:

Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομή, &

Ἐκ τῶν Προφητικῶν ἐκλογαί.

Ad calcem græcæ hujus editionis promittebat Typographus, ſe propediem præſtantiſſimi hujus Scriptoris opera à viris doctiſſimis in latinam linguam converſa è prælo ſuo emiſſurum. Cujus promiſſi memor A. C. 1551. Clementis Alexandrini opera, omiſſis tamen quæ ex Theodoto excerpta dicuntur fragmentis & Scripturarum Propheticarum electis, latine publicavit, nempe

Digitized by Google

nempe librum adhortatorium contra gentes, qui protrepticus inſcribitur, & Pædagogi libros 3. Gentiano Herveto Aurelio, & Stromatum libros 8. Cyriaco Strozza interprete, quod ex Johannis Jacobi Friſii bibliotheca refero. Ipſe enim latinam, quæ tum Florentiæ prodiit, Clementis operum editionem nondum hactenus oculis uſurpavi. Ea vero, qua ego utor, Baſileæ A. C. 1566. per Thomam Gvarinum procurata, tota Gentianum Hervetum interpretem agnoſcit. Is enim protrepticum Clementis latine a ſe verſum in epiſtola Romæ A. C. 1550. prid. Cal. Januar. ſcripta Rodolpho Campenſi Cardinali, libros tres Pædagogi cum hymno, qui his libris ſubjici ſolet, in epiſtola Bononiæ 1549. exarata Johanni ab Hungeſto Noviodunenſi Epiſcopo & Comiti, ac Stromatum

denique libros in epiſtola A. 1551. Eugubii ſcripta Coſmo Medici Florentiæ Duci conſecravit. Addidit & exigua quædam ſcholia, quibus obſcuriora quædam Clementis loca illuſtravit. Quoties autem & quibus in locis latina hæc Herveti editio iterata fuerit, non opus eſt ut prolixe recenſeam. Quare potius ad græco-latinas progredior. Anno enim 1616. Lugduni Batavorum græce & latine illa Clementis Alexandrini opera, Daniele Heinſio græcum textum recenſente & Herveti verſionem pluribus in locis emendante, cum ejusdem Heinſii & Frid. Sylburgii annotationibus lucem publicam adſpexerunt, quæ editio aliquoties Pariſiis repetita fuit. Ultimam autem Pariſienſem anni 1641. per omnia ſequitur, quæ A.C. 1688. in Germania Coloniæ, quod nomen titulus mentitur, prodiit.

II. Sup-

Digitized by Google

II. Supplementum iſtarum editionum libellus hic noſter præſtare poterit, quippe opuſcula quædam Clementis continens, quæ etſi jam pridem e tenebris in lucem protracta fuerint, hactenus tamen in omnibus operum Clementis editionibus deſiderantur. Et primo quidem loco Clementis Alexandrini de divitum ſalute libellus hic comparet. Eam Michael Ghislerius Romanus ex Clericis Regularibus Lugduni A. C. 1623. in ſuis ad Jeremiam commentariis Tom. III. p. 262. ſeq. græce & latine hoc titulo præfixo publici juris fecit: *Origenis homilia vigeſima & ultima inter homilias ejusdem ſuper Jeremiam in Græco codice Vaticano repertas Johanne Matthæo Caryophilo interprete.* Unde falſum eſſe patet, quod Dominus Tillemont hiſtor. eccleſ. Tom. 3. p. 190. aſſerit,

nempe latinam verſionem hujus tractatus tantum a Ghislerio editam fuiſſe. Cæterum Ghislerius poſtea animadvertit, tractatum hunc de ſalute divitum non Origeni, ſed Clementi Alexandrino deberi. Unde in præfatione, quam ſuis in Jeremiam commentariis præmiſit c. 7. errorem hunc correxit, ubi obſervat, & Euſebium libr. 3. hiſt. eccleſ. c. 17. & Hieronymum in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum Clementi hunc tractatum attribuiſſe, & Photium in bibliotheca ſua cod. CXI. ubi etiam initium hujus libri recenſetur, obſervaſſe, quod olim nonnulli hunc Clementis librum loco octavi ſtromatum poſuerint. Quamobrem non amplius ambigendi locum ſupereſſe cenſuit, quin hic tractatus Clementem Alexandrinum autorem habeat. Huic ergo Franc. Com-

beſiſius

Digitized by Google

beſiſius in noviſſimo Græcorum Patrum auctario, quod A. C. 1672. Pariſiis in lucem prodiit, fœtum ſuum reſtituit, cum denuo hunc de ſalute divitum libellum græce & latine edidit, notisque ſuis illuſtravit. Etſi enim ſive Ghislerius ſive Caryophilus in hoc libello, cum adhuc Origenis eſſe crederetur, varios Origenis errores deprehendiſſe ſibi viderentur, quos in margine Ghislerianæ editionis notatos cernimus, & præterea autor libelli alicubi ita loquatur, quaſi ſuos περὶ ἀρχῶν libros allegaverit, quale opus ab Origene elucubratum fuiſſe conſtat, Combeſiſius tamen nihil aliud hinc inferri poſſe putat, quam errores Origenis etiam ante Origenem a nonnullis probatos fuiſſe, & Clementem non minus quam Origenem libros de principiis compoſuiſſe, etſi, quan-

Digitized by Google

tum ad errores attinet, pleraque loca a Ghislerio vel Caryophilo notata ita explicari poſſe cenſeat, ut ab Origenianis deliriis liberentur. Unde Euſebii aliorumque autoritate permotus Clementi Alexandrino hunc libellum tanquam genuino autori vindicandum haud dubitavit. Eundem Clementis libellum ex Combefiſii auctario, omiſſo tamen Græco textu & Combefiſii notis, Lugdunenſi Patrum bibliothecæ Philippus Deſpont Presbyter & Theologus Pariſienſis inſeri voluit. Tandem hunc Clementis tractatum, qui hactenus ſub alieno nomine & alieno loco latuerat, & poſtea quidem Clementi reſtitutus, ſed multis aliorum operibus obſeptus fuerat, Johannes Fell, Oxonienſis Epiſcopus, Oxoniæ e theatro Sheldoniano additis ejusdem Clementis adumbra-

brationibus in epiſtolas catholicas & fragmentis nonnullis ſeorſim edidit, brevibusque ſcholiis illuſtravit. Is in præfatione, etſi opùſculum hoc Clementi vindicet, ultimam tamen clauſulam, quæ doxologiam in veterum homiliis uſitatam continet, a librario adjectam ſuſpicatur, qui tractatum hunc pro homilia Origeniana venditavit, ac proinde ſolenni concionum clauſula finiendum cenſuit. De cætero cum in exemplari lacunas nonnullas vir doctiſſimus animadverteret, quæ lectori remoram facturæ videbantur, eas vocibus nonnullis interpoſitis ſupplere voluit, quas uncinulis a Typographo includi procuravit, ut quæ addita ſunt a genuinis Clementis verbis internoſci poſſent. Hanc igitur editionem ſecuti ſumus, additis etiam ad paginarum calcem brevibus illis

 ſcho-

Digitized by Google

ſcholiis, quæ ab Oxonienſi Epiſcopo addita diximus. Quin etiam ex Ghisleriana & Combefiſiana editione varias quasdam lectiones ſubinde annotavimus. Neque tamen negare poſſumus, adhuc paſſim Clementis textum medicas manus deſiderare. Nec defuerunt viri docti, qui occaſione data nonnulla hujus libelli loca emendare ſategerunt. Certe Cotelerius Tom. 2. monument. Eccl. Græc. p. 556. pro θεότητα, quæ vox in manuſcripto codice occurrit, vel τελειότητα, quam Combefiſius ſubſtituendam cenſuit, legendum ſuſpicatur: θνητότητα hoc ſenſu: *Doctrina hæc omnem ſuperat naturam mortalem; ut nec expectes qui a te efflagitet, ſed ipſe inquiras, quis dignus ſit, cui bene fiat.* Idem Cotelerius lacunas, quæ ſtatim ſub initium hujus opuſculi occurrunt,

p. 563.

p. 563. & 564. l. c. hoc modo ſupplendas ſtatuit: οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς λόγους τοῖς πλουσίοις δωροφοροῦντες, οὐ μόνον κόλακες καὶ ἀνελεύθεροι δικαίως ἂν ἔμοιγε κρίνεσθαι δόκοιεν, ὡς ἐπὶ πολλῷ προσποιούμενοι χαρίσασθαι τὰ ἀχάριστα· ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἐπίβουλοι· ἀσεβεῖς μὲν, ὅτι παρέντες αἰνεῖν καὶ δοξάζειν τὸν μόνον τέλειον καὶ ἀγαθὸν θεὸν, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, περιάπτουσι τὸ (θεῖον) γέρας ἀνθρώποις ἐν ἀσ(άτῳ) βίῳ κυλινδομένοις, (καὶ) τὸ κεφάλαιον, ὑποκειμένοις τῇ κρίσει τοῦ Θεοῦ. *Qui encomiorum munera divitibus tribuunt, ii vero mihi non ſolum adulatores & illiberales merito eſſe videntur, qui magno ſe gratificari ſimulent quorum nulla gratia; verum etiam impii & inſidioſi: impii quidem, quod poſthabitis Dei*

laudi-

laudibus & gloria, qui unus perfectus ac bonus eſt, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quem omnia, divinum honorem attribuunt hominibus in vita inſtabili volutantibus, & quod caput eſt, judicio Dei obnoxiis. Notas Combefiſii ad hoc opuſculum quantum attinet, etſi non ubivis probandæ ſint, addere tamen illas voluimus, quod nonnulla memoratu non indigna complectantur, levique negotio deprehendi poſſit, ubi partium potius quam veritatis ſtudium ſectatus fuerit.

III. Subjecimus huic Clementis opuſculo: quis dives ſalvus ſit, ejusdem adumbrationes in epiſtolas quasdam catholicas nempe in priorem Petri, Judæ & duas priores Johannis epiſtolas, quæ adumbrationes, etſi jam pridem bibliothecis Patrum inſertæ fuerint, hactenus

tamen

tamen operibus Clementis Alexandrini nondum additæ fuerunt. Græce autem illæ adumbrationes non amplius habentur, ſed tantum latine, nec integræ, ſed quales Magnus Aurelius Caſſiodorus eas eſſe voluit, qui in divinis ſuis inſtitutionibus c. 8. refert, quod Clemens Alexandrinus in epiſtola Petri prima, in Johannis prima & ſecunda, & in epiſtola Jacobi (ubi forte Judæ legendum eſt) quædam Attico ſermone declaraverit, *quæ nos*, inquit Caſſiodorus, *ita transferri fecimus in latinum, ut excluſis quibusdam offendiculis purificata ejus doctrina ſecurius hauriri poſſet.* Num vero quæ hodie ſuperſunt adumbrationes, illæ ipſæ ſint, quas Caſſiodorus a ſe emendatas dicit, aliis nunc dijudicandum relinquimus. Et nomen quidem adumbrationum ex Græco ὑποτυπώσεων expreſſum

eſſe,

eſſe, non improbabilis eſt Epiſcopi Oxonienſis conjectura, qui has adumbrationes partem ὑποτυπώσεων Clementinarum fuiſſe autumat. Nec aliunde quam ex iſto hypotyposeon opere excerpta videntur illa Theodoti & orientalis didaſcalia, nec non illa ſcriptorum propheticorum collectanea, quæ in editionibus operum Clementis latinis penitus omiſſa, in reliquis autem græce tantum extant, nec a Gentiano Herveto, nec a Dan. Heinſio latino idiomate donata, poſtea tamen, quoad alteram partem eclogas Scripturarum Propheticarum continentem in auctario noviſſimæ bibliothecæ Græcorum Patrum a Combefiſio latine reddita; qui cur non etiam Theodoti & orientalis didaſcaliæ epitomen in latinum ſermonem convertere voluerit, ipſe in præfatione ad Scripturarum

rarum Propheticarum electa indicat, nempe quod prior illa pars vix alia quam hæreſium monſtra habeat, ſpurciſſimaque deliria, ideoque græce doctis relinquenda videatur. Quæ ratio num ſit ſufficiens, diſceptare nunc ſuperſedemus, ad reliqua Clementis, quæ libello noſtro continentur, pergentes.

IV. Subjicimus ergo his Clementis Alexandrini tractatibus varia fragmenta, non ea ſolum, quæ in Anglicana editione extant, partim ex Nicetæ catena in Jobum, partim ex Corderiana in Lucam catena deprompta; ſed plura alia partim ex eadem in Jobum Nicetæ catena, partim ex Nicetæ in Matthæum catena, partim ex Oecumenio, partim ex Euſebio excerpta & in margine editionis noſtræ duplici aſteriſco notata. Quæ cum jam excuſa eſſent, in aliud incidi Cle-

Clementis fragmentum, quod ex 5. hypotypoſeon libro excerptum recenſet Johannes Moſchus in prato ſpirituali c. 176. his verbis aliquos loquentes introducens: ναὶ ἀληθῶς ἐβαπτίσθησαν (οἱ Ἀπόστολοι) καθὼς Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν τῷ πέμπτῳ τόμῳ τῶν ὑποτυπώσεων μέμνηται. Φησὶ γὰρ, τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν ἐξηγούμενος τὸ λέγον· (εὐχαριστῶ, ὅτι μηδένα ὑμῶν ἐβάπτισα) ὁ Χριστὸς λέγεται Πέτρον μόνον βεβαπτικέναι, Πέτρος δὲ Ἀνδρέαν, Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς λοιπούς: *Sane illi* (Apoſtoli) *baptizati ſunt, ſicut & Clemens Stromateus meminit in quinto hypotypoſeon. Apoſtolicum enim illud dictum exponens quo dicitur: gratias ago Deo, quia neminem veſtrum baptizavi, Chriſtus, inquit, dicitur Petrum ſolum baptizaſſe, Petrus Andream,*

dream, Andreas Jacobum & Johannem, illi autem reliquos. Item bina fragmenta, quæ ex Clementis Alexandrini libro de providentia deprompta apud S. Maximum T. II. Oper. leguntur, & prius quidem p. 144. ſequentibus verbis: οὐσία ἐστὶν ἐπὶ Θεοῦ, Θεὸς οὐσία θεία ἐστὶν, ἀΐδιόν τι καὶ ἄναρχον, ἀσώματόν τι καὶ ἀπερίγραφον, καὶ τῶν ὄντων αἴτιον. οὐσία ἐστὶ, τὸ δι' ὅλου ὑφεστός. φύσις ἐστὶν, ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, ἡ τούτων τὸ ἐνούσιον. κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, ἡ τῶν εἰς τὶ εἶναι παραγενομένων γένεσις. καθ' ἑτέρους δὲ, ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια ἐμποιοῦσα τοῖς γινομένοις τὸ εἶναι, καὶ τὸ πῶς εἶναι. *Subſtantia in Deo eſt. Deus divina ſubſtantia eſt, ſempiternum aliquid omnisque principii expers, incorporeumque & incircumſcriptum, ac rerum Autor. Subſtantia eſt, quod*

undique vere exiſtens (i. e. ſubſiſtens) eſt. Natura, rerum veritas eſt vel rerum ſubſtantia. Sive, ut alii ſentiunt, eorum quæ in rerum naturam producuntur, generatio atque origo: ut autem alii, Dei providentia, rebus quæ fiunt hoc incedens, quod eſt eſſe, & tali modo eſſe. Poſterius fragmentum p. 152. S. Maximus his verbis exhibet: Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ δύναμις τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτική. Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ ὄρεξις, τῇ τοῦ λογικοῦ φύσει κατάλληλος. Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ αὐτοκράτορος νοῦ αὐτεξούσιος κίνησις· ἢ νοῦς περί τι αὐθαιρέτως κινούμενος. αὐτεξουσιότης ἐστὶ νοῦς κατὰ φύσιν κινούμενος· ἢ νοερὰ τῆς ψυχῆς κίνησις αὐτοκρατής. *Voluntas eſt naturalis facultas, ejus quod eſt ex natura appetendi vim habens. Voluntas eſt naturalis appetitus, natura*

utenti

utenti ratione conveniens. Voluntas naturalis eſt mentis ſui arbitræ motus liber; ſive mens quæ circa aliquid libere moveatur; aut intelligentis animi motus ſui arbiter ac potens: Nec non duo loca, quæ ex Clementis Alexandrini tractatu de paſchate per Anonymum quendam, cujus de paſchate fragmentum apud Petavium in Uranologio p.396.ſeq. legitur, excerpta, quorum primus ibidem p.399. ita ſonat: τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσιν ἔτεσι τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ Κύριος Πάχα· ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν αὐτὸς ὢν τὸ Πάχα ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιγ´, ἐν ᾗ καὶ πυνθάνονται αὐτοῦ· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ Πάχα φαγεῖν; ταύτῃ οὖν τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ

ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων, καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο. ὅθεν ὁ Ἰωάννης ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰκότως ὡς ἂν προετοιμαζομένους ἤδη ἀπονίψασθαι τοὺς πόδας πρὸς τοῦ Κυρίου τοὺς μαθητὰς ἀναγράφει. πέπονθε δὲ τῇ ἐπιούσῃ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, αὐτὸς ὢν τὸ πάσχα, καλλιερηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων. Alter locus eadem pagina brevi poſt ſubjicitur, his verbis conceptus: *ἀκολούθως ἄρα τῇ ιδ΄, ὅτε καὶ ἔπαθεν, ἕωθεν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τῷ Πιλάτῳ προσαγόντες οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ᾽ ἀκωλύτως ἑσπέρας τὸ πάσχα φάγωσι. Ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ αἱ γραφαὶ πᾶσαι συμφωνοῦσι, καὶ τὰ εὐαγγελία συνῳδά. ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάστασις. τῇ γοῦν τρίτῃ ἀνέστη ἡμέρᾳ, ἥτις ἐν πρώτῃ τῶν ἑβδομά-*

Digitized by Google

δομάδων τοῦ θερισμοῦ, ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα νομοθετεῖτο προενεγκεῖν τὸν ἱερέα. Plura forte ex Anglicanis bibliothecis ſuggeret Johannes Erneſtus Grabius in ſpicilegio Patrum ſeculi 1. 2. & 3. cum ad Clementem Alexandrinum pervenerit, quod forte in ſecundo tomo ſeculi ſecundi fiet. Nam in primo ſecundi ſeculi tomo, qui nuper Oxoniæ prodiit, nondum de Clemente Alexandrino agi video. Poſtremo loco ex editione Anglicana tractatui de ſalute divitum addidimus hymnum ad Pædagogum, quem in MSCto exemplari græco Pædagogi Clementis, quod Londini in bibliotheca Regia ſervatur, Epiſcopus Oxonienſis invenit alteri hymno, qui in omnibus Clementis editionibus Pædagogo ſubjicitur, ſubjunctum, quem etiam ſub ἀδήλου titulo codex quidam Bod-

lejanæ bibliothecæ collectanea miſcellanea ex Græcis Poëtis continens exhibet.

V. Hæc igitur ſunt Clementis opuſcula & fragmenta, quæ velut in ſupplementum operum ejus damus. Quæ autem in operibus ejus edita fuerint, jam ſupra indicavimus. Primo ſcilicet loco occurrit Protrepticus ſeu exhortatio ad gentes, in qua gentilium idololatriam exagitat, & inter alia de ipſorum imaginibus & ſtatuis ita diſſerit, ut Natalis Alexandri (ſecul. 2. hiſtor. eccl. part. 1. p. 94.) judicio colligi inde poſſit, eccleſiam illius ævi ſaltem Alexandrinam nullas imagines habuiſſe. Hunc protrepticum excipiunt libri 3. Pædagogi, ad cujus calcem hymnus quidam adjectus eſt, & octo libri Stromatum, quos Meurſius in notis ad Palladii Lauſiaca p. 204. Alexandro

Digitized by Google

cuidam a Clemente dedicatos fuiſſe ſtatuit, cum Johannes Damaſcenus libr. 3. de adorat. imaginum dicat: τȣ̃ ἀρχαιοτάτȣ Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τȣ̃ ἑβδόμȣ βιβλίȣ τῶν Στρωμάτων. Verum Reineſius variar. libr. 1. c. 22. animadvertit, quod & ex conſtructione haud difficulter colligi poteſt, non eſſe ibi legendum πρὸς Ἀλέξανδρον ſed πρεσβ. Ἀλεξανδρ. compendium ſcripturæ faciente, ut ſæpe fit, præſertim in titulis, Damaſceno, cujus autographum librarii & deſcriptores hoc ſphalmate corruperunt. Unde ſententia illa, quod Stromatum libri Alexandro cuidam dedicati ſint, ex librariorum mendo orta eſt, etſi alias negari haud poſſit, Alexandrum Hieroſolymorum Epiſcopum Clementi familiarem fuiſſe, librumque Clementis Alexandrini de canoni-

bus eccleſiaſticis & adverſus eos qui judaicum errorem ſequuntur, Alexandro illi conſecratum a Clemente fuiſſe, ut Hieronymus in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum prodidit. Stromatibus autem Clementis ſubjecta eſt farrago illa, quæ partim ex Theodoto & orientali doctrina, partim ex ſcripturis Propheticis excerpta dicitur, & quæ partem hypotypoſeon Clementis conſtituiſſe a plerisque creditur.

VI. Integrum hypotypoſeon opus apud Patriarcham Alexandrinum extare Fronto Jeſuita aliquando ad doctiſſimum Savilium ſcripſit, ut Montacutius origin. eccleſ. part. 2. p. 52. retulit, ubi quale illud Clementis opus ſit tum demum nos intellecturos dicit, cum Patres Societatis, qui ſumma pollent gratia & autoritate apud Patriarcham Ale-

Alexandrinum, teſſellatum illud opus in publicum eccleſiæ uſum impetraverint. Photii autem ætate quale hoc opus fuerit, ex ejus bibliotheca cod. 109. conſtare poteſt. Dicit enim, Clementem in iſtis hypotypoſibus varia veteris & novi teſtamenti loca pertractaſſe, & ſæpe quidem rectam ſententiam tenuiſſe, ſæpe tamen etiam a vero deflexiſſe, cum materiam æternam aſſeruerit, Filium Dei rebus creatis annumeraverit, animarum transmigrationes & multos ante Adamum mundos prodigioſe commentus fuerit, multaque alia, quæ ibi recenſentur, blaſphema ac impia protulerit ſive ipſe, ſive alius quis ejus perſonam indutus. Laudat Photium Johannes Clericus Tom. 2. de art. crit. p. 466. quod Clementem non plane abſolvat, ſed tantum dicat, quod ſexcenta

Digitized by Google

blaſphema & impia effutiverit ſive ipſe, ſive alius ſub ejus nomine, cum conſtet omnia iſta a Photio memorata eſſe Platonicorum dogmata, quibus Clementem Alexandrinum addictum fuiſſe ſtatuit. Nec dubitat, quin Photius, ſi libros Pædagogi & Stromatum attentius legiſſet, eadem aperte & copioſe ibi defenſa comperturus fuiſſet. Quam ſententiam etiam haud ita pridem in epiſtolis criticis ſeu artis criticæ volumine tertio epiſt. 1. contra Virum celeberrimum Gulielmum Caveum prolixius defendere ſatagit. Verum ſi quis ejus rei experimentum facere velit, vereor, ut omnia illa quæ in hypotypoſibus aſſerta Photius tradidit, in Clementis Pædagogo & Stromatibus aperte & copioſe defenſa ſit reperturus. Certe Clericus nonnulla, quæ in hypotypoſibus Clementis legi Photius

Digitized by Google

tius tradidit, in aliis Clementis, quæ nunc extant, operibus oſtendere non poterit. Imo his contraria in Clementis operibus ſæpius occurrunt. Combefiſius ergo in præfatione ad Clementis electa ex Scripturis Propheticis Photium oſcitantiæ arguit, quod Clementi adſcripſerit, quæ Clemens ex hæreticis tranſcripſit, quippe quem & orthodoxorum & heterodoxorum ſententias in ſuis hypotypoſibus ita congeſſiſſe tradit, ut hæreticorum deliria non caſtigaverit, niſi forte in integro hypotypoſeon opere illud fecerit, quod breviandi licentia in collectaneis illis, quæ reliqua habemus, omiſſum fuerit. Verum ſi in integro hypotypoſeon opere hæreticorum deliria Clemens caſtigaſſet, in illam errorum ſuſpicionem apud Photium incidere haud potuiſſet. Quamobrem ſi ab ipſi-

Digitized by Google

us Clementis manu profecta ſunt, quæ in hypotypoſibus ejus Photius legit, omnino dicendum erit, quod ſæpius ibi Clemens aliorum potius quam ſuam ſententiam retulerit, quod in Patrum ſcriptis inſuetum haud eſt, quæ Richardi Simonii in critica commentatorum N. T. c. 2. conjectura eſt, ſeu quod hoc opus ſcripſerit antequam in religione plene eſſet inſtitutus, ut Dupinius in biblioth. eccl. p. 231. ſuſpicatur. Forte tamen etiam ab hæreticis Clementis hypotypoſes corruptæ & depravatæ ſunt, quod ſubodoratus Photius vel ipſum Clementem vel alium quendam ſub ejus nomine impia iſta dogmata protuliſſe ſcribit. Certe ab hæreticis corruptas eſſe Clementis hypotypoſes minime dubitat Georgius Bullus in defenſione fidei Nicænæ ſect. 2. c. 6. Nec aliter ſentiunt Petavius libr. 1. de
Trin.

Digitized by Google

Trin.c.4. Natalis Alexander ſecul.2. diſſ.8. & alii, quorum ſententia tanto magis probabilis videtur, quod Euſebius de hypotypoſibus iſtis agens nullam iſtiusmodi errorum mentionem fecerit. Quin etiam Joſephus Scaliger in prolegomenis ad theſaurum temporum XXX.b. Clementem hypotypoſeon autorem a Clemente Alexandrino Stromatum autore plane diverſum ſuſpicatur. Quæ tamen ſententia locum non habet. Non enim videtur dubitandum, quin idem ille Clemens, qui Στρωματεὺς cognominari ſolet, etiam libros ὑποτυπώσεων, ſeu diſpoſitionum, vel informationum, ut Rufinus in latina Euſebii verſione libr. 6. c. 11. hoc Clementis opus latine dici poſſe ſcribit, ediderit, in quibus omnium utriusque teſtamenti Scripturarum compendioſam narratio-
nem

Digitized by Google

nem inſtituit, ut Euſebius libr. 6. c. 14. retulit, ubi nonnulla, quæ Clemens de libris quibusdam novi Teſtamenti & de codice evangeliorum tradiderit, recenſet.

VII. Poſſent & alia Clementis Alexandrini opera deperdita memorari, ut opuſculum de paſcha & diſputationes de jejunio, item de obtrectatione, nec non proteptricus ad patientiam ad Neophytos ſcriptus, ut & eccleſiaſtica regula ſeu adverſus eos qui Judæorum errores ſequuntur, quem tractatum Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo dedicatum ſupra diximus. Poſſet etiam diſquiri, num forte Clemens Alexandrinus ſit autor canonum apoſtolicorum & conſtitutionum apoſtolicarum, quæ alias Clementi Romano tribui ſolent, quam Beveregii conjecturam alibi, nempe in diſſertatione de pſeudepigraphis

phis apoſtolicis c. 11. th. 15. & c. 12. th. 44. notavimus. Sed illud jam potius obſervamus, quod Gelaſius & Synodus Romana Clementis Alexandrini ſcriptis apocryphorum notam inuſſerit, non quod de autore iſtorum ſcriptorum dubitatum fuerit, ſed quod aliqua erronea dogmata illis continerentur, quæ occultari fas eſſet. Et hos ipſos errores Valeſius ad Euſebii libr. 5. c. 11. in cauſa fuiſſe putat, quod Clementis hypotypoſes, quas vel maxime erroribus plurimis ſcatuiſſe Photius tradidit, negligentius habitæ fuerint ac tandem perierint, quemadmodum etiam eandem ob cauſam Papiæ & Hegeſippi & aliorum quorundam veterum ſcripta interciderint. Quæ tamen conjectura Combefiſio haud arridet, cum & alia Clementis ſcripta minus ſuſpecta ad noſtram ætatem non

Digitized by Google

non pervenerint, multaque Irenæi, Hippolyti & aliorum veterum ſcripta orthodoxam fidem adverſus hæreticos tuentia amiſſa fuerint. Quicquid autem de ſcriptis Clementis deperditis dicatur, id certum eſt, etiam in illis, quæ ſervata ſunt, haud paucos errores deprehendi. Longum eorum catalogum texit Blondellus de Sibyllis libr. 1. c. 5. p. 18. 19. & c. 6. p. 20. & ſeq. Quorum errorum cauſa inter alias fuit nimia credulitas, cujus Clementem Alexandrinum arguit celeberrimus Spanhemius in quaternione diſſertat. p. 97. 98. & 99. ubi & ipſe exempla quædam errorum Clementis imprimis hiſtoricorum adducit, & quoad magnam partem apocryphis quibusdam ſcriptis, quibus ſe decipi paſſus eſt, eos deberi innuit. Quod vitium apocryphis nimium tribu-

endi

Digitized by Google

endi Alexandrinæ Scholæ Magiſtris admodum familiare fuiſſe nonnulli obſervant, ſive quod ipſorum genius & nativa indoles eſſet, neſcio quem eruditionis fumum oſtentare, ſive quod his inſtructi mercibus apud auditores ſeculari ſapientiæ addictos facilius doctrinæ ſuæ autoritatem aliquam conciliari poſſe ſtatuerent. Hoc igitur vitio etiam Clemens Alexandrinus laboravit. Certe craſſiſſimum illum errorem, quod ante Chriſti adventum Judæi per legem, & gentiles honeſte viventes per philoſophiam juſtificati, ſed ob fidei defectum tantiſper apud inferos detenti fuerint, donec per Chriſti & Apoſtolorum ad inferos deſcendentium prædicationem ad fidem converterentur, errorem inquam illum imprimis ex apocrypho Hermæ Paſtore imbibit.

 bit.

bit. Neque hic diſſimulandum, quod permixtio gentilis philoſophiæ cum chriſtiana doctrina in Clemente, qui eam hac ratione ſapientibus mundi gratiorem reddere conatus eſt, varios errores pepererit, quorſum pertinet Stoicorum *ἀπάθεια*, per quam Chriſtianos in hac vita ad tale perfectionis faſtigium pervenire poſſe ſtatuit, ut Angelis ſint æquales, qua de re doctiſſimum Jacobi Thomaſii ſchediaſma de philoſophiæ definitione theſ. 43. videatur.

VIII. Atque hinc paſſim ſequiora de Clemente Alexandrino judicia tulerunt cum Noſtrates & Reformati, tum Pontificii, e quibus unicum Leonem Allatium adduxiſſe ſufficiat, qui libr. 2. de libris eccleſ. Græcorum diſſ. 2. p. 268. *Clementis*, inquit, *Alexandrini ad*

con-

confirmandæ eccleſiæ dogmata, ſi præter aliorum Sanctorum mentem & eccleſiæ decreta loquatur, autoritas nulla eſt. Scatet enim ubique erroribus, & præcipue hoc in loco, ubi de prædicatione Chriſti in inferno ſermonem inſtituit, hydræ Origenianæ naſcituræ ſeminarium quoddam eſt. Illius contra eccleſiæ dogmata conatus ab antiquis Scriptoribus damnati ſunt, & nunc indies a recentioribus refelluntur. At nec deſunt inſignia, quæ eruditione ſua meruit, elogia, quibus ſubinde ab antiquis & recentioribus Scriptoribus ornatur. Philoſophum Philoſophorum nominat eum S. Maximus in diſputatione cum Pyrrho. Cyrillo Alexandrino audit *ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ πολυΐστωρ, φιλομαθὴς καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που*

τῶν πρὸ αὐτῦ. Inexhauſtæ doctrinæ virum Caſaubonus eum appellat. Dallæus dicit, eum ſacra & exotica eruditione ad miraculum abundaſſe, & præclara ingenii ſui monumenta multis chriſtianorum, philoſophorum, etiam hæreticorum ſcriptorum libris ac teſtimoniis variegaſſe.

IX. De hoc Clemente acturus Sancti titulum ipſi præfigit Natalis Alexander ſecul. 2. cap. 4. artic. 7. Sed religioſi quidam, qui Natalis Alexandri hiſtoriam eccleſiaſticam cenſuris ſuis perſtrinxerunt, id haud fieri debuiſſe contendunt. Verum Natalem Alexandrum facti illius haud pœnituit. Nam in ſecunda editione hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ denuo hoc titulo Clementis nomen dignatur, obſervans, Clementem ab Uſuardo in martyrologio ad d. 8. Decembris

ut

Digitized by Google

ut ſanctum celebrari, & jam olim ab Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo hoc ſancti elogium in quadam ad Origenem epiſtola ei tributum fuiſſe. Addi potuiſſet Anonymus ille Græcus, cujus de paſchate fragmentum ex Petavii Uranologio paulo ante allegavimus, quippe qui, Sancti titulum Clementi noſtro ne quidem ſufficere ratus, ſanctiſſimi elogio ipſum decoravit. Audit enim ipſi Clemens *ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεὺς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων.* Aliter animati fuerunt erga Clementem noſtrum Antonius de Soto Major & Bernardus de Sandoval in indicibus ſuis expurgatoriis, in quibus ille p. 136. hic p. 89. Divi titulum a Margarino de la Bigne in bibliotheca Patrum Cle-

mentis nomini appoſitum expungi cupiunt, quemadmodum & Baronius ex Romano Martyrologio Clementis nomen expunxit. Nec defuerunt Romæ, qui cum correctum aliquod breviarium in Gallia adornatum a Cardinali Cibo Pontifici Maximo exhiberetur, ac poſtea per viros quosdam eruditos examini ſubjiceretur, deſiderarent, quod alicubi titulus Sancti Clementi Alexandrino apponeretur; verum Galli illius cenſuræ nullam rationem habuerunt, ſed Uſuardi autoritate Clementem ſic appellari poſſe cenſuerunt, Baronii audaciam mirantes, quod inſignem Scriptorem eccleſiaſticum tot ſeculis in martyrologiis celebratum expungi fecerit, ut Henſchenius in commentario prævio ad vitam S. Germani refert Tom. VI. Maji p. 777. Verum hanc

Digitized by Google

hanc litem illis, qui eam movent, tranſigendam relinquimus. Neque etiam de Clementis Alexandrini patria, Præceptoribus, (quos inter Pantænus vulgo numerari ſolet, qui tamen Clementi apud Alexandrinos ſucceſſiſſe in Philippi Sidetæ fragmento memoratur,) cæterisque ad vitam ejus & res geſtas pertinentibus diſquirere lubet. Conferatur Gulielmus Cave in hiſtoria literaria & vitis Patrum, Henr. Dodwellus in diſſertationibus ad Irenæum p. 276. ſq. & in notis ad Philippi Sidetæ fragmentum p. 501. Johannes Clericus bibliothecæ univerſ. tom. 10. p. 175. ſq. Dn. Tillemont hiſtor. eccleſ. tom. 3. p. 181. & in not. p. 650. &c.

X. Cæterum notatu digna eſt hiſtoria latronis a Johanne Evangeliſta converſi, a Clemente Ale-

Digitized by Google

xandrino in libello quis divitum ſalvus fiat c. 42. eodemque ultim relata p. 88. & ſeq. editionis noſtræ. Eandem ex Clemente memorat Euſebius hiſtor. eccl. libr. 3. c. 23. Eandem Antiochus homil. 122. tanquam ab Irenæo acceptam narrat. Veruntamen ab Euſebio eandem accepiſſe haud immerito cenſetur. Cum enim Euſebius in allegato capite & Irenæi & Clementis meminerit, Antiochus Euſebii verbis haud ſatis attentis Irenæo adſcripſit quod Clementi adſcribendum erat. Neque hanc hiſtoriam Simeon Metaphraſtes in vita Johannis Evangeliſtæ *prætermiſit*; quemadmodum & Chryſoſtomus in parænesi priori ad Theodorum lapſum hiſtoriæ hujus breviter meminit. Quibus addere lubet Anaſtaſium Sinaitam in homilia ad Pſalmum ſextum, quam

græce

Digitized by Google

græce interprete Philippo Sveven-zelio edidit Caniſius Tom. 3. antiqv. lect. ubi p. 112. & ſeqv. tota illa hiſtoria ex Clemente prolixe recenſetur. Eandem vero Anaſtaſii homiliam cum nova interpretatione latina iterum publicavit Combefiſius Tom. I. auctarii novi biblioth. Patr. Græco-lat. ubi hæc hiſtoria de juvene per Johannem converſo p. 34. & iterum p. 966. legitur. Et recte quidem Clementem hiſtoriæ hujus autorem nominat Anaſtaſius, ſed in eo hallucinatur, quod in libris Stromatum hiſtoriam hanc relatam dicit, cum non in Stromatibus, ſed in tractatu de divitum ſalute reperiatur. Nec minus erravit Baronius, qui in annalibus ſuis ad A. C. XCVIII. & Baronium oſcitantem ſecutus Caniſius in nota marginali ad Anaſtaſii homi-

 liam,

Digitized by Google

xandrino in libello quis divitum ſalvus fiat c. 42. eodemque ultimo relata p. 88. & ſeq. editionis noſtræ. Eandem ex Clemente memorat Euſebius hiſtor. eccl. libr. 3. c. 23. Eandem Antiochus homil. 122. tanquam ab Irenæo acceptam narrat. Veruntamen ab Euſebio eandem accepiſſe haud immerito cenſetur. Cum enim Euſebius in allegato capite & Irenæi & Clementis meminerit, Antiochus Euſebii verbis haud ſatis attentis Irenæo adſcripſit quod Clementi adſcribendum erat. Neque hanc hiſtoriam Simeon Metaphraſtes in vita Johannis Evangeliſtæ prætermiſit; quemadmodum & Chryſoſtomus in parænefi priori ad Theodorum lapſum hiſtoriæ hujus breviter meminit. Quibus addere lubet Anaſtaſium Sinaitam in homilia ad Pſalmum ſextum, quam

græce interprete Philippo Sveven-zelio edidit Caniſius Tom. 3. antiqv. lect. ubi p. 112. & ſeqv. tota illa hiſtoria ex Clemente prolixe recenſetur. Eandem vero Anaſtaſii homiliam cum nova interpretatione latina iterum publicavit Combefiſius Tom. I. auctarii novi biblioth. Patr. Græco-lat. ubi hæc hiſtoria de juvene per Johannem converſo p. 34. & iterum p. 966. legitur. Et recte quidem Clementem hiſtoriæ hujus autorem nominat Anaſtaſius, ſed in eo hallucinatur, quod in libris Stromatum hiſtoriam hanc relatam dicit, cum non in Stromatibus, ſed in tractatu de divitum ſalute reperiatur. Nec minus erravit Baronius, qui in annalibus ſuis ad A. C. XCVIII. & Baronium oſcitantem ſecutus Caniſius in nota marginali ad Anaſtaſii homi-

 liam,

liam, hanc hiſtoriam etiam apud Caſſianum collat. 24. c. 21. legi aſſerunt, cum ibi non hæc, quam Clemens Alexandrinus refert, ſed alia de Johanne hiſtoria, nempe ejus luſus cum perdice & reſponſum venatori datum legatur. Verane ſit hæc hiſtoria, quam de Johanne Evangeliſta, pro quo Johannem Presbyterum ſubſtituit Dodwellus in diſſert. ad Irenæum p. 39. narrat Clemens noſter, hac vice non diſputabimus. Suſpectus eſt certe Combefiſio in notis ad Anaſtaſium citatus equi curſus, qui Johanni jam ſeni parum convenire videtur. Contra Raynaudus Tom. VIII. Oper. p. 196. adverſus Canum & Combefiſium obſervat, hanc hiſtoriam tot graviſſimis teſtibus probatam temere explodi, cum nihil apoſtolica gravitate indignum in iſta occur-

cur-

currat. At nec Combefiſius ſententiæ ſuæ vindicandæ occaſionem omiſit, ut ex indiculo Autorum patet, quem Tomo I. bibliothecæ ſuæ concionatoriæ præmiſit pag. 2. Id certum eſt, ſacramentum confirmationis ejusque antiquitatem ex hac hiſtoria probari non poſſe, etſi Arcudius libr. 2. de concord. eccleſ. orient. & occident. c. 4. p. 76. Menardus in notis ad Gregorii M. Sacramentarium p. 110. & alii hoc argumento uſi fuerint, & Chriſtophorſonus latinus Euſebii interpres ſignaculum illud Domini, quo Epiſcopus juvenem ſuæ fidei commiſſum tanquam firma cuſtodia appoſita communiviſſe dicitur, per ſacramentum confirmationis reddiderit, quem Baronius & alii ſequuntur. Rectius per ſignaculum illud Domini hic nihil aliud

Digitized by Google

ud quam baptiſmum intelligi Valeſius ad locum illum in ſuo Euſebio notavit. Cui aſſentiens Combefiſius in notis ad Anaſtaſium ſcribit, quod ille Euſebii interpres nempe Chriſtophorſonus paparaphraſi ſua ſenſum Clementis male detorquens, obſcurans & pervertens, incautos ac græci idiomatis rudes lectores in errorem inducat ac riſui exponat, dum ſe magnum aliquod argumentum pro ſacramento confirmationis proferre ex Euſebio putant, cum revera nihil pro illis Euſebius faciat. Idem probat Halloixius in notis ad vitam Polycarpi p. 570. ubi & Cyrillum Hieroſolymitanum & alios antiquos Autores allegat, qui baptiſmum ſigilli nomine indicare conſueverunt, & hunc ipſum Clementis locum non ſolum a Rufino

Digitized by Google

no in latina Euſebii interpretatione, ſed etiam ab Anaſtaſio Sinaita in homilia ad Pſal. 6. per baptiſmum explicari monet. Si autem in illo Clementis & Euſebii loco per ſignaculum Domini baptiſmum intelligamus, non opus erit, ut cum Dannhauero in Chriſteide p. 952. concedamus, baptiſmo jam in primis eccleſiæ incunabulis confirmationem, etſi non ut ſacramentum, nec cum illo effectu, qui illi a Romanenſibus affingitur, additam fuiſſe. Cæterum etiam non deſunt, qui in Clementis verbis per σφραγίδα euchariſtiæ ſacramentum intelligunt, ut Scultetus in medull. Patr. part. 3. pag. 195. Verum Clemens dubio procul de baptiſmo locutus eſt. Perperam igitur ex hoc Clementis loco probatur Sacramentum confirmationis Apo-
ſtolis

ſtolis coævum eſſe. Melius vero hac hiſtoria utuntur, qui ex ea probant, diuturnam illam pœnitentiæ diſciplinam, quæ ſucceſſu temporis in eccleſiam invecta fuit, Apoſtolorum ævo nondum viguiſſe, qua de re Morinus libr. 9. de adminiſtr. Sacram. pœnit. cap. 20. Petavius libr. 2. de pœnit. cap. 8. & alii videri poterunt. Unicum adhuc, antequam ab hac hiſtoria decedamus, addimus, nempe non videri Scaligerum in prolegomenis ſuis ad theſaurum temporum ad hanc hiſtoriam reſpicere, cum ait, intervallum illud ab ultimo capite actorum apoſtolicorum ad medium Trajani imperium plane *ἄδηλον* vocari poſſe, cum in eo nihil certi de rebus chriſtianorum ad nos pervenerit, ideoque Euſebium, ut hiatum hunc ſuppleret,

Digitized by Google

ret, ἐκ τῶν ὑποθέσεων Clementis neſcio cujus & ex Pentabiblo Hegeſippi ſine delectu nonnulla depromſiſſe. Etſi enim Tillemontius in nota 7. ad hiſtoriam Clementis Alexandrini ſibi perſuadeat, Scaligerum, cum iſta ſcriberet, ad hanc latronis converſi hiſtoriam reſpexiſſe, addatque, ideo Scaligero hanc hiſtoriam diſplicuiſſe, quod cum Calviniſtarum placitis parum conveniat, nobis tamen illa ſuſpicio nulla veritatis ſpecie ſe probat, cum Scaliger non de Clementis tractatu, qui de divitum ſalute agit, ſed de hypotypoſibus Clementis locutus fuerit.

XI. Denique faſciculum obſervationum miſcellanearum ad hiſtoriam eccleſiaſticam & Patrologiam ſpectantium, quem Clemen-

mentis opuſculis hoc libello contentis adjeci, plures alio tempore additurus, ſi otium mihi fuerit, benevolæ Lectorum cenſuræ qua par eſt modeſtia ſubmitto.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΛΌΓΟΣ

ΤΊΣ Ὁ ΣΩΖΌΜΕΝΟΣ

ΠΛΟΎΣΙΟΣ.

CLEMENTIS ALEXANDRINI

LIBER

QVIS DIVES SALUTEM CON-
SEQVI POSSIT.

Digitized by Google

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
ΛΟΓΟΣ
Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος.

Οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς λόγους τοῖς πλουσίοις δωροφοροῦντες, οὐ μόνον κόλακες καὶ ἀνελεύθεροι δικαίως ἂν ἔμοιγε κρίνεσθαι δοκοῖεν, ὡς ἐπὶ πολλῷ προσποιούμενοι χαρίσασθαι τὰ ἀχάριστα· ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἐπίβουλοι· ἀσεβεῖς μὲν, ὅτι παρέντες αἰνεῖν καὶ δοξάζειν τὸν μόνον τέλειον καὶ ἀγαθὸν θεὸν, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, περιάπτουσι τὸ [θεοπρεπέστα]το[ν] 1) γέρας ἀνθρώποις ἐια [γεῖ καὶ βορβορώδει] βίῳ κυλινδομένοις· [τούτου ἕνεκα,] τὸ κεφάλαιον, ὑποκειμένοις τῇ κρίσει τοῦ θεοῦ. ἐπίβουλοι δὲ, ὅτι καὶ αὐτῆς τῆς περιουσίας καθ᾽ αὐτὴν ἱκανῆς οὔσης χαυνῶσαι τὰς ψυχὰς τῶν κεκτημένων καὶ διαφθεῖραι καὶ ἀποστῆσαι τῆς ὁδοῦ, δι᾽ ἧς ἐπιτυχεῖν ἔστι σωτηρίας· οἱ δὲ 2) προσεμπλήσσουσι, τὰς γνώμας τῶν πλουσίων ταῖς ἡδοναῖς τῶν ἀμέτρων ἐπαίνων ἐπαίροντες· καὶ καθάπαξ τῶν

1) πέρας MS. 2) προσπλύνουσι.

CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBER

Quis dives ſalvetur.

QUI encomiorum munera divitibus tribuunt, ii vero mihi nedum adulatores & illiberales merito habendi eſſe videntur, qui magno ſe gratificari ſimulent, quorum nulla gratia; verum etiam impii ac inſidioſi: impii quidem, quod poſthabitis Dei laudibus & gloria, qui unus perfectus ac bonus eſt, **ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia*, [quem ſibi ille honorem vendicat,] hominibus tribuunt [piaculari & impura] vita volutantibus, [ipſis] proinde, in mercedem, judicio Divino obnoxiis: inſidioſi autem, quoniam cum & ſolæ opes ſufficiant ad emolliendos corrumpendosq; locupletum animos, deque via per quam ſalus paratur, procul avocandos: illi contra etiam ſtolidiores efficiunt, divitum mentes immodicarum laudum oblectationibus faſtu efferentes, idque adeo

* Rom. 11, 35.

Digitized by Google

τῶν ὅλων πραγμάτων πλὴν τοῦ πλούτου, δι' ὃν θαυμάζονται, παρασκευάζοντες ὑπερφρονεῖν· τὸ δὴ τοῦ λόγου, πῦρ ἐπὶ πῦρ μετοχετεύοντες, τύφῳ τῦφον ἐπαντλοῦντες, καὶ ὄγκον πλούτῳ προσαναθέντες, βαρεῖ φύσει φορτίον βαρύτερον, οὗ μᾶλλον ἐχρῆν ἀφαιρεῖν καὶ περικόπτειν, ὡς σφαλεροῦ νοσήματος καὶ θανατηφόρου. τῷ γὰρ ὑψουμένῳ καὶ μεγαλυνομένῳ ἀντίστροφος ἡ πρὸς τὸ ταπεινὸν μεταβολὴ καὶ πτῶσις, ὡς ὁ θεῖος διδάσκει λόγος. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται μακρῷ φιλανθρωπότερον εἶναι τοῦ θεραπεύειν [ἀνελευθέρως] τοὺς πλουτοῦντας [καὶ προσεπαινεῖν] ἐπὶ κακῷ, τὸ συναίρεσθαι [λόγοις, καὶ] τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς [κατεργάζεσθαι] ἅπαντα τὸν δυνατὸν τρόπον· τοῦτο μὲν ἐξαιτουμένους παρὰ θεοῦ, τοῦ βεβαίως καὶ ἡδέως τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις τὰ τοιαῦτα προϊεμένου· τοῦτο δὲ 1) διὰ τῆς χάριτος τοῦ σωτῆρος ἰωμένους τὰς ψυχὰς αὐτῶν, φωτίζοντας καὶ προσάγοντας ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας κτῆσιν· ἧς ὁ τυχὼν καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς λαμπρυνόμενος, μόνος οὗτος βραβεῖον τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀναιρήσεται. δεῖται δὲ καὶ ἡ εὐχὴ ψυχῆς εὐρώστου καὶ λιπαροῦς, ἄχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας τοῦ βίου συμμεμετρημένη. καὶ πολιτεία διαθέσεως χρηστῆς καὶ νομίμου, καὶ πάσαις ταῖς ἐντολαῖς τοῦ σωτῆρος ἐπεκτεινομένης.

2. Κινδυνεύει δὲ οὐχ ἁπλοῦν τι εἶναι τὸ αἴτιον τοῦ τὴν σωτηρίαν χαλεπωτέραν τοῖς πλουτοῦσι δοκεῖν,

---

1) Interponit MS. λέγω.

præſtantes, ut cætera omnia plane flocci pendant, præter divitias ob quas in honore habentur; igni, ut dicitur, ignem addendo, faſtumque faſtu cumulando, ac theſauris molem apponendo, gravi elemento gravius pondus, de quo potius auferendum erat & amputandum, ceu morbo periculoſo ac lethifero. Ei enim * qui ſe extollit ac magnum facit, viciſſim ſuccedit tumentis animi in humile mutatio ac caſus, uti docet ſermo Divinus: propiusque ad humanitatem exiſtimo, quam palpare [illiberaliter] divites [& laudibus evehere] pro eo quod malefecerint, [monitis ſubvenire, &] ſalutem illis [procurare] quibus fieri poteſt mediis; nimirum Deum orando, qui res ejusmodi ſuis filiis firmiter ac jucunde fruendas elargitur: tum vero per gratiam Salvatoris eorum animis mederi, illuminando & ad capeſſendam veritatem nos eis duces offerendo: quam quisquis adeptus fuerit, bonisque operibus claruerit, ſolus vitæ æternæ bravium præmio reportabit. Enimvero oratio, quæ utique ad extremum ſpiritum durare debet, robuſtum animum atque ſerenum: porro vitæ ratio ac diſciplina, probam mentem, æquique ac juſti tenacem, & quæ ad omnia Salvatoris præcepta extendatur, poſtulat.

II. Forte autem non unum quid ſimplex eſt quod facit, ut opulentorum ſalus difficilior

* Matt. 23, 12.

δοκεῖν, ἢ τοῖς ἀχρημάτοις τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ποικίλον. οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν καὶ προχείρως ἀκούσαντες τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς, ὅτι ῥᾷον κάμηλος διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διεκδύσεται, ἢ πλούσιος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀπογνόντες ἑαυτοὺς ὡς οὐ βιωσόμενοι, τῷ κόσμῳ πάντα χαριζόμενοι, καὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ὡς μόνης ἑαυτοῖς ὑπολειπομένης, ἐκκρεμασθέντες ἀπέστησαν πλέον τῆς ἐκεῖ ὁδοῦ, μηκέτι πολυπραγμονήσαντες, μήτε τίνας τοὺς πλουσίους ὁ δεσπότης καὶ διδάσκαλος προσαγορεύει, μήτε ὅπως τὸ ἀδύνατον ἐν ἀνθρώπῳ 1) θεῷ δυνατὸν γίνεται. ἄλλοι δὲ τοῦτο μὲν συνῆκαν ὀρθῶς καὶ προσηκόντως, τῶν δὲ ἔργων τῶν εἰς τὴν σωτηρίαν ἀναφερόντων ὀλιγωρήσαντες, οὐ παρεσκευάσαντο τὴν δέουσαν παρασκευὴν εἰς τὸ τῶν ἐλπιζομένων τυχεῖν. λέγω δὲ ταῦτα ἑκάτερα ἐπὶ τῶν πλουσίων, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς ἐπιφανοῦς σωτηρίας ᾐσθημένων, τῶν δὲ ἀνοήτων τῆς ἀληθείας, ὀλίγον μοι μέλει.

3. Χρὴ τοίνυν τοὺς φιλαλήθως καὶ φιλαδέλφως [διακειμένους] καὶ μήτε καταθρασυνομένους αὐθαδῶς τῶν πλουσίων κλητῶν, μήτε αὖ πάλιν ὑποπίπτοντας αὐτοῖς διὰ οἰκείαν φιλοκέρδειαν, πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐξαιρεῖν τῷ λόγῳ
2. τὴν 2) κενὴν ἀπόγνωσιν, καὶ δηλοῦν μετὰ τῆς δεούσης ἐξηγήσεως τῶν λογίων τοῦ κυρίου, διότι οὐκ ἀπο-

1) ἢ in MS.

2) Καινὴν MS.

appareat, ſalute egenorum, ſed diverſi generis hujus ratio extiterit. Alii enim auditis raptim & perfunctorie illis Domini Salvatoris vocibus, * *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum cœlorum*, animum deſpondentes quaſi vitam minime conſecuturi, & tanquam præſens hæc vita ſola illis reliqua ſit, illius deſiderio ſuſpenſi, longius à via quæ in cœlum ducit, diverterunt, ne perveſtigantes quidem ſerioque penſantes, quosnam Dominus & Magiſter appellet divites, ac nec quomodo apud homines impoſſibile Deo ſit poſſibile. Alii vero hoc quidem recte convenienterque intellexerunt: neglectis tamen quæ ad ſalutem ſpectant, operibus, quantum par erat apparatum non fecerunt, ut eorum quæ in ſpe poſita ſunt, compotes efficerentur. Ambo hæc dicta à me ſunt de divitibus, quibus nota eſt & virtus Salvatoris & illuſtris ſalus: de aliis parum curo, quibus ut intelligerent, veritatis radius non affulſit.

III. Decet ergo ut qui veritatis fratrumque amore teneantur, quique nec petulanter inſurgunt in divites qui vocati ſunt (*i. e.* Chriſtiani,) neque vero lucri proprii cauſa rurſum illis aſſentantur; primum quidem ex eorum animis verbi prædicatione eximant inanem metum; congruaque oraculorum Domini expoſitione liquido oſtendant, non omnino re-

* Matth. 19, 24.

ἀποκέκοπται τέλεον αὐτοῖς ἡ κληρονομία τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐὰν ὑπακούσωσι ταῖς ἐντολαῖς· εἶτ' 1) ὑπομνημονεῦσαι ὡς ἀδεὲς δεδίασι δέος, καὶ ὅτι βουλομένους αὐτοὺς ὁ σωτὴρ ἀσμένως δέχεται· τότε καὶ προσδεικνύναι καὶ μυσταγωγεῖν ὅπως ἂν καὶ δι' οἵων ἔργων τε καὶ διαθέσεων 2) ἐπαίροιντο τῆς ἐλπίδος, ὡς οὔτ' ἀμηχάνου καθεστώσης αὐτοῖς, οὔτε τοὐναντίον εἰκῆ περιγινομένης· ἀλλ' ὅνπερ τρόπον ἔχει τὸ τῶν ἀθλητῶν, (ἵνα μικρὰ καὶ ἐπίκηρα μεγάλοις καὶ ἀφθάρτοις παραβάλωμεν,) τοῦτο καὶ ἐφ' ἑαυτῷ ὁ κατὰ κόσμον πλουτῶν λογιζέσθω. Καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ μὲν ὅτι δυνήσεται νικᾶν, καὶ στεφάνων τυγχάνειν ἀπελπίσας, οὐδ' ὅλως ἐπὶ τὴν ἄθλησιν ἀπεγράψατο· ὁ δὲ ταύτην μὲν ἐμβαλόμενος τῇ γνώμῃ τὴν ἐλπίδα, πόνους δὲ καὶ τροφὰς καὶ γυμνάσια μὴ προσιέμενος προσφόρους, ἀστεφάνωτος διεγένετο, καὶ διήμαρτε τῶν ἐλπίδων. οὕτω τις καὶ τὴν ἐπίγειον περιβεβλημένος περιβολὴν, μήτε τὴν ἀρχὴν ἑαυτὸν ἄθλων τοῦ σωτῆρος ἐκκηρυσσέτω, πιστός γε ὢν, καὶ τὸ μεγαλεῖον συνορῶν τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας· μήτε μὴν αὖθις ἀνάσκητος καὶ ἀναγώνιστος μείνας, ἀκονιτὶ κἀνιδρωτὶ τῶν στεφάνων τῆς ἀφθαρσίας ἐλπιζέτω μεταλαβεῖν· ἀλλ' αὐτὸν ὑποβαλέτω φέρων 3) γυμναστῇ μὲν τῷ λόγῳ, ἀγωνοθέτῃ δὲ τῷ Χριστῷ· τροφὴ δὲ αὐτῷ καὶ ποτὸν γινέσθω τεταγμένον ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου, γυμνάσια δὲ ἐντολαί, εὐσχημοσύνη δὲ καὶ κόσμος αἱ καλαὶ δια-

1) ὑποτιυμάτωσιν MS. ἐπιθαυμάσαι vel ἐπιτιμῆσαι apud Ghisler.

2) ἐπαίροντο τῆς MS.

3) Γυμναστῇ. Præcedentia, nec non & quæ ſequuntur ad rem Agoniſticam ſpectant.

pulſos eos ab hæreditate regni cœlorum, ſi modo dicto audientes ſint, ut mandata exequantur: deinde admoneant, timere eos ubi nullus timendi locus, eosque qui velint, Dominum placide ſuſcipere; tumque ad hæc oſtendere & inſtitutione catechetica docere par erit, qua nempe ratione quibusve operibus pariter affectibusque ſpes alatur, ut quæ nec illis omnino negata ſit, nec rurſus temere nulloque hominis conatu obveniat. Sed ſicut ſe in athletis res habet, (ut parva & corruptibilia cum magnis & incorruptibilibus conferamus) ita quoque in ipſo contingere cogitet qui ſeculi opibus dives eſt. Etenim quicunque de victoria & corona deſperaverit, is nec omnino ut in arenam deſcendat, nomen dederit; qui vero hanc ipſe quidem animo ſpem conceperit, labores tamen & cibos & exercitationes in eam rem congruas non admittit, corona indonatus manet, ac ſpes illum fruſtrata eſt. Sic & quisquis terrenis opibus affluit, caveat ne ſe ipſe primum à Salvatoris certaminibus præmiisque excluſum ducat, modo fidelis exiſtat, ac divinæ bonitatis magnitudinem intelligat; nec rurſus nulla exercitatione nulloque certamine poſito, citra pulverem atque ſudorem immortalitatis ſe corona donandum ſperet: ſed ſe verbo tradat ac rationi tanquam palæſtræ magiſtro, Chriſtoque certaminum præſidi ſubjiciat. Cibus illi ac potus præſtitutus, Novum Domini Teſtamentum; Exercitamenta, mandata; * Ornatus

* 1. Cor. 15, 42.

διαθέσεις, ἀγάπη, πίστις, ἐλπὶς, γνῶσις ἀληθεί-
ας, [ἐπιείκεια,] πραότης, εὐσπλαγχνία, σεμνό-
της, ἵνα ὅταν ἐσχάτῃ σάλπιγγι ὑποσημήνῃ τοῦ δρό-
μου καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐξόδου, καθάπερ ἐκ σταδίου τοῦ
βίου μετ' ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος τῷ ἀθλοθέτῃ
παραστῇ νικηφόρος, ὡμολογημένως τῆς ἄνω πα-
b. τρίδος ἄξιος, εἰς ἣν μετὰ στεφάνων καὶ κηρυγμά-
των ἀγγελικῶν ἐπανέρχεσθαι.

4. Δοίη τοίνυν ἡμῖν ὁ σωτὴρ ἐντεῦθεν δεξαμένοις τοῦ λόγου, τἀληθῆ καὶ τὰ πρέποντα καὶ τὰ σωτήρια συμβαλέσθαι τοῖς ἀδελφοῖς, πρός τε τὴν ἐλπίδα πρῶτον αὐτὴν, καὶ δεύτερον πρὸς τὴν τῆς ἐλπίδος προσαγωγήν. ὁ δὴ χαρίζεται δεομένοις καὶ αἰτοῦντας διδάσκει· λύει τε τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν ἀποσείεται, τοὺς αὐτοὺς πάλιν εἰσάγων λόγους περὶ τῶν πλουσίων ἑαυτῶν ἑρμηνέας γινομένους καὶ ἐξηγητὰς ἀσφαλεῖς. Οὐδὲν γὰρ οἷον αὐτῶν αὖθις ἀκοῦσαι τῶν ῥητῶν, ἅπερ ὑμᾶς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἄχρι νῦν διετάραττεν, ἀβασανίστως καὶ διημαρτημένως ὑπὸ νηπιότητος ἀκροωμένους· Ἐκπορευομένῳ αὐτῷ εἰς ὁδὸν προσελθών τις ἐγονυπέτει, λέγων· διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. τὰς ἐντολὰς οἶδας, μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, μὴ ἀποστερήσῃς, τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα.

natus ac cultus, bonæ animi affectiones ac dotes, fides, ſpes, caritas, veri cognitio, [benignitas,] lenitas, miſericordia, caſtitas; ut cum noviſſima tuba ineundi curſus ſignum dederit atque hinc emigrandi velut ſtadio, ex mortali hac vita, bona fretus conſcientia, certaminum Præſidi victor præſentetur, cœleſti palam dignus patria, in quam coronis, angelorumque præconio ac plauſu donatus revertitur.

IV. Det igitur nobis Salvator, ut hinc ordientes ſermonem, vera & convenientia, quæque ad fratrum ſalutem faciunt, conferamus; primum de ſpe ipſa, deinde iis quæ ad ſpem conducunt. Ille quidem indigentibus largitur, docetque rogantes, porro ignorantiam ſolvit, atque deſperationem excutit, eoſdem rurſus de divitibus ſermones inducens, qui ipſi ſeipſos interpretantur tutoque exponant. Nihil enim ſic juvet, ac ipſa rurſus audire verba, quæ in Evangeliis expoſita, nec juſto ſatis examine atque errore auditoribus præ infantia mentis accepta, hactenus vos conturbarunt. * *Et cum exiret in viam, accedens quidam genu flectebat, dicens: Magiſter bone, quid faciam ut vitam æternam poſſideam? Jeſus autem ait: Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi unus, Deus. Præcepta noſti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falſum teſtimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum & matrem*

* Marc. 10. v. 17. 18. &c.

μητέρα. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· πάντα ταῦτα ἐφύλαξα. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας ἠγάπησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν, ἕν σοι ὑστερεῖ· εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησον ὅσα ἔχεις, καὶ 1) διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος. ἦν γὰρ πλούσιος, ἔχων κτήματα πολλά. Περιβλεψάμενος δὲ ὁ Ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. πάλιν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς· τεκνία, πῶς δυσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. 2) Εὐκολώτερον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς βελόνης κάμηλος εἰσελεύσεται, ἢ πλούσιος εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, καὶ ἔλεγον· τίς οὖν δύναται σωθῆναι; ὁ δὲ ἐμβλέψας, αὐτοῖς εἶπεν, ὅτι παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, παρὰ θεῷ δυνατόν. πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ. ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ· ἴδε ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, λέγει· ἀμὴν ὑμῖν λέγω, ὃς ἂν ἀφῇ τὰ ἴδια, καὶ γονεῖς, καὶ ἀδελφοὺς καὶ χρήματα ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου μου, ἀπολήψεται ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, ἀγροὺς καὶ χρήματα καὶ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς μετὰ διωγμῶν, ἐν δὲ τῷ ἐρχομένῳ ζωή ἐστιν αἰώνιος. πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι.

5. Ταῦ-

1) δὸς πτωχ. Cod. All.

2) εὐκοπώτερον Cod. Allat. Vat.

matrem tuam. At ille reſpondens, ait illi: Hæc omnia obſervavi. Jeſus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit: Unum tibi deeſt, ſi vis perfectus eſſe, vende quæcunque habes, & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurum in cælo; & veni, ſequere me. Qui contriſtatus in verbo, abiit mœrens; erat enim habens multas poſſeſſiones. Et circumſpiciens Jeſus, ait diſcipulis ſuis: Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt. Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis ejus. At Jeſus rurſus reſpondens, ait illis: Filioli, quam difficile eſt confidentes in pecuniis introire in regnum Dei? Facilius eſt camelum per foramen acus ingredi, quam divitem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur, atque dicebant: & quis poteſt ſalvus fieri? Et intuens illos Jeſus, ait: Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud DEUM: omnia enim poſſibilia apud DEUM. Cœpit & Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Reſpondens Jeſus, ait: Amen dico vobis, omnis qui ſua reliquerit & parentes & fratres & pecunias propter me & propter Evangelium; centies tantum nunc in tempore hoc recipiet, agros & pecunias & domos & fratres cum perſecutionibus, & in futuro vita æterna erit. Multi autem erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi.

V. Hæc

5. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίῳ γέγραπται· καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ 1) πᾶσιν ἀνομολογουμένως, ὀλίγον μὲν ἴσως ἑκασταχοῦ τῶν ῥημάτων ἐναλλάσσει, πάντα δὲ τὴν αὐτὴν τῆς γνώμης συμφωνίαν ἐπιδείκνυται. Δεῖ δὲ σαφῶς εἰδότας, ὡς οὐδὲν ἀνθρωπίνως ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ πάντα θείᾳ σοφίᾳ καὶ μυστικῇ διδάσκει τοὺς ἑαυτοῦ, μὴ σαρκίνως ἀκροᾶσθαι τῶν λεγομένων, ἀλλὰ τὸν ἐν αὐτοῖς κεκρυμμένον νοῦν μετὰ τῆς ἀξίας ζητήσεως καὶ συνέσεως ἐρευνᾶν καὶ καταμανθάνειν. Καὶ γὰρ τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου δοκοῦντα ἡπλῶσθαι πρὸς τοὺς μαθητὰς τῶν ᾐνιγμένως ὑπειρημένων οὐδὲν ἧττον, ἀλλὰ πλείονος ἔτι νῦν τῆς ἐπιστάσεως εὑρίσκεται δεόμενα, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς φρονήσεως ἐν αὐτοῖς ὑπερβολήν. ὅπου δὲ καὶ τὰ νομιζόμενα ὑπ᾽ αὐτοῦ διανοῖχθαι τοῖς ἔσω, καὶ αὐτοῖς τοῖς τῆς βασιλείας τέκνοις ὑπ᾽ αὐτοῦ καλουμένοις, ἔτι χρήζει φροντίδος πλείονος, ἤπουγε τὰ δόξαντα μὲν ἁπλῶς ἐξενηνέχθαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ διηρωτημένα πρὸς τῶν ἀκουσάντων, εἰς ὅλον δὲ τὸ τέλος αὐτὸ τῆς σωτηρίας διαφερόντων, σκοπησομένων δὲ θαυμαστῷ καὶ ὑπερουρανίῳ διανοίας βάθει, οὐκ ἐπιπολαίως δέχεσθαι ταῖς ἀκοαῖς προσήκεν, ἀλλὰ καθιέντας τὸν νοῦν ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ σωτῆρος καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀπόῤῥητον.

6. Ἠρώτηται μὲν γὰρ ἡδέως ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ἐρώτημα καταλληλότατον αὐτῷ· ἡ ζωὴ περὶ ζωῆς, ὁ σωτὴρ περὶ σωτηρίας, ὁ δι-

---

1) Πᾶσιν. Excepto tamen Johanne, apud quem hæc hiſtoria non reperitur.

V. Hæc quidem in Marci Evangelio ſcripta ſunt; quin & in reliquis plane omnibus eadem habentur, paucis forſitan per ſingulos verbis immutatis, ſed quæ eandem ubique ſententiam contineant. Decet autem nos qui aperte ſciamus, nihil Salvatorem quaſi humano more locutum eſſe, ſed divina myſticaque ſapientia ſuos cuncta docuiſſe; ſermones hos non carnaliter audire, ſed latentem in eis ſenſum digna inveſtigatione mentisque ſolertia ac ſagacitate perquirere & addiſcere. Nam cum & ipſa quoque, quæ ab ipſo Domino videntur diſcipulis fuiſſe expoſita, non minori, ſed majori etiamnum conſideratione indigere noſcantur, quam quæ obſcurius ac velut ænigmate dicta ſunt, ob profundiſſimam in eis altitudinem ſenſuum: cumque adeo etiam illa, quæ ab eo ſcholæ domeſticis videntur explanata, ac iis, quos ab eo filios regni invenimus vocatos, majori adhuc opus habeant indagatione, quam quæ videntur ſimpliciter ab eo prolata, quæ proinde nemo auditorum interrogavit ut exponerentur, pertinentia ad ipſum ſalutis finem, mirandoque ac ſupercœleſti mentis conſideranda profundo; non perfunctorie hæc auribus haurienda, ſed ita ut ad ipſum Salvatoris Spiritum ac ſententiæ arcanum animum demittamus.

VI. Jucunda certe Domino noſtro ac Salvatori oblata quæſtio eſt, ipſi nimirum convenientiſſima. Nempe oblata quæſtio Vitæ de vita,

Sal-

c. ὁ διδάσκαλος περὶ κεφαλαίου τῶν διδασκομένων δογμάτων, ἀλήθεια περὶ τῆς ἀληθινῆς ἀθανασίας, ὁ λόγος περὶ τοῦ πατρῴου λόγου, ὁ τέλειος περὶ τῆς τελείας ἀναπαύσεως, ὁ ἄφθαρτος περὶ τῆς βεβαίας ἀφθαρσίας. ἠρώτηται περὶ τούτων περὶ ὧν καὶ καταλήλυθεν, ἃ παιδεύει, ἃ διδάσκει, ἃ παρέχει, ἵνα δείξῃ τὴν τοῦ εὐαγγελίου ὑπόθεσιν, ὅτι δόσις ἐστὶν αἰωνίου ζωῆς. προεῖδε δὲ ὡς θεὸς καὶ ἃ μέλλει διερωτηθήσεσθαι, καὶ ἃ μέλλει τις αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι. Τίς γὰρ καὶ μᾶλλον ἢ ὁ προφήτης προφητῶν, καὶ κύριος παντὸς προφητικοῦ πνεύματος; κληθεὶς δὲ ἀγαθὸς, ἀπ' αὐτοῦ πρώτου τοῦ ῥήματος τούτου τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν, ἐντεῦθεν καὶ τῆς διδασκαλίας ἄρχεται, ἐπιστρέφων τὸν μαθητὴν, ἐπὶ τὸν θεὸν τὸν ἀγαθὸν, καὶ πρῶτον καὶ μόνον ζωῆς αἰωνίου ταμίαν, ἣν ὁ υἱὸς δίδωσιν ἡμῖν παρ' ἐκείνου λαβών.

7. Οὐκοῦν τὸ μέγιστον καὶ κορυφαιότατον τῶν πρὸς τὴν ζωὴν μαθημάτων, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εὐθὺς ἐγκαταθέσθαι τῇ ψυχῇ δεῖ· γνῶναι τὸν θεὸν τὸν αἰώνιον, καὶ δοτῆρα αἰωνίων, καὶ πρῶτον, καὶ ὑπέρτατον, καὶ ἕνα, καὶ ἀγαθὸν θεὸν κτήσασθαι διὰ γνώσεως καὶ καταλήψεως. αὕτη γὰρ ἄτρεπτος καὶ ἀσάλευτος ἀρχὴ, καὶ κρηπὶς ζωῆς, ἐπιστήμη θεοῦ τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ τὰ ὄντα, τουτέστι τὰ αἰώνια, δωρουμένου. ἐξ οὗ καὶ τὸ εἶ-
d. ναι τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει, καὶ τὸ 1) μεῖναι λαβεῖν. Ἡ μὲν γὰρ τούτου ἄγνοια θάνατός ἐστιν, ἡ δὲ

1) Forte μὴ εἶναι.

Salvatori de ſalute, Magiſtro ac Doctori de capite eorum quæ dogmate tradebantur, Veritati de vera immortalitate, Verbo de paterno verbo atque doctrina, Perfecto de perfecta requie, Incorruptibili de firma incorruptione. De illis oblata illi quæſtio eſt, quorum etiam cauſa deſcenderat, quibus inſtituit, quæ docet, quæ præbet, ut oſtendat evangelii argumentum eſſe, ut vita æterna ipſa tribuatur. Præſciebat autem ut Deus, tum quæ interrogandus erat, tum quod reſponſum interrogans eſſet accepturus. Quis enim id potius fecerit quam propheta prophetarum, omniſq; prophetici ſpiritus arbiter ac Dominus? Vocatus autem bonus, à primo hoc verbo ſumta occaſione inde etiam doctrinam auſpicatur, convertens diſcipuli animum in Deum bonum, primumq; ac ſolum vitæ æternæ præbitorem, quam ab eo acceptam nobis confert Filius.

VII. Itaq; maximum & præcipuum documentorum ad vitam ſpectantium, ab initio ſtatim animo inſerendum eſt; ut Deus æternus eſſe ac æternorum datòr agnoſcatur; primumque ac ſupremum, & unum ac bonum Deum, Deum nobis per ſcientiam & comprehenſionem vendicemus. Hoc enim immobile inconcuſſumque principium & principale vitæ fulcimentum, Dei, qui eſt vere, ſcientia, & ea quæ ſunt (æterna ſcilicet) largitur; ex quo etiam aliis provenit, ut eſſe accipiant, eoque incolumia ſint. Hujus quippe ignoratio mors eſt; cogni-

δὲ ἐπίγνωσις αὐτοῦ καὶ οἰκείωσις, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγάπη καὶ ἐξομοίωσις, μόνη ζωή.

8. Τοῦτον οὖν πρῶτον ἐπιγνῶναι τῷ ζησομένῳ τὴν ὄντως ζωὴν, παρακελεύεται, ὃν οὐδεὶς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ ὑιὸς ἀποκαλύψῃ. ἔπειτα τὸ μέγεθος τοῦ σωτῆρος μετ' ἐκεῖνον καὶ τὴν καινότητα τῆς χάριτος μαθεῖν, ὅτι δὴ κατὰ τὸν ἀπόστολον, ὁ νόμος διὰ Μωυσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. καὶ οὐκ 1) ἴσα τὰ διὰ δούλου πιστοῦ διδόμενα τοῖς ὑπὸ τοῦ γνησίου υἱοῦ δωρουμένοις. εἰ γοῦν ἱκανὸς ἦν ὁ Μωυσέως νόμος ζωὴν αἰώνιον παρασχεῖν, μάτην μὲν ὁ σωτὴρ αὐτὸς παραγίνεται, καὶ πάσχει δι' ἡμᾶς ἀπὸ γενέσεως c. μέχρι τοῦ σημείου τὴν ἀνθρωπότητα διατρέχων· μάτην δὲ ὁ πάσας πεποιηκὼς ἐκ νεότητος τὰς νομικὰς ἐντολὰς, παρὰ ἄλλου ᾔτει γονυπετῶν τὴν ἀθανασίαν. οὐδὲ γὰρ πεπλήρωκε μόνον τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ εὐθὺς ἀπὸ πρώτης ἡλικίας ἀρξάμενος. ἐπεὶ καὶ τί μέγα ἢ ὑπέρλαμπρον γῆρας ἄγονον ἁμαρτημάτων; ἀλλ' εἴ τις ἐν σκιρτήματι νεοτησίῳ καὶ τῷ καύσωνι τῆς ἡλικίας παρέχηται φρόνημα πέπανον, καὶ πρεσβύτερον τοῦ χρόνου, θαυμαστὸς οὗτος ἀγωνιστὴς καὶ διαπρεπὴς, καὶ τὴν γνώμην πολιώτερος. ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ τοιοῦτος ἀκριβῶς πέπεισται, διότι αὐτῷ πρὸς μὲν δικαιοσύνην οὐδὲν ἐνδεῖ, ζωῆς δὲ ὅλως προσδεῖ. διὸ αὐτὴν αἰτεῖ παρὰ τοῦ δοῦ-

ναι

1) MS. εἰς τά.

tio vero & neceſſitudo atque ad eum dilectio ductaque cum eo ſimilitudo, ſola vita exiſtit.

VIII. Hunc ergo primum agnoſcendum jubet ei qui veram vitam ſit acturus; * *Quam nemo novit niſi Filius, & cui Filius revelaverit.* Exinde cognoſcenda eſt magnitudo Salvatoris poſt illum novaque gratia, quodque juxta Apoſtolum, ** *Lex per Moſem data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt*, nec paria ſunt, quæ per ſervum fidelem data ſunt, & quæ à vero filio donata ſunt. Denique ſi Moſis *** lex ſufficiens erat ut vitam præſtaret; fruſtra nimirum Salvator ipſe adveniret, noſtrique cauſa pateretur, ab ortu nativitatis ad metam usq; emenſo humanæ vitæ curriculo. Fruſtra quoque, qui omnia Legis mandata **** à juventute impleverat, ab alio, illi provolutus, immortalis vitæ expoſceret præmia. Neque enim ſolum legem ſervaverat, ſed & à prima ætate in eam incubuerat. Quid enim magni aut egregii eſt, ſenectus non ita delictorum ferax? ſed ſi quis laſciviente juventa ac ætatis æſtu maturum præ ſe ſenſum ferat, & quam pro temporis ratione ſenior appareat; hic plane admirandus ac præclarus pugil, & judicio canus. Hic tamen cum tantus eſſet apprime noverat certusq; erat, nihil ſibi quidem ad juſtitiam deeſſe: omnino autem illi vita opus erat; idcirco præſtari rogat ab eo, qui ſolus

* Matt. 11, 17. ** Joh. 1, 17. *** Gal. 2, 21. **** Marc. 10, 20.

ναι μόνου δυναμένου. καὶ πρὸς μὲν τὸν νόμον ἄγει παῤῥησίαν, τοῦ θεοῦ δὲ τὸν υἱὸν ἱκετεύει. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν μετατάσσεται. ὡς σφαλερῶς ἐν νόμῳ σαλεύων καὶ ἐπικινδύνως ναυλοχῶν, εἰς τὸν σωτῆρα μεθορμίζεται.

9. Ὁ γοῦν Ἰησοῦς οὐκ ἐλέγχει μὲν αὐτὸν, ὡς πάντα τὰ ἐκ νόμου μὴ πεπληρωκότα, ἀλλὰ καὶ ἀγαπᾷ καὶ ὑπερασπάζεται τῆς ἐν οἷς ἔμαθεν εὐπειθείας· ἀτελῆ δὲ εἶναι φησὶν, ὡς πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν, ὡς οὐ τέλεια πεπληρωκότα· καὶ νόμου μὲν ἐργάτην, ἀργὸν δὲ ζωῆς ἀληθινῆς. καλὰ μὲν κἀκεῖνα. τίς δ᾽ οὔ φησιν; ἡ γὰρ ἐντολὴ ἁγία, ἄχρι παιδαγωγίας τινὸς μετὰ φόβου καὶ προπαιδείας, ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ νομοθεσίαν τὴν ἄκραν καὶ χάριν προχωροῦσα· πλήρωμα δὲ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι· οὐχὶ δὲ δούλους ποιῶν ὡς δοῦλος, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς καὶ ἀδελφοὺς καὶ συγκληρονόμους, τοὺς ἐπιτελοῦντας τὸ θέλημα τοῦ πατρός.

10. Εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι. οὐκ ἄρα πω τέλειος ἦν. οὐδὲν γὰρ τελείου τελειότερον. καὶ θείως τὸ, εἰ θέλεις, τὸ αὐτεξούσιον τῆς προσδιαλεγομένης αὐτῷ ψυχῆς ἐδήλωσεν. ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ γὰρ ἦν ἡ αἵρεσις, ὡς ἐλευθέρῳ· ἐπὶ θεῷ δὲ ἡ δόσις, ὡς κυρίῳ. δίδωσι δὲ βουλομένοις καὶ ὑπερεσπουδακόσι καὶ δεομένοις, ἵν᾽ οὕτως ἴδιος αὐτῶν ἡ σωτηρία

γένη-

dare poſſit. At quidem ad Legem quod ſpectat, longe ſecurus erat; Dei tamen filio ſupplicat. Ex fide in fidem transfertur. Veluti qui non tuto in Legis navigio jactaretur ac periculoſe ſtationem habuerat, ad Salvatorem transmittit.

IX. At vero Jeſus non illum redarguit, quod Legis omnia non impleverit, quin etiam diligit, & quod iis, quibus fuerat inſtitutus, ſtrenue obſecutus ſit, paſſis ulnis amplectitur: ad vitam tamen æternam quod attinet, imperfectum eum pronuntiat, quod ea quæ perfectionis ſunt, non impleverit: ac Legis quidem operarium dicit, verum in æternæ vitæ rebus ceſſatorem. Bona quidem & illa: quis eat inficias? Nam * *mandatum ſanctum* **, hactenus ut pædagogi cujusdam vice cum timore fungatur præviæque inſtitutionis, ad ſummum Legis Jeſu verticem gratiamque viam ſternens: *** Plenitudo vero Legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti; non qui ut ſervus ſervos faciat, ſed & filios & fratres & cohæredes, Patris voluntatem facientes, præſtet.

X. **** *Si vis perfectus eſſe.* Nondum ergo perfectus erat: perfecto namque nihil perfectius eſt. Cæterum præclare illud atque divine, *Si vis,* colloquentis animæ liberam arbitrii facultatem oſtendit: in homine quippe, tanquam libero, libera erat voluntatis electio: in Deo autem dare, tanquam Domino atque arbitro. Dat autem volentibus & ſummo ſtudio adnitentibus

 &o-

* Rom. 7, 12. ** Gal. 3, 24. *** Rom. 10, 4.
**** Matt. 19, 21.

γένηται. οὐ γὰρ ἀναγκάζει ὁ θεὸς, βία γὰρ ἐχθρὸν θεῷ, ἀλλὰ τοῖς ζητοῦσι πορίζει, καὶ τοῖς αἰτοῦσι παρέχει, καὶ τοῖς κρούουσιν ἀνοίγει. Εἰ θέλεις οὖν, εἰ ὄντως θέλεις, καὶ μὴ ἑαυτὸν ἐξαπατᾷς, κτῆσαι τὸ ἐνδέον. ἕν σοι λείπει, τὸ ἓν τὸ μένον, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἤδη ὑπὲρ νόμον, ὅπερ νόμος οὐ δίδωσιν, ὅπερ νόμος οὐ χωρεῖ, ὃ τῶν ζώντων ἴδιόν ἐστίν. ἀμέλει ὁ πάντα τὰ τοῦ νόμου πληρώσας ἐκ νεότητος καὶ τὰ ὑπέρογκα φρυαξάμενος,

8. ἓν τοῦτο προσαθλῆναι τοῖς ὅλοις οὐ δεδύνηται, τὸ τοῦ σωτῆρος ἐξαίρετον, ἵνα λάβῃ ζωὴν αἰώνιον ἣν ἐπόθει. ἀλλὰ δυσχεράνας ἀπῆλθεν, ἀχθεσθεὶς τῷ παραγγέλματι τῆς ζωῆς, ὑπὲρ ἧς ἱκέτευεν. οὐ γὰρ ἀληθῶς ζωὴν ἤθελεν, ὡς ἔφασκεν, ἀλλὰ δόξαν προαιρέσεως ἀγαθῆς μόνην περιεβάλλετο· καὶ περὶ πολλὰ μὲν οἷός τε ἦν ἀσχολεῖσθαι, τὸ δὲ ἓν, τὸ τῆς ζωῆς ἔργον ἀδύνατος καὶ ἀπρόθυμος καὶ ἀσθενὴς ἐκτελεῖν. ὁποῖόν τι καὶ πρὸς τὴν Μάρθαν εἶπεν ὁ σωτὴρ ἀσχολουμένην πολλὰ καὶ περιελκομένην καὶ ταρασσομένην διακονικῶς· τὴν δὲ ἀδελφὴν αἰτιωμένην, ὅτι τὸ ὑπηρετεῖν ἀπολιποῦσα, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ παρακάθηται, μαθητικὴν ἄγουσα σχολήν. σὺ περὶ πολλὰ ταράσσῃ, Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, καὶ οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. οὕτω καὶ τοῦτον ἐκέλευε τῆς πολυπραγμοσύνης ἀφέμενον, ἑνὶ προστετηκέναι καὶ προσκαθέζεσθαι τῇ χάριτι τοῦ ζωὴν αἰώνιον προστιθέντος.

Digitized by Google

& orantibus; ut ſic illorum propria exiſtat ſalus. Neque enim Deus cogit (vis enim inimica eſt Deo) ſed quærentibus tribuit, & petentibus præbet, ac pulſantibus aperit. Si vis igitur, ſi vere vis, & teipſum non fallis, illud compara quo deficeris. Unum tibi deeſt; illud unum quod manet, quod bonum eſt, quod jam ſupra Legem eſt, quod Lex non dat, quod Lex non capit, quod viventium proprium eſt. Denique qui totam Legem à juventute impleverat, & qui de ſe ſic magna atque ſuperba locutus erat, unum hoc omnibus parare nequivit, quod Salvatoris ſingulare eſt, ut vitam æternam, cujus eum deſiderium inceſſerat, arriperet: ſed triſtis abiit, vitæ mandato gravatus, cujus gratia ſupplicatum venerat. Non enim vere vitam ambiebat, uti verbis præferebat; ſed bonæ duntaxat voluntatis famam aucupabatur: ac quidem circa multa ſolicitus eſſe poterat, unum vero illud, opus illud ſalutis ut perficeret, non valebat: inque rem ſupinus & infirmus erat. Sicut enim Marthæ dixit Dominus, cum in multis eſſet ſolicita & miniſtrandi cura diſtraheretur ac turbaretur; ſororique vitio daret, quod relicto miniſterio, ſederet ad pedes ejus diſcipulæ otium captans: * *Tu erga multa turbaris: Maria* autem *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ita hunc quoque negotioſa occupatione omiſſa, uni tantum adhærere jubet, ejusque aſſidere gratiæ, qui ipſe vitam æternam proponeret.

B 4 XI.

* Luc. 10, 41.

11. Τί τοίνυν ἦν τὸ προτρεψάμενον αὐ-
τὸν εἰς φυγὴν, καὶ ποιῆσαν ἀπαυτομολῆσαι
τοῦ διδασκάλου, τῆς ἱκετείας, τῆς ἐλπίδος, τῆς
h. ζωῆς, τῶν προπεπονημένων; πώλησον τὰ ὑπάρ-
χοντά σου. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; οὐχ ἃ προχείρως
δέχονταί τινες, τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἀπορρί-
ψαι προστάσσει καὶ ἀποστῆναι ἀπὸ τῶν χρημάτων·
ἀλλὰ τὰ δόγματα περὶ χρημάτων ἐξορίσαι τῆς
ψυχῆς, τὴν περὶ αὐτὰ πτοίαν καὶ νόσον, τὰς
i. μερίμνας, τὰς ἀκάνθας τοῦ βίου, αἳ τὸ σπέρμα
τῆς ζωῆς συμπνίγουσιν. οὔτε γὰρ μέγα καὶ ζηλω-
τὸν τὸ τηνάλλως ἀπορεῖν χρημάτων μὴ ἐπὶ λό-
γῳ ζωῆς· οὕτω μὲν γὰρ ἂν ἦσαν οἱ μηδὲν ἔχον-
τες μηδαμῇ, ἀλλὰ ἔρημοι καὶ μεταῖται τῶν
ἐφ᾽ ἡμέραν, οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐρριμμένοι πτω-
χοὶ, ἀγνοοῦντες δὲ θεὸν καὶ δικαιοσύνην θεοῦ,
κατ᾽ αὐτὸ μόνον τὸ ἄκρως ἀπορεῖν καὶ ἀ-
μηχανεῖν βίου καὶ τῶν ἐλαχίστων σπανίζειν, μα-
καριώτατοι καὶ θεοφιλέστατοι, καὶ μόνοι ζω-
ὴν ἔχοντες αἰώνιον. οὔτε καινὸν τὸ ἀπείπασθαι πλοῦ-
τον καὶ χαρίσασθαι πτωχοῖς ἢ πένησιν, ὃ πολ-
λοὶ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος καθόδου πεποιήκα-
σιν, οἱ μὲν τῆς εἰς λόγους σχολῆς καὶ νεκρᾶς
σοφίας ἕνεκεν, οἱ δὲ φήμης κενῆς καὶ κενο-
k. δοξίας, Ἀναξαγόραι καὶ Δημόκριτοι καὶ Κράτη-
τες.

12. Τί οὖν ὡς καινὸν, ἴδιον θεοῦ παραγ-
γέλλει καὶ μόνον ζωοποιὸν, ὃ τοὺς προτέρους
οὐκ ἔσωσεν; τί δὲ ἐξαίρετόν τι ἡ καινὴ κτί-
σις, ὁ υἱὸς θεοῦ μηνύει καὶ διδάσκει; οὐ
τὸ φαινόμενον, ὅπερ ἄλλοι πεποιήκασι, παρ-
εγγυᾷ,

XI. Quid ergo fuit quod illi fugam ſuaſit, fecitque ut ſe à magiſtro, à ſupplicatione, à ſpe, à vita, à laboribus, quibus jam perfunctus erat, ſubduceret? Nempe, *vende quæ habes.* Quid vero hoc ſibi vult? Haud ſane, quod quidam obvio ſtatim ſenſu accipiunt, facultates projici jubet & pecunias à ſe amovere; ſed quæ de divitiis vana judicia ſunt animo exterminare, erga eas effrænem libidinem ac avaritiæ labem, ſolicitudines, ſeculi ſpinas, quæ ſuffocant vitæ ſemen. Haud enim magnum dignumque æmulatione temere, non ut vitam nanciſcaris, divitiis carere: ſic namque qui nihil prorſus habent, ſed omni deſtituti vitæ ſolatio, quotidiani mendici per vias inopes projecti ſunt, cum & Deum ignorent Deique juſtitiam, ea duntaxat ratione quod extrema premantur paupertate, omnique vitæ ſubſidio careant, ac vel minimis deficiantur, omnium beatiſſimi eſſent ac religioſiſſimi, ſolique compotes vitæ æternæ. Nec nova res abdicare divitias, & in pauperes atque egenos elargiri; quod & multi ante Salvatoris adventum præſtiterunt, qua ut literarum ſtudiis mortuæque ſapientiæ vacarent, qua ut inani jactantia nominis claritatem ac gloriolæ curam captarent, Anaxagoræ, Democriti, Cratetes.

XII. Quid igitur ut novum Deique proprium jubet, ac ſolum ejuſmodi ut vivificare queat, quod antiquis ſalutem non attulit? Quid vero eximium quid ac ſingulare nova creatura, Dei filius præcipit ac docet? Non hoc man-

ἐγγυᾷ, ἀλλ᾽ ἕτερόν τι διὰ τούτου σημαινόμενον μεῖζον καὶ θειότερον καὶ τελειότερον, τὸ τὴν ψυχὴν αὐτὴν καὶ τὴν διάθεσιν γυμνῶσαι τῶν ἀπὸ τῶν παθῶν καὶ πρόῤῥιζα τὰ ἀλλότρια τῆς γνώμης ἐκτεμεῖν καὶ ἐκβαλεῖν. τοῦτο γὰρ ἴδιον μὲν τοῦ πιστοῦ τὸ μάθημα, ἄξιον δὲ τοῦ σωτῆρος τὸ δίδαγμα. οἱ γάρ τοι πρότερον καταφρονήσαντες τῶν ἐκτὸς, τὰ μὲν κτήματα ἀφῆκαν καὶ παραπώλεσαν, τὰ δὲ πάθη τῶν ψυχῶν οἶμαι ὅτι καὶ προσεπέτειναν. ἐν ὑπεροψίᾳ γὰρ ἐγένοντο καὶ ἀλαζονείᾳ καὶ κενοδοξίᾳ καὶ περιφρονήσει τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὡς αὐτοί τι ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐργαζόμενοι. Πῶς ἂν οὖν ὁ σωτὴρ παρῄνει τοῖς ἀεὶ βιωσομένοις τὰ βλάψοντα καὶ λυμανούμενα πρὸς τὴν ζωὴν ἣν ἐπαγγέλλεται; καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνό ἐστι, δύναταί τις ἀποφορτισάμενος τὴν κτῆσιν, οὐδὲν ἧττον ἔτι τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ὄρεξιν τῶν χρημάτων ἔχειν ἐντετηκυῖαν καὶ συζῶσαν· καὶ τὴν μὲν χρῆσιν ἀποβεβληκέναι, ἀπορῶν δὲ ἅμα καὶ ποθῶν ἅπερ ἐσπάθησε, διπλῇ λυπεῖσθαι, καὶ τῇ τῆς ὑπηρεσίας ἀπουσίᾳ καὶ τῇ τῆς μετανοίας παρουσίᾳ. ἀνέφικτον γὰρ καὶ ἀμήχανον, δεόμενον τῶν πρὸς τὸ βιοτεύειν ἀναγκαίων μὴ κατακλᾶσθαι τὴν γνώμην καὶ ἀσχολίαν ἄγειν ἀπὸ τῶν κρειττόνων, ὁπωσοῦν καὶ ὁθενοῦν ταῦτα πειρώμενον ἐκπορίζειν.

13. Καὶ πόσῳ χρησιμώτερον τὸ ἐναντίον, ἱκανὰ κεκτημένον αὐτόν τε περὶ τὴν κτῆσιν μὴ κακοπαθεῖν, καὶ οἷς καθῆκεν ἐπικουρεῖν; τίς γὰρ ἂν κοινωνία καταλίποιτο παρὰ ἀνθρώποις, εἰ μηδεὶς ἔχοι μηδέν;

πῶς

Digitized by Google

dat quod in aſpectum cadit, quod alii fecere; ſed aliud quid majus diviniusque & perfectius, quod illo ſignificatur: ut animum ſcilicet affectumque vitiis nudemus, ac quæ aliena ſunt, radicitus ex eo exſcindamus & ejiciamus. Hoc nimirum viri fidelis proprium documentum, dignaque Salvatore doctrina. Antiqui enim contemtis exterioribus, poſſeſſiones quidem reliquerunt ac amiſerunt; ſed vitia animi ac perturbationes arbitror & auxerunt. Superbi enim ex hoc & elati evaſerunt, inanis gloriæ pleni, & qui reliquorum contemtu ducerentur, quaſi ipſi aliquid ſupra hominem geſſiſſent. Quomodo igitur Salvator in æternum victuris præciperet, quæ ſint nocitura labemq; allatura, quod attinet ad vitam, quam ſancte pollicetur? Nam etſi illud contigerit, poteſt quis depoſito facultatum onere, nihilominus adhuc pecuniarum cupiditatem ac ſitim animo inolitam vigentemque habere: ac uſum quidem abjeciſſe, indigentia tamen ſimulque deſiderio dilapidatæ rei familiaris, dupliciter dolere, tum nimirum quod deſint neceſſaria ſervitia, tum quod ea abjeciſſe pœniteat. Fieri enim non poteſt, nec ſecus unquam fiat, ut cui deſint neceſſaria quibus vitam ſuſtentet, non animo frangi atque à potioribus ſolicita mente avocetur, dum quovis modo aut undevis hæc parare conatur.

XIII. At quanto ſatius oppoſitum, ut per opes mediocres & ipſe mala non toleret, & quibus oportet ſuppeditet. Quæ enim jam apud homines reliqua communicatio ſit, ſi nemo quic-

πῶς ἂν τοῦτο τὸ δόγμα πολλοῖς ἄλλοις καὶ καλοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν οὐχὶ φανερῶς ἐναντιούμενον εὑρίσκοιτο καὶ μαχόμενον; ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. κτήσασθε θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου μήτε σὴς μήτε βρῶσις ἀφανίζουσι, μήτε κλέπται διορύσσουσι. πῶς ἄν τις πεινῶντα τρέφοι, καὶ διψῶντα ποτίζοι, καὶ γυμνὸν σκεπάζοι, καὶ ἄστεγον συνάγοι, ἃ τοῖς μὴ ποιήσασιν ἀπειλεῖ πῦρ καὶ σκότος τὸ ἐξώτερον, εἰ πάντων αὐτὸς ἕκαστος φθάνοι τούτων ὑστερῶν; ἀλλὰ μὴν αὐτός τε ἐπιξενοῦται Ζακχαίῳ κελεύει καὶ Ματθαίῳ 1) τοῖς πλουσίοις καὶ τελώναις. καὶ τὰ μὲν χρήματα αὐτοὺς οὐ κελεύει μεθεῖναι, τὴν δὲ δικαίαν 2) κρίσιν ἐπιθείς, καὶ τὴν ἄδικον ἀφελών, καταλέγει· σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν. οὕτως τὴν χρείαν αὐτῶν ἐπαινεῖ, ὥστε καὶ μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης τὴν κοινωνίαν ἐπιτάσσει, ποτίζειν τὸν διψῶντα, ἄρτον διδόναι τῷ πεινῶντι, ὑποδέχεσθαι τὸν ἄστεγον, ἀμφιεννύναι τὸν γυμνόν. εἰ δὲ τὰς χρείας οὐχ οἷόν τε ἐκπληροῦν ταύτας μὴ ἀπὸ χρημάτων, τῶν δὲ χρημάτων ἀφίστασθαι κελεύει, τί ἂν ἕτερον εἴη ποιῶν ὁ κύριος, ἢ τὰ αὐτὰ διδόναι τε καὶ μὴ διδόναι παραινῶν, τρέφειν τε καὶ μὴ τρέφειν, ὑποδέχεσθαι καὶ ἀποκλείειν, κοινωνεῖν καὶ μὴ κοινωνεῖν; ὅπερ ἁπάντων ἀλογώτατον.

14. Οὐκ ἄρα ἀπορριπτέον τὰ καὶ τοὺς πέλας ὠφε-

1) Addit Combefiſius contra fidem exemplaris, συνδειπνεῖται.

2) Videtur legendum κτῆσιν. Apud Ghisler.

quicquam habeat? Quomodo vero dogma hoc non aperte pugnet cum multis aliis ac præclaris, quæ Dominus ſanxit rataque voluit? * *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* ** *Parate theſauros in cœlo, ubi neque ærugo neque tinea demoliuntur, neque fures effodiunt.* *** Quanam quis ratione eſurientem alat, ſitienti potum det, nudum contegat, peregrinum colligat, quæ niſi quis faciat, ignem comminatur & tenebras exteriores, ſi quisque ipſe prior horum omnium egenus extiterit? Quin & ipſe excipi ſe hoſpitio à **** Zacchæo jubet & Matthæo, qui divites eſſent & publicani. Ac quidem dimittere eos pecunias non jubet, ſed adjecto juſto judicio ablatoque injuſto, ſubjungit: *Hodie ſalus huic domui facta eſt, eo quod & ipſe filius Abrahæ.* Sic vero laudat pecuniarum uſum, ut cum hac adjectione communicationem præcipiat, potum dare ſitienti, eſurienti panem præbere, peregrinum ſuſcipere, nudum veſtire. Quod ſi hæc nemo munia absq; pecuniis explere poteſt, jubetque ut divortio facto illas relinquamus; quid aliud quæſo facit Dominus, quam ut eadem dari & non dari jubeat, alere & non alere, ſuſcipere & non ſuſcipere, communicare & non communicare? Quod omnium inſulſiſſimum eſt.

XIV. Non ergo abjiciendæ ſunt opes, quæ & in

* Luc. 16, 9. ** Matth. 6, 19. *** 25, 35.
**** Luc. 5, 29. & 19, 5.

Digitized by Google

ὠφελοῦντα χρήματα. κτήματα γάρ ἐστι κτητὰ ὄντα, καὶ χρήματα χρήσιμα ὄντα καὶ εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων παρεσκευασμένα ὑπὸ τοῦ θεοῦ· ἃ δὴ παράκειται καὶ ὑποβέβληται καθάπερ ὕλη τις καὶ ὄργανα πρὸς χρῆσιν ἀγαθὴν τοῖς εἰδόσι τὸ ὄργανον. ἐὰν χρῇ τεχνικῶς, τεχνικόν ἐστιν· ἐὰν ὑστερῇς τῆς τέχνης, ἀπολαύει
I. τῆς σῆς 1) ἀπαιδευσίας ὂν ἀναίτιον. Τοιοῦτον καὶ ὁ πλοῦτος ὄργανόν ἐστι. δύνασαι χρῆσθαι δικαίως αὐτῷ; πρὸς δικαιοσύνην καθυπηρετεῖ· ἀδίκως τις αὐτῷ χρῆται, πάλιν ὑπηρέτης ἀδικίας εὑρίσκεται. πέφυκε γὰρ ὑπηρετεῖν, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν. οὐ χρὴ τοίνυν τὸ ἐξ αὐτοῦ μὴ ἔχον μήτε τὸ ἀγαθὸν μήτε τὸ κακὸν, ἀναίτιον ὂν αἰτιᾶσθαι· ἀλλὰ τὸ δυνάμενον καὶ καλῶς τούτοις χρῆσθαι καὶ κακῶς, ἀφ' ὧν ἂν ἕληται καθ' αὐτό. τοῦτο δέ ἐστι νοῦς ἀνθρώπου καὶ κριτήριον, ἐλεύθερον ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῆς μεταχειρήσεως τῶν δοθέντων. ὥστε μὴ τὰ κτήματά τις ἀφανιζέτω μᾶλλον ἢ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, τὰ μὴ συγχωροῦντα τὴν ἀμείνω χρῆσιν τῶν ὑπαρχόντων· ἵνα καλὸς καὶ ἀγαθὸς γενόμενος καὶ τούτοις τοῖς χρήμασι χρῆσθαι δυνηθῇ καλῶς. τὸ οὖν ἀποτάξασθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι καὶ πωλῆσαι πάντα τὰ ὑπάρχοντα, τοῦτον τὸν τρόπον ἐκδεκτέον ὡς ἐπὶ τῶν ψυχικῶν παθῶν εἰρημένων.

15. Ἐγὼ

1) ἀπουσίας MS.

& in proximi cedant utilitatem: etenim poſſeſſiones dicuntur, quia earum ea indoles eſt ut poſſideantur; inſuper opes appellantur quia opem ferunt, & humanis uſibus ſunt accommodatæ. Porro divitiæ ac opes præſto ſunt ſubjacentq; velut materia quædam & inſtrumentum, boni uſus præſtandi cauſa, his qui vim inſtrumenti ſciant. Si ex artis rationibus utaris, artificiale eſt; ſi arte careas, imperitiæ tuæ labem contrahit, cum ſit ipſum ab omni immune culpa. Tales divitiæ quoque ſunt; inſtrumentum ſunt. Potes illis uti, juſtitia comite? Ad juſtitiam miniſtræ ſunt. Utitur quis illis, ea non comite? Miniſtræ rurſus fiunt injuſtitiæ. Divitiis enim ex indole eſt ut inſerviant, non ut præſint aut imperent. Cum igitur opes ex ſe neque bonum neque malum habeant, atque omni vacent crimine, haud ipſæ vituperandæ ſunt; ſed quod ſuo arbitratu, & à ſe illis bene aut male uti poteſt; mens ſcilicet humana ac judicii facultas, cui liberum ſit qua ratione uti velit illi ad uſum conceſſis. Nemo igitur divitias & opes, & non magis affectus ac perturbationes deſtruat, per quas non liceat uti facultatibus in bonum virtutis; quo nimirum bonus quis ac probus effectus, his quoque divitiis ac pecuniis probe exque honeſti ratione uti poſſit. Quod igitur cunctis opibus renunciare jubemur, & ut quæ in cenſu ſunt, omnia vendamus; in hunc modum intelligendum eſt, ut de affectibus animi ac perturbationibus dictum accipiatur.

XV.

15. Ἐγὼ γοῦν κἀκεῖνο φήσαιμ' ἄν. ἐπειδὴ τὰ μὲν ἐντός ἐστι τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ ἐκτός· κἂν μὲν ἡ ψυχὴ χρῆται καλῶς, καλὰ καὶ ταῦτα δοκεῖ· ἐὰν δὲ πονηρῶς, πονηρά. ὁ κελεύων ἀπαλλοτριοῦν τὰ ὑπάρχοντα, πότερον ταῦτα παραιτεῖται, ὧν ἀναιρεθέντων ἔτι τὰ πάθη μένει· ἢ ἐκεῖνα μᾶλλον, ὧν ἀναιρεθέντων καὶ τὰ κτήματα χρήσιμα γίνεται; εἰ τοίνυν ὁ ἀποβαλὼν τὴν κοσμικὴν περιουσίαν, ἔτι δύναται m. πλουτεῖν τῶν παθῶν, καὶ τῆς ὕλης μὴ παρούσης· ἡ γάρ τοι διάθεσις τὸ αὐτῆς ἐνεργεῖ καὶ τὸν λογισμὸν ἄγχει, καὶ πιέζει καὶ φλεγμαίνει ταῖς συντρόφοις ἐπιθυμίαις· οὐδὲν οὖν προὔργου γέγονεν αὐτῷ πτωχεύειν χρημάτων, πλουτοῦντι τῶν παθῶν. οὐ γὰρ τὰ ἀπόβλητα ἀπέβαλεν, ἀλλὰ τὰ ἀδιάφορα· καὶ τῶν μὲν ὑπηρετικῶν ἑαυτὸν περιέκοψεν, ἐξέκαυσε δὲ τὴν ὕλην τῆς κακίας τὴν ἔμφυτον τῇ τῶν ἐκτὸς ἀπορίᾳ. ἀποτακτέον οὖν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς βλαβεροῖς, οὐχὶ τοῖς, ἐὰν ἐπιστῆναι τὶς τὴν ὀρθὴν χρῆσιν, καὶ συνωφελεῖν δυναμένοις. ὠφελεῖ δὲ τὰ μετὰ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας οἰκονομούμενα. ἀπωστέα δὲ καὶ ἐπιζήμια· τὰ δὲ ἐκτὸς χρείαν εἰσάγει, κελεύων ἀποθέσθαι οὐ τὰ βιωτικὰ, ἀλλὰ τὰ τούτοις κακῶς χρώμενα· ταῦτα δ' ἦν τὰ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστήματα καὶ τὰ πάθη.

16. Ὁ τούτων πλοῦτος παρὼν, μὲν ἅπασι θα-

XV. Ego certe illud etiam addiderim. Qvandoqvidem alia qvidem extra animum, alia intus inqve anima ſunt; ac ſiqvidem animus illis bene honeſteqve utatur, illis qvoqve bona honeſtaque videntur; ſin autem male, mala; num qvæſo qvi facultates abalienare jubet, has magis repudiat, qvibus ſublatis adhuc vitia manent ac perturbationes; an vero illas, qvibus peremtis ipſæ qvoqve utiles divitiæ fiant? Siqvidem igitur abjectis qvis ſecularis faſtus divitiis, vitiorum adhuc ac affectuum ſegete dives eſſe poteſt, tametſi terrena ſubſtantia ei non ſuppetit, (cupiditas enim qvod ſuum eſt agit, animumqve velut præfocat angitqve & premit, alumnisqve ac inolitis deſideriis accendit) nihil plane ei profuit, qvod egenus divitiis factus eſt, qvi vitiis & affectibus dives ſit. Non enim ea abjecit qvæ abjicienda erant; ſed qvæ promiſcui uſus: ac ſibi qvidem ſervitia abſtulit, innatam vero libidinis vitiiqve materiam exteriori penuria ſuccendit. Renunciandum ergo facultatibus qvæ noxiæ ſint, non iis rebus, qvæ, ſi qvis rectum uſum attenderit, conducere etiam poſſint. Conducunt vero qvæ prudentia comite & ſobrietate ac pietate diſpenſantur. Porro ea ſubmovenda quæ noxia: qvæ autem foris ſunt, ea nihil damni afferunt. Sic igitur Dominus etiam exteriorum uſum inſinuat, jubens ponere non ea, qvibus vita ſuſtentatur; ſed qvæ illis male utantur, ægritudines animi vitiaqve ſeu affectus.

XVI. Horum copia ipſa quidem ſuppetens,

σι θανατηφόρος· ἀπολλύμενος δὲ, σωτήριος. οὐ δεῖ καθαρεύουσαν, τουτέστι πτωχεύουσαν καὶ γυμνὴν τὴν ψυχὴν παρεχόμενον, οὕτως ἤδη τοῦ σωτῆρος ἀκοῦσαι λέγοντος· δεῦρο ἀκολούθει μοι. ὁδὸς γὰρ αὐτὸς ἤδη τῷ καθαρῷ τὴν καρδίαν γίνεται· εἰς δὲ ἀκάθαρτον ψυχὴν, θεοῦ χάρις οὐ παρεισδύεται. ἀκάθαρτος δὲ ἡ πλουτοῦσα τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ὠδίνουσα πολλοῖς ἔρωσι καὶ κοσμικοῖς. ὁ μὲν γὰρ ἔχων κτήματα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ οἰκίας ὡς θεοῦ δωρεάς· καὶ τῷτε διδόντι θεῷ λειτουργῶν ἀπ' αὐτῶν εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν· καὶ εἰδὼς, ὅτι ταῦτα κέκτηται διὰ τοὺς ἀδελφοὺς μᾶλλον ἢ ἑαυτόν· καὶ κρείττων ὑπάρχων τῆς κτήσεως αὐτῶν, μὴ δοῦλος ὧν κέκτηται, μηδὲ ἐν τῇ ψυχῇ ταῦτα περιφέρων, μηδὲ ἐν τούτοις ὁρίζων καὶ περιγράφων τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν, ἀλλά τι καὶ καλὸν ἔργον καὶ θεῖον ἀεὶ διαπονῶν· κἂν ἀποστερηθῆναι δέῃ ποτὲ τούτων, δυνάμενος ἵλεῳ τῇ γνώμῃ, καὶ ἀπαλλαγὴν αὐτῶν ἐνεγκεῖν ἐξ ἴσου, καθάπερ καὶ τὴν περιουσίαν· οὗτος ὁ μακαριζόμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου, καὶ πτωχὸς τῷ πνεύματι λαλούμενος, κληρονόμος ἕτοιμος οὐρανοῦ βασι-
n. λείας, οὐ πλούσιος ζῆσαι μὴ δυνάμενος.

17. Ὁ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ τὸν πλοῦτον φέρων, καὶ ἀντὶ θεοῦ πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ χρυσὸν φέρων ἢ ἀγρὸν, καὶ τὴν κτῆσιν ἄμετρον ἀεὶ ποιῶν, καὶ ἑκάστοτε τὸ πλεῖον βλέπων, κάτω νενευκὼς καὶ τοῖς τοῦ κόσμου θηράτροις

πεπε-

Digitized by Google

cunctis mortifera eſt; & ſi pereat, ſalutis cauſa eſt. Ab ea mundam, hoc eſt, pauperem nudamqve animam præſtare decet, ſicqve jam Salvatorem audire dicentem: * *Veni, ſequere me.* Via enim ipſe tunc fit, habenti cor purum: in impuram autem animam Dei gratia non ſubit. Impura autem eſt qvæ deſideriis dives, multisqve amoribus, iisqve ſecularibus fœta eſt atqve parturit. Nam qui poſſeſſionibus locuples, aurumqve & argentum & domos tanqvam Dei dona habet, Deoqve largitori in hominum ſalutem ex eis obſeqvitur; novitqve fratrum potius cauſa, qvam in ſui gratiam hæc à ſe poſſideri; animoq; qvam pro illorum poſſeſſione præſtantior, non ut ſervus hisqve mancipatus, ea poſſidet; neqve animo circumfert, nec eis vitam ſuam definit ac circumſcribit, ſed & honeſti aliqvid operis atqve divini in laboris partem ſemper aſſumit, & ſi quando neceſſe fuerit illis privari, placido animo pariqve hilaritate eorum jacturam ferre poteſt ac abundantiam: hic ille eſt qvi à Domino ** beatus prædicatur, & pauper ſpiritu vocatur, expeditus hæres regni cœlorum, non qvi divitiarum impatiens earum cultu vivere non poteſt.

XVII. At qvi fert opes in animo, & loco Spiritus Dei fert aurum in corde ſive agrum; nulloqve iis adhibito modo prædia & poſſeſſiones ſemper auget, ac qvotidie alia pluraq; animo cogitat, in terram pronus cernuusqve, ac mundi

* Marc. 10, 21. ** Matth. 5, 3.

Digitized by Google

πεπεδημένος, γῆ ὢν καὶ εἰς γῆν ἀπελευσόμενος, πόθεν δύναται βασιλείας οὐρανῶν ἐπιθυμῆσαι καὶ φροντίσαι, ἄνθρωπος οὐ καρδίαν, ἀλλὰ ἀγρὸν ἢ μέταλλον φορῶν, ἐν τούτοις εὑρεθησόμενος ἐπάναγκες ἐν οἷς εἵλετο; ὅπου γὰρ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ καὶ ὁ θησαυρὸς αὐτοῦ. θησαυροὺς δή γε ὁ κύριος οἶδε διττούς· τὸν μὲν ἀγαθὸν, ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ ἀγαθόν· τὸν δὲ πονηρὸν, ὁ γὰρ κακὸς ἐκ τοῦ κακοῦ θησαυροῦ προφέρει τὸ κακὸν, ὅτι ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. ὥσπερ οὖν θησαυρὸς οὐχ εἷς παρ'
o. αὐτῷ· καθὸ καὶ παρ' ἡμῖν, ὁ τὸ αἰφνίδιον μέγα κέρδος ἐν εὑρέσει διδοὺς, ἀλλὰ καὶ δεύτερος ὁ ἀκερδὴς καὶ ἄζηλος καὶ δύσκτητος καὶ ἐπιζήμιος. οὕτω καὶ πλοῦτος ὁ μέν τις ἀγαθῶν, ὁ δὲ κακῶν· εἴγε τὸν πλοῦτον καὶ τὸν θησαυρὸν οὐκ ἀπηρτημένους ἴσμεν ἀλλήλων τῇ φύσει. καὶ ὁ μέν τις πλοῦτος κτητὸς ἂν εἴη καὶ περίβλητος, ὁ δὲ ἄκτητος καὶ ἀπόβλητος. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ πτωχεία· μακαριστὴ μὲν ἡ πνευματική· διὸ καὶ προσέθηκεν ὁ Ματθαῖος, μακάριοι οἱ πτωχοί· πῶς; τῷ πνεύματι. καὶ πάλιν, μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ. οὐκοῦν ἄθλιοι οἱ ἐναντίοι πτωχοὶ, θεοῦ μὲν ἄμοιροι, ἀμοιρότεροι δὲ τῆς ἀνθρωπίνης κτήσεως, ἄγευστοι δὲ δικαιοσύνης θεοῦ.

18. Ὡς

laqveis irretitus, qui terra ſit & in terram reverſurus ſit; unde is regni cœlorum deſiderio accendatur ac ejus cura affici poſſit; homo ſcilicet, qvi non cor, ſed agrum aut metallum gerat, qvem plane neceſſe ſit in iis deprehendi, qvorum amore captus exiſtit. * Ubi enim eſt mens hominis, ibi & theſaurus ejus eſt. Duplicem porro theſaurum novit Dominus, alterum bonum; ** *Bonus* enim *homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum:* alterum malum, *Malus* enim *de malo theſauro profert malum: ex abundantia enim cordis os loquitur.* Qvemadmodum igitur theſaurus non unus apud eum, velut etiam ſe res in nobis habet, quo ſcilicet inopinato invento, ingens lucrum offendenti præſtatur; ſed & alius eſt nullius frugis, nihilqve expetendus, infauſtæ poſſeſſionis atqve damnoſus: ſic ſunt qvoqve bonorum, deqve malorum genere, divitiæ; ſiqvidem divitias & theſaurum haud inter ſe natura dirimi ſcimus. Ac qvidem erant divitiæ merito poſſidendæ ac amplexandæ, itemqve ne dignæ qvidem qvæ poſſideantur ac reſpuendæ. Ad eundem modum etiam paupertas ſpiritalis qvidem beata prædicanda; unde & adjecit Matthæus, *** *Beati pauperes.* Quo id modo? Nimirum *pauperes ſpiritu.* Ac rurſus, **** *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam Dei.* Igitur miſeri pauperes contrariæ indolis, qvi Dei expertes magisqve expertes humanarum facultatum, Dei juſtitiam ne qvidem delibarunt.

* Matth. 6, 21. ** 12, 35. *** Matt. 5, 3. **** v. 6.

Digitized by Google

p. 18. Ὥς τε τοὺς πλουσίους 1) μαθηματικῶς ἀκουστέον, τοὺς δυσκόλως εἰσελευσομένους εἰς τὴν βασιλείαν, μὴ σκαιῶς μηδὲ ἀγροικῶς μηδὲ σαρκικῶς. οὐ γὰρ οὕτω λέλεκται, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἐκτὸς ἡ σωτηρία, οὔτε εἰ πολλὰ οὔτε εἰ ὀλίγα ταῦτα, ἢ μικρὰ ἢ μεγάλα, ἢ ἔνδοξα ἢ ἄδοξα, ἢ εὐδόκιμα ἢ ἀδόκιμα· ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ, πίστει καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, καὶ φιλαδελφίᾳ, καὶ γνώσει, καὶ πραότητι, καὶ ἀτυφίᾳ, καὶ ἀληθείᾳ, ὧν ἆθλον ἡ σωτηρία. οὐδὲ γὰρ διὰ κάλλος σώματος ζήσεταί τις, ἢ τοὐναντίον ἀπολεῖται· ἀλλ' ὁ μὲν τῷ δοθέντι σώματι ἁγνῶς καὶ κατὰ θεὸν χρώμενος, ζήσεται. ὁ δὲ φθείρων τὸν ναὸν θεοῦ, φθαρήσεται. δύναται δέ τις καὶ αἰσχρὸς ἀσελγαίνειν, καὶ καλὸς σωφρονεῖν. οὐδὲ ἰσχὺς καὶ σώματος μέγεθος ζωοποιεῖ, οὐδὲ τῶν μελῶν οὐδὲν ἀπολλύει· ἀλλ' ἡ τούτοις ψυχὴ χρωμένη τὴν αἰτίαν ἐφ' ἑκατέραν παρέχεται. ὑπόφερε γοῦν, φησὶ, παιόμενος τὸ πρόσωπον· ὅπερ δύναται καὶ ἰσχυρός τις ὢν καὶ διεκτῶν ἐπακοῦσαι, καὶ πάλιν ἀσθενικός τις ὢν ἀκρασίᾳ γνώμης παραβῆναι. οὕτω καὶ ἄπορός τις ἂν καὶ ἄβιος διερεθείη ποτ' ἂν μεθύων ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ χρήμασι πλούσιος, νήφων καὶ πτωχεύων ἡδονῶν, πεπεισμένος, συνετὸς, καθαρὸς, κεκολασμένος. εἰ τοίνυν ἐστὶ τὸ ζησόμενον μάλιστα καὶ πρῶτον ἡ ψυ-

1) Forte πνευματικῶς, aut μεμελημένως.

XVIII. Divites ergo qvi difficile intrabunt in regnum cœlorum ſubtilius ac erudite intelligendi, non pravo ſenſu ruſticiusqve ac carnali intellectu. Non enim ita dictum eſt, nec in eis qvæ foris ſunt ſalus poſita eſt, ſive illa multa ſive pauca ſint, ſive parva ſive magna, ſive laude clara ſive obſcura, ſive probata ſive reproba; ſed in animi virtute, fide, ſpe & caritate; fraterno amore & ſcientia & manſuetudine & modeſtia & veritate, qvorum præmium ſalus eſt. Neqve enim vivet qvispiam qvod pulcro ſit corpore, aut contra, peribit; ſed qvi caſte exqve divinis rationibus utitur conceſſo corpore, is vivet; * qvi vero Dei templum corrumpit, diſperdetur. Poteſt vero qvis etiam deformis indulgere libidini, & qvi pulcher ſit, ſtudere caſtitati. Neqve robur molesqve ac proceritas corporis vitam afferunt, nec membrum aliqvod dat perniciem; ſed cauſam in utrumqve præbet, qvæ his anima utitur. ** Suſtine, inqvit, ſi qvis te in faciem cædit; cui & robuſtus & proſpera utens valetudine obaudire poteſt; & contra qvis infirmus mentis petulantia, ejus transgreſſor eſſe. Sic & rurſus egenus quidam & inops, cupiditatibus ebrius extiterit, quiq; divitiis affluat, ſobrius egenus voluptatum: nempe obſeqvendi animo ſedulus, cordatus, mundus, caſtigatus. Si igitur qvod potisſimum primumq; vitam eſt habitu-

C 4 rum,

* 1 Cor. 3, 17. ** Matt. 5, 39. Luc. 6, 29. 2. Cor. 11, 20.

ἡ ψυχή, καὶ περὶ ταύτην ἀρετὴ μὲν φυομένη σώζει, κακία δὲ θανατοῖ· δῆλον ἤδη σαφῶς, ὅτι αὐτὴ καὶ πτωχεύουσα ὧν ἄν τις ὑπὸ 1) πλούτου διαφθείρει, σώζεται, καὶ πλουτοῦσα τούτων, ὡς ἐπιτρίβει πλοῦτος, θανατοῦται. καὶ μηκέτι ζητῶμεν ἀλλαχοῦ τὴν αἰτίαν τοῦ τέλους, πλὴν ἐν τῇ τῆς ψυχῆς καταστάσει καὶ διαθέσει πρός τε τὴν ὑπακοὴν θεοῦ καὶ καθαρότητα, πρός τε παράβασιν ἐντολῶν καὶ κακίας συλλογήν.

19. Ὁ μὲν ἄρα ἀληθῶς καὶ καλῶς ἐστιν ὁ τῶν ἀρετῶν πλούσιος καὶ πάσῃ τύχῃ χρῆσθαι ὁσίως καὶ πιστῶς δυνάμενος· ὁ δὲ νόθως πλούσιος, ὁ κατὰ σάρκα πλούσιος, καὶ τὴν ζωὴν εἰς τὴν ἔξω κτῆσιν μετενηνοχὼς τὴν παρερχομένην καὶ φθειρομένην, καὶ ἄλλοτε ἄλλου γινομένην, καὶ ἐν τῷ τέλει μηδενὸς μηδαμῆ. πάλιν αὖ καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ γνήσιος πτωχός, καὶ νόθος ἄλλος πτωχὸς καὶ ψευδώνυμος. ὁ μὲν κατὰ πνεῦμα πτωχός, τὸ ἴδιον, ὁ δὲ κατὰ κόσμον, τὸ ἀλλότριον. τῷ δὴ κατὰ κόσμον πτωχῷ καὶ
1. πλουσίῳ κατὰ τὰ πάθη, ὁ κατὰ πνεῦμα οὐ πτωχὸς καὶ κατὰ θεὸν πλούσιος, ἀπόστηθι, φησί, τῶν ὑπαρχόντων ἐν τῇ ψυχῇ σου κτημάτων ἀλλοτρίων, ἵνα καθαρὸς τῇ καρδίᾳ γενόμενος ἴδῃς τὸν θεόν· ὅπερ καὶ δι' ἑτέρας φωνῆς ἐστιν, εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ πῶς αὐτῶν ἀποστῇς; πωλήσας. Τί οὖν; χρήματα ἀντὶ κτημάτων λάβῃς; ἀντίδοσιν πλούτου ποιησάμενος, ἐξαργυρίσας τὴν φανερὰν οὐσίαν; οὐδαμῶς. ἀλλὰ

1) Τούτου. MS.

rum, anima eſt, eiqve vitam præſtat, qvæ illi virtus qvaſi adnaſcitur atqve comes eſt, mortisqve interitu vitam perimit; aperte conſtat, ipſam tum eorum egenam qvæ qvis divitiis labefactat, incolumen fore; tum iis affluentem qvæ ex divitiis proclive inoleſcunt, interitu mergendam. Nec jam alibi qvam in animæ ipſo ſtatu & affectione, ut Deo obſeqvatur mundamqve ſe præbeat, & ut transgrediendo mandata, vitium ac malitiam colligat, cauſam qværamus cur hæc ita utrinqve eveniant.

XIX. Vere igitur probeqve dives eſt, qvi fretus virtutibus eſt & qvavis fortuna ſancte & fide uti poteſt: falſo autem dives, qvi carne dives eſt, vitamqve tranſtulit ad exteriorem ſubſtantiam qvæ præterit atqve interit, ac qvandoqve in alterius cenſum tranſit, & ad extremum nullius plane exiſtit. Rurſus eadem ratione eſt & verus pauper, & ſpurius alius falſiqve nominis pauper exiſtit: qvorum nempe alius pauper ſpiritu ſit, qvod eſt proprium; alius ſeculari faſtu, qvod alienum. Mundi igitur faſtu pauperi, ac qvi dives vitiis ſit, non qvi ſpiritu pauper, & ſecundum Deum dives exiſtat, recede, ait, ab his, qvas in animo poſſides, alienis facultatibus, ut mundo corde evadens videas Deum; quod & alia verborum forma eſt, ut intres in regnum cœlorum. Qvonam vero modo ab eis receſſeris? Vendendo. Quid ergo? Ita nimirum ut prædiorum pretio pecuniam recipias? Nempe opes opibus commutando, conflata qvæ in oculos incurrit ſubſtantia? Nequaquam.

ἀλλὰ ἀντὶ τῶν προτέρων ἐνυπαρχόντων τῇ ψυχῇ, ἣν σῶσαι ποθεῖς, ἀντεισαγόμενος ἕτερον πλοῦτον θεοποιὸν καὶ ζωῆς χορηγὸν αἰωνίου, τὰς κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διαθέσεις· ἀνθ' ὧν σοι περιέσται μισθὸς καὶ τιμὴ διηνεκὴς, καὶ σωτηρία, καὶ αἰώνιος ἀφθαρσία. οὕτω καλῶς πωλεῖς τὰ ὑπάρχοντα, τὰ πολλὰ καὶ περισσὰ, καὶ ἀποκλείοντά σοι τοὺς οὐρανοὺς, ἀντικαταλλασσόμενος αὐτῶν τὰ σῶσαι δυνάμενα. ἐκεῖνα ἐχέτωσαν οἱ σαρκικοὶ πτωχοὶ καὶ τούτων δεόμενοι· σὺ δὲ τὸν πνευματικὸν πλοῦτον ἀντιλαβὼν ἔχοις ἂν ἤδη θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς.

20. Ταῦτα μὴ συνιεὶς κατὰ τρόπον ὁ πολυχρήματος καὶ ἔννομος ἄνθρωπος, μηδὲ ὅπως ὁ αὐτὸς καὶ πτωχὸς δύναται εἶναι καὶ πλούσιος, καὶ ἔχειν τὰ χρήματα καὶ μὴ ἔχειν, καὶ χρῆσθαι τῷ κόσμῳ καὶ μὴ χρῆσθαι, ἀπῆλθε συγνὸς καὶ κατηφὴς, λιπὼν τὴν τάξιν τῆς ζωῆς, ἧς ἐπιθυμεῖν μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τυχεῖν ἠδύνατο, τὸ δύσκολον ποιήσας ἀδύνατον αὐτὸς ἑαυτῷ. δύσκολον γὰρ ἦν μὴ περιάγεσθαι, μηδὲ καταστρέφεσθαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν προσόντων ἁβρῶν τῷ προδήλῳ πλούτῳ καὶ ἀνθηρῶν γοητευμάτων, οὐκ ἀδύνατον δὲ καὶ ἐν τούτῳ λαβέσθαι σωτηρίας, εἴ τις ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου ἐπὶ τὸν νοητὸν καὶ θεοδίδακτον μεταγάγοι, καὶ μάθοι τοῖς ἀδιαφόροις χρῆσθαι καλῶς καὶ ἰδίως, καὶ ὡς ἂν εἰς ζωὴν αἰώνιον ὁρμῷτο. καὶ οἱ μαθηταὶ δὲ τὸ πρῶτον μὲν καὶ αὐτοὶ περιδεεῖς καὶ καταπληγεῖς γεγόνασιν.

ἀκού-

Sed ita ut loco earum, qvæ animo ante inerant, qvem eſſe ſalvum cupis, alias divitias deificas vitæqve æternæ pararias (ex Divini ſcilicet ratione mandati conſertos animi affectus) inferas; pro qvibus erit tibi merces ac perpetuus honor & ſalus æternaqve incorruptio. In hunc modum recte vendis qvæ poſſides, multa illa & ſuperflua, & qvæ tibi cœlum occludunt, cum illis commutans, qvæ ſalutem afferre poſſint. Illa habeant carnali ritu pauperes & qvi his indigeant: tu vero ſpiritalibus eorum loco receptis divitiis, theſaurum in cœlis habeas.

XX. Hæc per metaphoram dicta non intelligens ille multis pecuniis locuples & homo legalis; neqve ut poſſit idem & pauper eſſe & dives, & habere pecunias & non habere, necnon uti ſeculo & non uti, abiit triſtis & mœrens, relicta vitæ ſorte, qvam ſolummodo cupere, ac non etiam aſſeqvi potuit; qvi ſibi nimirum qvod arduum erat, impoſſibile reddiderit. Arduum namqve ac difficile non circumduci animum & labefactari, affluentium bonorum floridaqve ſpecie præſtigio prope obrepentium conſpicuo cenſu ac divitiis; non tamen impoſſibile, cum his etiam nanciſci ſalutem, ſi quis ab iis opibus quæ in ſenſum cadunt, ad eos ſe transferat, quæ in mente intelliguntur, Deoqve docente noſcuntur; noveritqve bene uti illis, qvæ promiſcui uſus ſunt propriaqve illi ratione, & ut animi deſiderio ad vitam æternam enitatur. Quin & diſcipuli, illi qvidem primum timore perculſi ac attoniti ſunt.

Qvo

ἀκούσαντες τί δήποτε; ἆρα γε ὅτι χρήματα καὶ αὐτοὶ ἐκέκτηντο πολλά; ἀλλὰ καὶ αὐτὰ ταῦτα τὰ δικτύδια καὶ ἄγκιστρα, καὶ τὰ ὑπηρετικὰ σκαφίδια ἀφῆκαν πάλαι, ἅπερ ἦν αὐτοῖς μόνα. τί οὖν φοβηθέντες λέγουσι, τίς δύναται σωθῆναι; καλῶς ἤκουσαν, καὶ ὡς μαθηταὶ, τοῦ παραβολικῶς καὶ ἀσαφῶς λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κυρίου, καὶ ἤσθοντο τοῦ βάθους τῶν λόγων. ἕνεκα μὲν οὖν χρημάτων ἀκτημοσύνης εὐέλπιδες ἦσαν πρὸς σωτηρίαν. ἐπειδὴ δὲ συνῄδεσαν ἑαυτοῖς μήπω τὰ πάθη τέλεον ἀποτιθεμένοις· ἀρτιμαθεῖς γὰρ ἦσαν καὶ νεωστὶ πρὸς τοῦ σωτῆρος ἠνδρολογημένοι, περισσῶς ἐξεπλήττοντο, καὶ ἀπεγίνωσκον ἑαυτοὺς οὐδέν τι ἧττον ἐκείνου τοῦ πολυχρημάτου καὶ δεινῶς τῆς κτήσεως περιεχομένου, ἥν γε προέκρινε ζωῆς αἰωνίου. ἄξιον οὖν ἦν τοῖς μαθηταῖς φόβου παντὸς, εἰ καὶ ὁ χρήματα κεκτημένος καὶ ὁ τῶν παθῶν ἔγκυος ὢν, ἐπλούτουν, καὶ αὐτοὶ παραπλησίως ἀπελαθήσονται οὐρανῶν. ἀπαθῶν γὰρ καὶ καθαρῶν ψυχῶν ἐστιν ἡ σωτηρία.

21. Ὁ δὲ κύριος ἀποκρίνεται· διότι τὸ ἐν ἀνθρώποις ἀδύνατον, δυνατὸν θεῷ. Πάλιν καὶ τοῦτο μεγάλης σοφίας μεστόν ἐστιν· ὅτι καθ᾽ αὐτὸν μὲν ἀσκῶν καὶ διαπονούμενος ἀπάθειαν ἄνθρωπος, οὐδὲν ἀνύει· ἐὰν δὲ γένηται δῆλος ὑπερεπιθυμῶν τούτου καὶ

διεσπου-

Quo nempe audito? Num qvod ipſi qvoq; multas pecunias habebant? Verum ipſa qvoqve vilia retia hamosqve ac piſcatorias ſcaphas lintresqve jam olim reliqverant, quæ ſola illis in cenſu erant. Qvid ergo timentes ajunt, * *Et qvis poteſt ſalvus fieri?* Præclare audierant, & ut diſcipuli, qvod per parabolam ſenſuqve obſcuriore à Domino dictum fuerat, ac ſententiæ altitudinem intellexerant. Et qvidem qvod attinet ad pecuniarum abdicationem, bona ſpe conſeqvendæ ſalutis freti erant: qvod vero necdum ſe perfectè affectus vitiaqve exuiſſe ſibi conſcii erant (qvippe nuper diſciplina imbuti recensqve à Salvatore in familiam aſciti) ſupra modum animis perculſi erant, ſuamq; ipſi ſalutem, haud ſecus ac divitis illius habentis multas pecunias, direqve animo rei familiaris addicti (quam & vitæ æternæ prætulerat) in deſperatis habebant. Magno itaqve illis timore dignum videbatur, ſi tum is qvi pecunias haberet, tum qvi affectibus gravidus eſſet, in divitum cenſu habendi eſſent, ipſiqve perindè regno cœlorum ejiciendi forent. Animas enim immunes ab affectibus ac labe puras manet ſalus.

XXI. Dominus vero reſpondit: ** *Qvod eſt impoſſibile apud homines, eſt poſſibile Deo.* Et hoc rurſus magnæ ſapientiæ plenum eſt: idcirco nimirum qvod homo ipſe à ſe, ſuaqve virtute operam ponens, ſtudensqve ac laborans ut compreſſis affectibus tranqvilli animi fiat, nihil inde præſtat: ſin autem ejus deſiderio vehementius inardeſcat,

* Marc. 10, 26. ** Luc. 18, 27.

Digitized by Google

διεσπουδακώς, τῇ προσθήκῃ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως περιγίνεται. βουλομέναις μὲν γὰρ ὁ θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπιπνεῖ. εἰ δὲ ἀποσταῖεν τῆς προθυμίας, καὶ τὸ δοθὲν ἐκ θεοῦ πνεῦμα συνεστάλη. τὸ μὲν γὰρ ἄκοντας σώζειν, ἐστὶ βιαζομένου· τὸ δὲ αἱρουμένους, χαριζομένου. οὐδὲ τῶν καθευδόντων καὶ βλακευόντων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀλλ' οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. αὕτη γὰρ μόνον βία καλή, θεὸν βιάσασθαι, καὶ παρὰ θεοῦ ζωὴν ἁρπάσαι. ὁ δὲ γνοὺς τοὺς βεβαίως, μᾶλλον δὲ βιαίως ἀντεχομένους, συνεχώρησεν, εἶξεν. χαίρει γὰρ ὁ θεὸς τὰ τοιαῦτα ἡττώμενος. τοιγάρτοι τούτων ἀκούσας ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ ἐκλεκτός, ὁ ἐξαίρετος, ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, ὑπὲρ οὗ μόνου καὶ ἑαυτοῦ τὸν φόρον ὁ σωτὴρ ἐκτελεῖ, ταχέως ἥρπασε καὶ συνέβαλε τὸν λόγον· καὶ τί φησιν; ἴδε ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. τὰ δὲ πάντα εἰ μὲν τὰ κτήματα τὰ ἑαυτοῦ λέγει, τέσσαρας ὀβολοὺς ἴσως τοῦ ὅλου καταλιπὼν μεγαλύνεται, καὶ τούτων ἀνταξίαν ἀποφαίνων ἂν λάθοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. εἰ δὲ ἅπερ ἄρτι νῦν ἐλέγομεν τὰ παλαιὰ τὰ κτήματα, καὶ ψυχικὰ νοσήματα ἀποῤῥίψαντες, ἕπονται κατ' ἴχνος τοῦ διδασκάλου, τοῦτ' ἀνάπτοιτο ἤδη τοῖς ἐν οὐρανοῖς ἐγγραφησομένοις. οὕτω γὰρ ἀκολουθεῖν 1) ὄντως τῷ σωτῆρι ἀναμαρτησίαν καὶ τελειότητα τὴν ἐκεί-

1) δεῖ ὄντως apud Ghisler.

deſcat, diligentiamqve omnem adhibeat, adjuncta illi Divina virtute evadet votorum compos. Deus namqve volentibus animis aſpirat. Sin autem à cœpta animi alacritate abſceſſerint, etiam datus à Deo Spiritus contrahitur. Invitis enim ſalutem afferre, ejus eſt qvi vim afferat; volentibus autem libero animi propoſito, ejus qui liberaliter indulgeat. Nec dormientium & in deliciis agentium eſt regnum cœlorum; * *ſed violenti rapiunt* illud. Hæc enim ſola bona violentia, Deo vim inferre, atq; à Deo vitam rapere. Qvi autem novit eos, qvi ſtrenue ac firmiter, imo qvi violenter rei incumbunt, ejus copiam facit ceditqve; gaudet enim Deus in his ſe vinci. Itaqve cum hæc audiſſet beatus Petrus, electus ille & eximius, princeps ille diſcipulorum, ** pro qvo uno & ſeipſo Dominus tributum pendit; ſermonem confeſtim rapuit vimqve ejus comprehendit. Qvid vero ait? *** *Ecce nos reliqvimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Porro omnia, ſi ea dicat qvæ in cenſu habebat, relictis forſitan, qvæ tota ſubſtantia eſſet, qvatuor obolis, magnifice glorietur, imprudensqve dignum horum præmium vicemqve regnum cœlorum pronunciet. Sin autem qvas hactenus memoravimus, veteribus ſpiritualibus quaſi facultatibus animiqve ægritudinibus atq; vitiis projectis, magiſtri veſtigia ſeqvuntur; id vero jam illis connectat, qvi cœlis aſcribendi ſunt. Sic enim revera præſtatur ut Salvatorem ſeqvatur, qvi illius ab omni immunem

noxa

* Matt. 11, 12. ** Matt. 17, 26. *** 19, 28.

ἐκείνου μετερχόμενον, καὶ πρὸς ἐκείνην ὥσπερ κάτοπτρον κοσμοῦντα καὶ ῥυθμίζοντα τὴν ψυχὴν, καὶ πάντα διὰ πάντων ὁμοίως διατιθέντα.

22. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν ἀφῇ τὰ ἴδια, καὶ γονεῖς, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ χρήματα ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου, ἀπολήψεται ἑκατονταπλασίονα. ἀλλὰ μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς ἐπιταραττέτω, μηδὲ τὸ ἔτι σκληρότερον ἀλλαχοῦ ταῖς φωναῖς ἐξενηνεγμένον, ὃς οὐ μισεῖ πατέρα καὶ μητέρα καὶ παῖδας, προσέτι δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ, ἐμὸς μαθητὴς εἶναι οὐ δύναται. οὐ γὰρ εἰσηγεῖται μῖσος καὶ διάλυσιν ἀπὸ τῶν φιλτάτων ὁ τῆς εἰρήνης θεὸς, ὅ γε καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν παραινῶν. εἰ δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπητέον, ἀνάλογον ἀπ' ἐκείνων ἀνιόντι καὶ τοὺς ἐγγυτάτω γένους· ἢ εἰ μισητέον τοὺς πρὸς αἵματος, πολὺ μᾶλλον τοὺς ἐχθροὺς ἀποβάλλεσθαι κατιὼν ὁ λόγος διδάσκει. ὥστε ἀλλήλους ἀναιροῦντες ἐλέγχοιντ' ἂν οἱ λόγοι. ἀλλ' οὐδ' ἀναιροῦσιν, οὐδ' ἐγγύς. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς γνώμης καὶ διαθέσεως καὶ ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὅρῳ πατέρα μισοίη τις ἂν ἐχθρὸν ἀγαπῶν, ὁ μήτε ἐχθρὸν ἀμυνόμενος, μήτε πατέρα Χριστοῦ πλέον αἰδούμενος. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ τῷ λόγῳ μῖσος ἐκκόπτει καὶ κακοποιΐαν, ἐν τούτῳ δὲ τὴν πρὸς τὰ σύντροφα δυσωπίαν, εἰ βλάπτοι πρὸς σωτηρίαν. εἰ γοῦν ἄθεος εἴη τινὶ πατὴρ, ἢ υἱὸς, ἢ ἀδελφὸς, καὶ κώλυμα τῆς πίστεως γένοιτο, καὶ ἐμπόδιον τῆς ἄνω ζωῆς, τούτῳ μὴ συμφε-

ρέσθω

noxa vitam colat ac perfectionem, quique in illam velut ſpeculum contuendo animum perornet componatque, ac in omnibus pares illi mores prorſus induat.

XXII. * *Reſpondens autem Jeſus, ait: Amen dico vobis, qui reliquerit propria, & parentes & fratres & pecunias propter me & Evangelium, recipiet centies tantum.* At neq; hoc vos turbet, nec quod adhuc durioribus verbis alio loco editum eſt, ** *Qui non odit patrem & matrem & filios, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Non enim præcepit odium & divortium à cariſſimis Deus pacis, qui & inimicos diligere jubeat. Quod ſi inimici diligendi ſunt pari etiam ratione ab eis aſcendendo, qui ſunt genere conjunctiſſimi; aut ſi odio habendi affines & cognati, potiori ratione rejiciendos inimicos deſcendendo ratio edocet. Proindè alia aliam ſententiam liquido deſtruit. At non invicem deſtruunt, neq; ulla re adverſantur, autve prope deſtruunt. Ex eodem quippe affectu & animo, eademq; regula patrem odio habeat amando inimicum, qui nec inimicum ulciſcatur, neq; patrem plus Chriſto vereatur. In illo quidem verbo odium reſecat & voluntatem inferendi mala, in hoc vero nimiam in conjunctos reverentiam, dum hæc ſaluti officiat. Si ergo infidelis cuipiam pater aut filius aut frater extiterit, atque horum quilibet fidei vitæque in cœlis conſequendæ impedimentum præſtiterit; huic ne con-

D ſentiat,

* Marc. 10, 29. ** Luc. 14, 26.

ῥέσθω, μηδὲ ὁμονοείτω, ἀλλὰ τὴν σαρκικὴν οἰκειότητα διὰ τὴν πνευματικὴν ἔχθραν διαλυσάτω.

23. Νόμισον εἶναι τὸ πρᾶγμα διαδικασίαν. ὁ μὲν πατήρ σοι δοκείτω παρεστὼς λέγειν· ἐγώ σε ἔσπειρα καὶ ἔθρεψα, ἀκολούθει μοι, καὶ συναδίκει, καὶ μὴ πείθου τῷ Χριστοῦ νόμῳ· καὶ ὅσα ἂν εἴποι βλάσφημος ἄνθρωπος, καὶ νεκρὸς τῇ φύσει. ἑτέρωθεν δ᾽ ἄκουε τοῦ σωτῆρος. ἐγώ σε ἀνεγέννησα, κακῶς ὑπὸ κόσμου πρὸς θάνατον γεγεννημένον. ἠλευθέρωσα, ἰασάμην, ἐλυτρωσάμην· ἐγώ σοι δείξω θεοῦ πατρὸς ἀγαθοῦ πρόσωπον· μὴ κάλει σεαυτῷ πατέρα ἐπὶ γῆς· οἱ νεκροὶ τοὺς νεκροὺς θαπτέτωσαν, σὺ δέ μοι ἀκολούθει· ἀνάξω γάρ σε εἰς ἀνάπαυσιν ἀρρήτων καὶ ἀλήκτων ἀγαθῶν, ἃ μὴ ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων ἀνέβη, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, καὶ ἰδεῖν ἅπερ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἁγίοις ἀγαθὰ καὶ τοῖς φιλοῦσιν αὐτὸν τέκνοις. ἐγώ σου τροφεὺς ἄρτον ἐμαυτὸν διδοὺς, οὗ γευσάμενος οὐδεὶς ἔτι πεῖραν θανάτου λαμβάνει, καὶ πόμα καθ᾽ ἡμέραν ἐνδιδοὺς ἀθανασίας. ἐγὼ διδάσκαλος ὑπερουρανίων παιδευμάτων ὑπὲρ σοῦ πρὸς τὸν θάνατον διηγωνισάμην, καὶ τὸν σὸν ἐξέτισα θάνατον, ὃν ὤφειλες ἐπὶ τοῖς προημαρτημένοις καὶ τῇ πρὸς θεὸν ἀπιστίᾳ. τούτων τῶν λόγων ἑκατέρωθεν διακούσας, ὑπὲρ σεαυτοῦ δίκασον, καὶ τὴν ψῆφον ἔνεγκε τῇ σαυτοῦ σωτηρίᾳ. κἂν ἀδελφὸς ὅμοια λέγῃ, κἂν τέκνον, κἂν γυνὴ, κἂν ὅστις οὖν, πρὸ πάντων

ἐν

ſentiat, aut cum illo concordiam habeat, ſed ſpiritalis inimicitiæ cauſa carnalem neceſſitudinem diluat.

XXIII. Rem arbitrator litis eſſe conteſtationem. Hinc quidem videatur adſtans pater dicere; *Ego te proſeminavi, & enutrivi; ſequere me, pariterque inique age, nec Chriſti legi obſequere*, ac quicquid aliud vir blaſphemus & mortuus natura dixerit. Aliunde vero audi Salvatorem: *Ego te regeneravi, qui male à mundo mortis victima fuiſſes genitus: in libertatem aſſerui, ſanavi, redemi. Ego Dei boni patris tibi vultum oſtendam: noli patrem vocare ſuper terram: mortui ſepeliant mortuos: tu vero me ſequere; ſublimem enim ducam in requiem arcanorum, & quæ nemo eloqui queat, bonorum; * quæ oculus non vidit, nec auris audiat, nec in cor hominis aſcenderunt, ** in quæ deſiderant angeli proſpicere, & videre quæ præparavit Deus bona ſanctis ſeque diligentibus filiis. Ego nutritius tuus, qui meipſum panem præbeam, quem qui guſtaverit, nemo adhuc mortis periculum faciet; qui fundam quotidie potum immortalitatis. Ego magiſter cœlo celſioris doctrinæ ac diſciplinæ: Pro te cum morte certamen deſudavi, ac cujus reus pœnæ eras ob patrata delicta Deoqve negatam fidem & incredulitatis crimen, ego exſolvi.* Qui hos utrinque ſermones audias, pro te ipſe eſto judex, inque tuæ rem ſalutis ferto ſententiam. Et ſi frater ſimilia loquatur, & ſi uxor, & ſi quivis alius, ante omnes Chri-

* I. Cor. 2, 9. ** I. Pet. 1, 12.

ἐν σοὶ Χριστὸς ὁ νικῶν ἔστω, ὑπέρ σου γὰρ ἀγωνί-
ζεται.

24. Δύνασαι καὶ τῶν χρημάτων ἐπίπρο-
σθεν εἶναι. Φράσον, καὶ οὐκ ἀπάγει με Χριστὸς
τῆς κτήσεως, ὁ κύριος οὐ φθονεῖ. ἀλλ' ὁρᾷς σε-
αυτὸν ἡττώμενον ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀνατρεπόμε-
νον; ἄφες, ῥίψον, μίσησον, ἀπόταξαι, φύγε. κἂν
ὁ δεξιός σου ὀφθαλμὸς σκανδαλίζῃ σε, ταχέως
ἔκκοψον αὐτόν. αἱρετώτερον ἑτεροφθάλμῳ βα-
σιλεία θεοῦ, ἢ ὁλοκλήρῳ τὸ πῦρ. κἂν χεὶρ, κἂν
ποῦς, κἂν ἡ ψυχὴ, μίσησον αὐτήν. ἂν γὰρ ἐν-
t. ταῦθα ἀπόληται ὑπὲρ Χριστοῦ, ἐκεῖ ζωογονή-
σεται.

25. Ταύτης δὲ ὁμοίως ἔχεται τῆς γνώμης
καὶ τὸ ἑπόμενον· νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἀγροὺς
u. καὶ χρήματα καὶ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς μὴ ἔχειν
μετὰ διωγμῶν. οὔτε γὰρ ἀχρημάτους, οὔτε ἀνεστί-
ους, οὔτε ἀναδέλφους ἐπὶ τὴν ζωὴν καλεῖ, ἐπεὶ
καὶ πλουσίους κέκληκεν· ἀλλ' ὃν τρόπον προει-
ρήκαμεν, καὶ ἀδελφοὺς κατ' αὐτὸν ὥσπερ Πέτρον
μετ' Ἀνδρέου καὶ Ἰάκωβον μετὰ Ἰωάννου τοὺς
Ζεβεδαίου παῖδας, ἀλλ' ὁμονοοῦντας ἀλλήλοις
τε καὶ Χριστῷ. τὸ δὲ μετὰ διωγμῶν ταῦτα ἕκα-
στα ἔχειν, ἀποδοκιμάζει. διωγμὸς δὲ, ὁ μέν
τις ἔξωθεν περιγίνεται, τῶν ἀνθρώπων ἢ δι'
ἔχθραν, ἢ διὰ φθόνον, ἢ διὰ φιλοκέρδειαν,
ἢ κατ' ἐνέργειαν διαβολικὴν τοὺς πιστοὺς ἐλαυ-
νόντων. ὁ δὲ χαλεπώτατος ἔνδοθέν ἐστι διωγμὸς,
ἐξ αὐτῆς ἑκάστῳ τῆς ψυχῆς προπεμπόμε-
νος, λυμαινομένης, ὑπὸ ἐπιθυμιῶν ἀθέων καὶ
ἡδονῶν ποικίλων καὶ φαύλων ἐλπίδων καὶ φθαρ-
τῶν

Digitized by Google

Chriſtus in te vincat; quippe cujus ille gratia in arenam deſcendat.

XXIV. Potes & pecuniis opponere. Dicito: *Sane non vetat Chriſtus ne poſſeſſiones habeam, non invidet Dominus.* At vides illarum te vinci libidine, & à mentis ſtatu ea te dimoveri? Dimitte, projice, odio habe, abrenuntia, fuge. * *Et ſi dexter oculus ſcandalizat te,* quam primum *erue eum.* Melius eſt cum uno oculo regnum Dei, quam integro ignis. Sive ſit manus, ſive pes, ſive anima, habe odio. Si enim hic Chriſti cauſa etiam pereat, futuro ævo ad vitam reparandam expecta.

XXV. Hunc ſenſum habent & quæ ſequuntur. ** *Nunc, in tempore hoc, agros, pecuniam, domos & fratres non habere cum perſecutionibus.* Neque enim vocat ad vitam qui pecunia careant, qui ſine lare & tecto, qui fratres nullos habeant, cum vocaverit etiam divites; ſed ut ſupra diximus, fratres quoque illius cultos moribus, veluti Petrum & Andream, necnon Jacobum & Joannem Zebedæi filios; verum inter ſe concordes & cum Chriſto. Cæterum ſingula hæc *cum perſecutionibus* habere non probat. Perſecutio vero alia quidem forinſecus obtingit, perſequentibus hominibus fideles & vel inimicitiæ cauſa, vel invidiæ, vel lucri, vel ſuggeſtione diabolica. At graviſſima perſecutio eſt, quæ oritur intrinſecus ex ipſa cujusq; anima, depravata impiis deſideriis variisque voluptatibus, necnon improba ſpe ani-

* Matt. 5, 29. ** Marc. 20, 30.

τῶν ὀνειροπολημάτων· ὅταν ἀεὶ τῶν πλειόνων
ὀρεγομένη, καὶ λυσσῶσα ὑπὸ ἀγρίων ἐρώτων,
καὶ φλεγομένη καθάπερ κέντροις ἢ μύωψι τοῖς
περικειμένοις αὐτῇ πάθεσιν, ἐξαιμάσσηται
πρὸς σπουδὰς μανιώδεις καὶ ζωῆς ἀπόγνωσιν καὶ
θεοῦ καταφρόνησιν. οὗτος ὁ διωγμὸς βαρύτε-
ρος καὶ χαλεπώτερος, ἔνδοθεν ὁρμώμενος, ἀεὶ
συνών, ὃν οὐδὲ ἐκφυγεῖν ὁ διωκόμενος δύνα-
ται· τὸν γὰρ ἐχθρὸν ἐν ἑαυτῷ περιάγει πανταχοῦ.
χοῦ. οὕτω καὶ πύρωσις, ἡ μὲν ἔξωθεν προσπί-
x. πτουσα, δοκιμασίαν κατεργάζεται· ἡ δὲ ἔνδοθεν,
θάνατον διαπράττεται. καὶ πόλεμος, ὁ μὲν
ἐπακτὸς, ῥᾳδίως καταλύεται· ὁ δὲ ἐν τῇ ψυ-
χῇ, μέχρι θανάτου παραμετρεῖται. μετὰ δι-
ωγμοῦ τοιούτου πλοῦτον ἐὰν ἔχῃς τὸ αἰσθητὸν, κἂν
ἀδελφοὺς τοὺς πρὸς αἵματος καὶ τὰ ἄλλα ἐνέ-
χυρα, κατάλιπε τὴν τούτων παγκτησίαν τὴν
ἐπὶ κακῷ, εἰρήνην σεαυτῷ παράσχες, ἐλευθε-
ρώθητι διωγμοῦ μακροῦ, ἀποστράφηθι πρὸς τὸ
εὐαγγέλιον ἀπ᾽ ἐκείνων, ἑλοῦ τὸν σωτῆρα πρὸ
πάντων, τὸν τῆς σῆς συνήγορον καὶ παράκλητον
ψυχῆς, τὸν τῆς ἀπείρου πρύτανιν ζωῆς. τὰ γὰρ
βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα,
αἰώνια. καὶ ἐν μὲν τῷ παρόντι χρόνῳ ὠκύμορα
καὶ ἀβέβαια, ἐν τῷ ἐρχομένῳ δὲ ζωή ἐστιν
αἰώνιος.

26. Ἔσονται οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. τοῦτο πολύχουν μέν ἐστι κατὰ τὴν ὑπόνοιαν καὶ τὸν σαφισμὸν, οὐ μὴν ἔν γε τῷ παρόντι τὴν ζήτησιν ἀπαιτεῖ. οὐ

γὰρ

anibusque inſomniis; quæ plura ſemper habendi cupiditate & ferinis amoribus rabida,æſtuansque objectis velut ſtimulis aculeisque affectibus ac libidinibus, cruentetur ad furioſa ſtudia, ad deſperandam ſalutem Deique ſpretionem. Perſecutio hæc gravior eſt & acerbior, ex animo ipſo prorumpens, ſemperque præſens, quam nec evitare poteſt qui illa appetitur: quippe qui hoſtem omni loco in ſe ipſe circumferat. Similiter etiam quæ extrinſecus adhibetur,incenſio ac tentatio,probationem operatur; quæ vero intrinſecus oritur, mortem inducit. Bellum quoque accidentario ac velut caſu externo agente conflatum, facile diſſolvitur; quod autem ipſi animo ineſt, ad mortem usque extenditur. Cum tali igitur perſecutione ſi carnales divitias habeas, ſi fratres carnales & alia pignora; omnem hanc poſſeſſionem cenſumque in malum cedentem relinque, tibi ipſe pacem præbe, prolixa liberare perſecutione,ad Evangelium ab illis convertere,præ omnibus Salvatorem elige, tuæ patronum ac ſolatium animæ, nullumque finem habituræ præbitorem vitæ. * *Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.* Et in præſenti quidem tempore caduca ſunt nullaque firmitate fulta; in futuro autem æterna eſt vita.

XXVI. ** *Erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi.* Multa hic locus habet reconditioris ſenſus, & quæ egeant explicatione; non tamen de illo inpræſentiarum vertitur quæſtio. Non

* 2 Cor. 4, 18. ** Marc. 10, 31.

γὰρ μόνον ῥέπει πρὸς τοὺς πολυκτήμονας, ἀλλ'
ἁπλῶς πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, τοὺς πίστει
καθάπαξ ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντας. ὥστε τοῦτο μὲν
ἀνακείσθω τῷ νῷ. τὸ δέ γε προκείμενον
ἡμῖν, οἶμαι μηδέν τι ἐνδεέστερον τῆς ἐπαγγε-
λίας δεδεῖχθαι, ὅτι τοὺς πλουσίους οὐδένα τρό-
πον ὁ σωτὴρ κατ' αὐτόν γε τὸν πλοῦτον καὶ τὴν
περιβολὴν τῆς κτήσεως ἀποκέκλεικεν· οὐδ' αὐ-
τοῖς ἀποτετάφρευκε τὴν σωτηρίαν, εἴγε δύναιν-
το καὶ βούλοιντο ὑποκύπτειν τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν
τοῦ θεοῦ ταῖς ἐντολαῖς, καὶ τῶν προσκαίρων προ-
τιμῷεν, καὶ βλέποιεν πρὸς τὸν κύριον ἀτενεῖ
τῷ βλέμματι, καθάπερ εἰς ἀγαθοῦ κυβερνήτου
νεῦμα δεδορκότες, τί βούλεται, τί προστάσσει,
τί σημαίνει, τί δίδωσι τοῖς αὑτοῦ ναύταις τὸ
σύνθημα, ποῦ καὶ πόθεν τὸν ὅρμον ἐπαγγέλ-
λεται. τί γὰρ ἀδικεῖ τις, εἰ προσέχων τὴν
γνώμην, καὶ φειδόμενος πρὸ τῆς πίστεως,
βίον ἱκανὸν συνελέξατο; ἢ καὶ τὸ τούτου
y. μᾶλλον ἀνέγκλητον, εἰ εὐθὺς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὴν
ψυχὴν νέμοντος. εἰς οἶκον τοιούτων ἀνθρώ-
πων εἰσῳκίσθη γένος ἀμφιλαφὲς, τοῖς χρή-
μασιν ἰσχύον καὶ τῷ πλούτῳ κρατοῦν; εἰ γὰρ
διὰ τὴν ἀκούσιον ἐκ πλούτου γένεσιν ἀπελήλαται
ζωῆς, ἀδικεῖται μᾶλλον ὑπὸ τοῦ γειναμένου θεοῦ,
προσκαίρου μὲν ἡδυπαθείας κατηξιωμένος, ἀϊδίου
δὲ ζωῆς ἀπεστερημένος. τί δὲ ὅλως πλοῦτον ἐχρῆν
ἐκ γῆς ἀνατεῖλαί ποτε, εἰ χορηγὸς καὶ πρόξενός
ἐστι θανάτου; ἀλλ' εἰ δύναταί τις ἐνδοτέρω τῶν
z. ὑπαρχόντων κάμπτειν τῆς ἐξουσίας, καὶ μέτρια
φρο-

enim ad ſolas divitias ſpectat, ſed ad omnes plane homines qui fidei ſemel nomen dedere. Itaque huic modo ſuperſedeamus quæſito: quod autem ſubjectum argumento eſt ita demonſtratum arbitror, ut ſatisfactum ſit datæ fidei; quod nempe Salvator ad ipſas divitias quod attinet longeque copioſam ſubſtantiam, divites nullo modo excluſerit aut eis ſalutem intercluſerit, ſi modo poſſint ac velint Divinis inclinare mandatis, vitamque ſuam rebus temporaneis præferant, necnon fixis in Dominum luminibus, ejus ut boni gubernatoris nutum avida expectatione attendant, quid velit, quid jubeat, quid mandet, quam ſuis nautis dat teſſeram; quo tandem & unde curſum navigationis intendat. Quid enim peccat aliquis aut nocet, quod ante fidem ſuſceptam animum adhibens uſusque parſimonia, quantæ ſufficiant ad honeſtam vitæ ſuſtentationem ſibi facultates paravit? aut, quod etiam à culpa remotius eſt, ſi ſtatim à Deo præbente animam, in domum ejusmodi hominum genusque copioſum inductus eſt, potens ſcilicet pecunia & divitiis præſtans? Si enim ejectus vita eſt, quod non ſponte ſua inter divitias natus eſt, injuriam certe à Deo Creatore patitur, temporaria quidem proſperitate donatus, vita autem æterna privatus. Quorſum vero prorſus opus erat opes à terra pullulare, ſi mortem important ejusque auctores exiſtunt? Si quis tamen, quibus fultus divitiis eſt, de potentia decedere animumque flectere poteſt; & modeſte

φρονεῖν, καὶ σωφρονεῖν, καὶ θεὸν μόνον ζητεῖν, καὶ θεὸν ἀναπνεῖν, καὶ θεῷ συμπολιτεύεσθαι, πτωχὸς οὗτος παρέστηκε ταῖς ἐντολαῖς, ἐλεύθερος, ἀήττητος, ἄνοσος, ἄτρωτος ὑπὸ χρημάτων. εἰ δὲ μὴ, θᾶττον κάμηλος διὰ βελόνης εἰσελεύσεται, ἢ ὁ τοιοῦτος πλούσιος ἐπὶ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ παρελεύσεται. σημαινέτω μὲν οὖν τι καὶ ὑψηλότερον ἡ κάμηλος, διὰ στενῆς ὁδοῦ καὶ τεθλιμμένης φθάνουσα τὸν πλούσιον, ὅπερ ἐν τῇ ἀρχῶν
aa. 1) καὶ θεολογίας ἐξηγήσει μυστήριον τοῦ σωτῆρος ὑπάρχει μαθεῖν.

27. Οὐ μὴν ἀλλὰ τό γε φαινόμενον πρῶτον, καὶ δι' ὃ λέλεκται, τῆς παραβολῆς παρεχέσθω. διδασκέτω τοὺς εὐποροῦντας ὡς οὐκ ἀμελητέον τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ὡς ἤδη προκατεγνωσμένοις, οὐδὲ καταποντιστέον αὖ πάλιν τὸν πλοῦτον, οὔτε καταδικαστέον ὡς τῆς ζωῆς ἐπίβουλον καὶ πολέμιον. ἀλλὰ μαθητέον τίνα τρόπον καὶ πῶς πλούτῳ χρηστέον, καὶ τὴν ζωὴν κτητέον. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἐκ παντὸς ἀπόλλυταί τις, ὅτι πλουτεῖ δεδιὼς, οὔτε ἐκ παντὸς σώζεται θαῤῥῶν καὶ πιστεύων ὡς σωθήσεται· φέρε σκεπτέον ἥντινα τὴν ἐλπίδα αὐτοῖς ὁ σωτὴρ ὑπογράφει, καὶ πῶς ἂν τὸ μὲν ἀνέλπιστον ἐχέγγυον γένοιτο, τὸ δὲ ἐλπισθὲν εἰς κτῆσιν ἀφίκοιτο. φησὶν οὖν ὁ διδάσκαλος, τίς ἡ μεγίστη τῶν ἐντολῶν, ἐρωτημένος· ἀγαπήσεις τὸν κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου. ταύτης μείζω μηδεμίαν ἐντολὴν εἶναι· καὶ μάλα εἰκότως. καὶ γὰρ καὶ περὶ τοῦ πρώτου καὶ περὶ τοῦ μεγίστου παραγγέλλεται, αὐτοῦ

1) Hujus libri mentio habetur Stromat. l. 3.

ſapere atque ſobrius eſſe, Deumque unum quærere ac Deum anhelare, & cum Deo converſationem habere: hic pauper præſto mandatis eſt, liber, invictus, nulla laborans ægritudine, nullo ex pecuniis vulnere. Sin minus,* *facilius camelus per acum ingredietur, quam dives ejusmodi intrabit regnum cœlorum.* Porro etiam altius quidpiam ſignificet camelus, per arctam ac coangustatam viam antevertens divitem; quod Salvatoris myſterium in expoſitione Principiorum & Theologiæ condiſcere licet.

XXVII. Verum exponamus primum de parabola quod illius conſpicuum eſt, & cujus gratia dicta fuit. Doceat locupletes haud negligendam ſalutem, quaſi ejus jam ſpes omnis illis ſublata ſit. Nec vero rurſus opes pelago mergendas aut improbandas, quaſi vitæ inſidiantes & inimicas: ſed diſcendum, quomodo quave ratione illis utendum, & ut vita comparanda ſit. Nam quia non omnino perit quis, timens quia dives ſit, nec omnino ſalvus eſt, ea fiducia ac ſpe, qua ſe ſalvum fore confidit: age conſideremus, quam illis ſpem Salvator præſcribat; & qua item ratione quod extra ſpem fore videtur, pignoris loco fiat, quodque illa nititur, in adeptionem evadat. Ait igitur magiſter, interrogatus, quod ſit maximum mandatorum, ** *Diliges Dominum Deum ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* Hoc nullum eſſe majus mandatum; & jure quidem optimo: nam & de primo maximoque latum mandatum eſt,

* Marc. 10, 25. ** Matt. 12. 36, 37, 38.

αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, πατρὸς ἡμῶν, δι' οὗ καὶ γέγονε καὶ ἔστι τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ σωζόμενα πάλιν ἐπανέρχεται. ὑπὸ τούτου τοίνυν προαγαπηθέντας καὶ τοῦ γενέσθαι τυχόντας οὐχ ὅσιον ἄλλό τι πρεσβύτερον ἄγειν καὶ τιμιώτερον· ἐκτίνοντας μόνην τὴν χάριν ταύτην μικρὰν ἐπὶ μεγίστοις, ἄλλο δὲ μηδοτιοῦν ἔχοντας ἀνενδεεῖ καὶ τελείῳ θεῷ πρὸς ἀμοιβὴν ἐπινοῆσαι· αὐτῷ δὲ τῷ ἀγαπᾶν τὸν πατέρα εἰς οἰκείαν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, ἀφθαρσίαν κομιζομένους. ὅσον γὰρ ἀγαπᾷ τις τὸν θεὸν, τοσούτῳ καὶ πλέον ἐνδοτέρω τοῦ θεοῦ παραδύεται.

28. Δευτέραν ἢ τάξει, καὶ οὐδέν τι μικροτέραν ταύτης εἶναι λέγει, τὸ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· οὐκοῦν τὸν θεὸν ὑπὲρ σεαυτόν. πυνθανομένου δὲ τοῦ προσδιαλεγομένου, τίς ἐστί μου πλησίον; οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἰουδαίοις προωρίσατο τὸν πρὸς αἵματος, οὐδὲ τὸν πολίτην, οὐδὲ τὸν προσήλυτον, οὐδὲ τὸν ὁμοίως περιτετμημένον, οὐδὲ τὸν ἑνὶ καὶ ταυτῷ νόμῳ χρώμενον· ἀλλὰ ἄνωθεν καταβαίνοντα ἀπὸ ἱερουσαλὴμ ἄγει τῷ λόγῳ τινὰ εἰς ἱεριχὼ, καὶ τοῦτον δείκνυσιν ὑπὸ λῃστῶν συγκεκεντημένον, ἐῤῥιμένον ἡμιθνῆτα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ὑπὸ ἱερέως παροδευόμενον ὑπὸ λευίτου παρορώμενον, ὑπὸ δὲ τοῦ σαμαρείτου τοῦ ἐξωνειδισμένου καὶ ἀφωρισμένου κατελεούμενον. ὃς οὐχὶ κατὰ τύχην, ὡς ἐκεῖνοι παρῆλθον, ἀλλ' ἧκεν ἐσκευασμένος ὧν ὁ κινδυνεύων ἐδεῖτο, οἶνον ἔλαιον, ἐπιδέσμους, κτῆνος, μισθὸν

τῷ

eſt, de ipſo nimirum Deo, patre noſtro, per quem facta ſunt atq; exiſtunt omnia, & ad quem rurſus revertuntur quæ fiunt ſalva. Ab hoc igitur ante dilectos & conditos, nefas aliud quidvis antiquius ducere ac præſtantius, quam ut hanc duntaxat exiguam gratiam maximorum munera grata vice referamus, cum nihil aliud excogitari poſſit, quod nullius egenti ac perfecto Deo rependi à nobis poſſit; ipſaque ea ratione qua Patrem diligimus, quanta virtus ac facultas eſt, incorruptionis munus conſequamur. Quanto enim quis amplius Deum diligit, tanto in Deum intimius quaſi pervadit.

XXVIII. Alterum autem ordine, nec quicquam priore minus ait eſſe mandatum, * *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Ergo Deum ſupra teipſum. Percontante autem eo, quo cum illi ſermo, ** *Et quis eſt meus proximus?* non eodem modo, quo Judæi, definivit proximum, id eſt conſanguineum, civem, proſelytum, aut qui ſimiliter circumciſus ſit, vel una eademque lege utitur: ſed hominem inducit, qui procul ab Jeruſalem deſcendat in Jericho: huncque oſtendit à latronibus confoſſum, projectum ſemivivum in via; qvem Sacerdos prætereat, Levites deſpiciat; Samaritanus vero (ſpretus ille ac ſegregatus) miſericordia impertiat: venit autem non caſu ut illic ſecus locum tranſiens, ſed illis inſtructus quæ ſic verſanti in periculo ac laboranti opus erant, puta oleo, alligaturis, jumento; qui mercedem ſtabu-

* Matt. 22, 39. ** Luc. 10, 29.

Digitized by Google

τῷ πανδοχεῖ, τὸν μὲν ἤδη διδόμενον, τὸν δὲ προσυπισχνούμενον. τίς ἔφη τούτων γέγονε πλησίον τῷ τὰ δεινὰ παθόντι; τοῦ δὲ ἀποκρινομένου, ὁ τὸν ἔλεον πρὸς αὐτὸν ἐπιδειξάμενος. καὶ σὺ τοίνυν πορευθεὶς, οὕτω ποίει τῆς ἀγάπης βλαστανούσης εὐποιΐαν.

29. Ἐν ἀμφοτέραις μὲν οὖν ταῖς ἐντολαῖς ἀγάπην εἰσηγεῖται· τάξει δὲ αὐτὴν διῄρηκε. καὶ ὅπου μὲν τὰ πρωτεῖα τῆς ἀγάπης ἀνάπτει τῷ θεῷ, ὅπου δὲ τὰ δευτερεῖα νέμει τῷ πλησίον. τίς δὲ ἂν ἄλλος εἴη, πλὴν αὐτὸς ὁ σωτήρ; ἢ τίς μᾶλλον ἡμᾶς ἐλεήσας ἐκείνου, τοὺς ὑπὸ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους ὀλίγου τεθανατωμένους τοῖς πολλοῖς τραύμασι, φόβοις, ἐπιθυμίαις, ὀργαῖς, λύπαις, ἀπάταις, ἡδοναῖς; τούτων δὲ τῶν τραυμάτων μόνος ἰατρὸς Ἰησοῦς, ἐκκόπτων ἄρδην τὰ πάθη πρόῤῥιζα· οὐχ ὥσπερ ὁ νόμος ψιλὰ τὰ ἀποτελέσματα, τοὺς καρποὺς τῶν πονηρῶν φυτῶν, ἀλλὰ τὴν ἀξίνην τὴν ἑαυτοῦ πρὸς τὰς ῥίζας τῆς κακίας προσαγαγών. οὗτος ὁ τὸν οἶνον τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς Δαβὶδ ἐκχέας ἡμῶν ἐπὶ τὰς τετρωμένας ψυχὰς, ὁ τὸ ἐκ
bb. σπλάγχνων πνεύματος 1) ἔλαιον προσενεγκὼν, καὶ ἐπιδαψιλευόμενος. οὗτος ὁ τοὺς τῆς ὑγείας καὶ σωτηρίας δεσμοὺς ἀλύτους ἐπιδείξας, ἀγάπην, πίστιν, ἐλπίδα· οὗτος ὁ διακονεῖν ἀγγέλους καὶ ἀρχὰς καὶ
cc. ἐξουσίας ἡμῖν ὑποτάξας ἐπὶ μεγάλῳ μισθῷ, διότι καὶ αὐτοὶ ἐλευθερωθήσονται ἀπὸ τῆς ματαιότητος τοῦ κόσμου παρὰ τὴν ἀποκάλυψιν τῆς δόξης τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ. τοῦτον οὖν ἀγαπᾶν ἴσα χρὴ τῷ θεῷ· ἀγαπᾷ δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν ὁ τὸ θέλημα

1) MS. πρὸς.

ſtabulario partim tribuat, partim ſe daturum polliceatur. * *Quis horum*, inquit, *fuit proximus, ejus qui dira paſſus eſt?* Illoque reſpondente, *Qui fecit miſericordiam in illum. Et tu*, inquit, *vade, & fac ſimiliter:* quod videlicet caritas beneficentiæ parens ſit.

XXIX. In utroque igitur mandato caritatem documento tradit, ordine tamen ambo hæc diſtinxit; primasque caritatis partes Deo aſcribit, ſecundas vero proximo tribuit. Quis vero alius fuerit quam ipſe Salvator? aut quis illo majorem nobis miſericordiam impendit, à mundi ſcilicet rectoribus tenebrarum vix non multis vulneribus, terroribus, deſideriis, furoribus, mœroribus, fraudibus, voluptatibus enecatis atque extinctis? Horum porro vulnerum medicus ſolus eſt Jeſus, qui radicitus vitia prorſus exſcindat, non ſicut Lex nuda effecta (pravarum fructus plantarum) ſed qui ipſe ſuam ſecurim malitiæ radicibus admoverit. Hic eſt, qui vinum (ſanguinem vitis Davidicæ) ſauciis animabus infudit; qui ex viſceribus Spiritus oleum adhibuit, abundantiorique largitate tribuit. Hic eſt qui ſanitatis ſalutisque alligaturas, caritatem, fidem, ſpem inſolubiles effecit. Hic eſt qui angelos & principatus & poteſtates, ut nobis miniſterio fungantur, ſub magna mercede ſubjecit; nam & ipſi liberabuntur à mundi vanitate in revelatione gloriæ filiorum Dei. Hunc igitur æque diligere oportet ac Deum: diligit autem Chriſtum, qui facit

* Luc. 36, 37.

θέλημα αὐτοῦ ποιῶν καὶ φυλάσσων αὐτοῦ τὰς ἐντολάς. οὐ γὰρ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ᾽ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου. καὶ, τί με λέγετε κύριε κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; καὶ, ὑμεῖς μακάριοι οἱ ὁρῶντες, καὶ ἀκούοντες, ἃ μήτε δίκαιοι, μήτε προφῆται, ἐὰν ποιῆτε ἃ λέγω.

30. Πρῶτος μὲν οὖν οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸν ἀγαπῶν. δεύτερος δὲ, ὁ τοὺς εἰς ἐκεῖνον πεπιστευκότας τιμῶν καὶ περιέπων. ὃ γὰρ ἄν τις εἰς μαθητὴν ἐργάσηται, τοῦτο εἰς ἑαυτὸν ὁ κύριος ἐκδέχεται, καὶ πᾶν ἑαυτοῦ ποιεῖται. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου. ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐδώκατέ μοι πιεῖν· καὶ ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς ἤμην, καὶ ἐνεδύσατέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες· κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν· ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; πότε δὲ εἴδομέν σε ξένον, καὶ συνηγάγομεν· ἢ γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν; ἢ πότε σε εἴδομεν ἀσθενοῦντα, καὶ ἐπεσκεψάμεθα; ἢ ἐν φυλακῇ καὶ ἤλθομεν πρός σε; ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. πάλιν ἐκ τῶν ἐναντίων πρὸς τοὺς ταῦτα μὴ παρασχόντας, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ

ἀλλα-

cit ejus voluntatem, ſervatque illius mandata. * *Non* enim *omnis qui dicit mihi Domine, Domine,* intrabit *in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei.* Et, ** *Quid me dicitis Domine Domine, & non facitis quæ dico?* Et, *** *Vos beati qui videtis & auditis, quæ nec juſti, nec Prophetæ viderunt;* modo tamen feceritis ea quæ dico.

XXX. Primus igitur hic eſt, qui Chriſtum diligit; ſecundum eum, qui ejus fideles honori habet ac colit. Quod enim in diſcipulum quis egerit, hoc in ſe Dominus factum accipit, ac quicquid illud eſt ſibi aſcribit. **** *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & cooperuiſtis me; infirmus, & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei juſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pavimus te; & ſitientem, & dedimus tibi potum; Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus? & nudum, & cooperuimus? aut quando te vidimus infirmum, & viſitavimus? aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Rurſus vero è contrario, ad eos, qui hæc non præbuerunt: *Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis uni ex his minimis, nec mihi feciſtis.* Alio

E item

* Joan. 14, 23. Matt. 7, 21. ** Luc. 6, 40.
*** Matt. 13, 23. **** Matt. 25, 34. &c.

ἀλλαχοῦ, ὁ ὑμᾶς δεχόμενος, ἐμὲ δέχεται· ὁ ὑμᾶς μὴ δεχόμενος, ἐμὲ ἀθετεῖ.

31. Τούτους καὶ τέκνα καὶ παιδία, καὶ νήπια, καὶ φίλους ὀνομάζει, καὶ μικροὺς ἐνθάδε ὡς πρὸς τὸ μέλλον ἄνω μέγεθος αὐτῶν· μὴ καταφρονήσητε λέγων ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. τούτων γὰρ οἱ ἄγγελοι διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου ἐν οὐρανοῖς. καὶ ἑτέρωθι, μὴ φοβεῖσθε τὸ μικρὸν ποίμνιον· ὑμῖν γὰρ εὐδόκησεν ὁ πατὴρ παραδοῦναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. κατὰ τῶν τὰ αὐτὰ καὶ τοῦ μεγίστου ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννου, τὸν ἐλάχιστον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τουτέστι τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν εἶναι μείζω λέγει. καὶ πάλιν· ὁ δεχόμενος δίκαιον ἢ προφήτην, εἰς ὄνομα δικαίου ἢ προφήτου, τὸν ἐκείνων μισθὸν λήψεται. ὁ δὲ μαθητὴν ποτίσας εἰς ὄνομα μαθητοῦ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος, τὸν μισθὸν οὐκ ἀπολέσει. οὗτος οὖν ὁ μόνος ὁ μισθὸς οὐκ ἀπολλύμενός ἐστι. καὶ αὖθις· ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς· φύσει μὲν ἅπασαν κτῆσιν ἣν αὐτός τις ἐφ᾽ ἑαυτοῦ κέκτηται, 1) οὐκ ἰδίαν οὖσαν ἀποφαίνων· ἐκ δὲ ταύτης τῆς ἀδικίας ἐνὸν καὶ πρᾶγμα δίκαιον ἐργάσασθαι καὶ σωτήριον, ἀναπαῦσαί τινα τῶν ἐχόντων αἰώνιον σκηνὴν παρὰ τῷ πατρί. ὅρα πρῶτον μὲν, ὡς οὐκ ἀπαιτεῖσθαι σε κεκέλευκεν, οὐδὲ ἐνοχλεῖσθαι περι-

1) ὡς ἰδίαν MS.

item loco: * *Qui vos recipit, me recipit: qui vos non recipit, me ſpernit.*

XXXI. Hos vocat & filios & pueros & infantes & amicos, & parvulos in præſenti, ſi cum futura illa in cœlis magnitudine conferantur.** *Ne condemnatis*, inquit, *unum ex his puſillis; angeli enim eorum ſemper vident faciem patris mei, qui eſt in cœlis.* Alio quidem loco:*** *Nolite timere puſillus grex: complacuit enim Patri dare vobis regnum* cœlorum. Hac ipſa ratione, etiam Joanne, qui maximus eſt inter natos mulierum, qui minor eſt in regno cœlorum (ſuum nimirum diſcipulum) majorem eſſe dicit. Ac rurſus, **** *Qui recipit juſtum aut Prophetam in nomine juſti aut Prophetæ, illius mercedem recipiet: & qui potum dederit diſcipulo in nomine diſcipuli calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem.* Hæc igitur ſola merces non peribit. Et rurſus, ***** *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula;* ita nimirum ut quicquid facultatum penes ſe quis poſſideat, non eſſe proprium natura cenſum ſubſtantiamq; pronuntiet. Ex hac porro iniquitate licet etiam rem juſtam ac ſalutarem præſtare; ut nempe eorum aliquem reficias atq; ſuſtentes, qui æternum apud Patrem tabernaculum nacti ſunt. Vide primum quidem non juſſiſſe ut à te exigi patiaris, nec ut importunos tibi fore egenos

 ſinas;

* Matth. 10, 40. Luc. 10, 16. ** Matth. 18, 10. *** Luc. 12, 32. Matth. 11, 11. **** Matth. 10, 41. ***** Luc. 16, 9.

περιμένειν, ἀλλ' αὐτὸν ζητεῖν τοὺς εὖ πεισομένους, ἀξίους τε ὄντας τοῦ σωτῆρος μαθητάς. καλὸς μὲν οὖν καὶ ὁ τοῦ ἀποστόλου λόγος· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός, χαίροντα τῷ διδόναι, καὶ μὴ φειδόμενον, ὡς σπείροντα, 1) ἵνα οὕτω καὶ θερίσῃ, δίχα γογγυσμοῦ καὶ διακρίσεως, καὶ λύπης, καὶ κοινωνοῦντα, ὅπερ ἐστὶν εὐεργεσία 2) ἀγαθή. κρείττων δ' ἐπὶ τούτου ὁ τοῦ κυρίου λελεγμένος ἐν ἄλλῳ χωρίῳ, παντὶ τῷ αἰτοῦντι σε δίδου. θεοῦ γὰρ ὄντως ἡ τοιαύτη φιλοδωρεά. οὑτοσὶ δὲ ὁ λόγος ὑπὲρ ἅπασάν ἐστι 3) τελειότητα, μηδ' αἰτεῖσθαι περιμένειν, ἀλλ' αὐτὸς ἀναζητεῖν, ὅστις ἄξιος εὖ παθεῖν.

32. Ἔπειτα τηλικοῦτον μισθὸν ὁρίσαι τῆς κοινωνίας, αἰώνιον σκηνήν. ὦ καλῆς ἐμπορίας, ὦ θείας ἀγορᾶς. ὠνεῖται χρημάτων τις ἀφθαρσίαν, καὶ δοὺς τὰ διολλύμενα τοῦ κόσμου, μονὴν τούτων αἰώνιον ἐν οὐρανοῖς ἀντιλαμβάνει. πλεῦσον ἐπὶ ταύτην, ἂν σωφρονῇς, τὴν πανήγυριν, ὦ πλούσιε. κἂν δέῃ, περίελθε 4) γῆν ὅλην. μὴ φείσῃ κινδύνων καὶ πόνων, ἵν' ἐνταῦθα βασιλείαν οὐράνιον ἀγοράσῃς. τί σε λίθοι διαφανεῖς καὶ σμάραγδοι τοσοῦτον εὐφραίνουσι, καὶ οἰκία τροφὴ πυρὸς, ἢ χρόνου παίγνιον, ἢ σεισμοῦ πάρεργον, ἢ ὕβρισμα τυράννου; ἐπιθύμησον ἐν οὐρανοῖς οἰκῆσαι καὶ βασιλεῦσαι μετὰ θεοῦ. ταύτην σοι τὴν βασιλείαν ἀνθρω-

1) MS. habet ἵνα μή. 2) MS. καθή. 3) MS. θεότητα. 4) MS. τὴν ὅλην.

Digitized by Google

ſinas; ſed ut tu ipſe quæras in quos beneficium ſis collocaturus, & qui Salvatoris digni diſcipuli exiſtant. Et præclare quidem ab Apoſtolo, * *Hilarem enim datorem diligit Deus*; qui largitate delectatur, nec ſeminando parcus exiſtat, ut & ita parique ubertate metat; ſine murmuratione & diſtinctione, nullaq; mœſtitudine tribuat, quod præclare munus beneficentiæ eſt. Hoc autem melior eſt, ad quem Salvator dixit alio loco, ** *Omni petenti te, tribue*. Dei namque vere ejuscemodi ſicque facilis largitas. Ceterum doctrina hæc omni major eſt perfectione, ut nec expectes, qui à te efflagitet, ſed ipſe inquiras, quis dignus ſit, in quem beneficium conferas.

XXXII. Deinde tantam ſtatuere mercedem erogationis, æternum tabernaculum! ô pulcram negotiationem! ô divinum mercimonium! Emit quis pecunia incorruptionem, datisque ſeculi rebus quæ intereunt, præmii loco æternam in cœlis manſionem recipit. Tu qui dives es, ad has, ſi ſapis, navigationem inſtitue nundinas. Si neceſſe ſit, terram omnem peragra. Ne parcas periculis ac laboribus, ut quamdiu præſens agitur vita, coemas regnum cœlorum. Cur te adeo recreant lapilli pretioſi & ſmaragdi, domusq; ignis pabulum, ſive temporis ludibrium, aut terræ motus aliud agentis excidium, aut tyranni injuria? In votis habeto cœlorum habitaculum & ut regnes cum Deo. Hic, quæ parva ſunt acceptis,

E 3 ibi

* 2 Cor. 9, 7.
** Luc. 6, 30.

ἄνθρωπος δώσει θεὸν ἀπομιμούμενος. ἐνταῦθα μικρὰ λαβὼν, ἐκεῖ δι' ὅλων αἰώνων συνοικίαν σοι ποιήσεται· ἱκέτευσον ἵνα λάβῃ· σπεῦσον, ἀγωνίασον· φοβήθητι μή σε ἀτιμάσῃ. οὐ γὰρ κεκέλευσαι λαβεῖν, ἀλλά σε παρασχεῖν. οὐ μὴν οὐδ' εἶπεν ὁ κύριος· δὸς ἢ παράσχες, ἢ εὐεργέτησον, ἢ βοήθησον· φίλον δὲ ποίησαι. ὁ δὲ φίλος οὐκ ἐκ μιᾶς δόσεως, ἀλλὰ συνουσίας μακρᾶς. οὐδὲ γὰρ ἡ πίστις, οὐδὲ ἡ ἀγάπη, οὐδὲ ἡ καρτερία μιᾶς ἡμέρας, ἀλλ' ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

33. Πῶς οὖν ὁ ἄνθρωπος ταῦτα δίδωσι; δώσω γὰρ οὐ μόνον τοῖς φίλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς φίλοις τῶν φίλων. καὶ τίς οὗτός ἐστιν ὁ φίλος τοῦ θεοῦ; σὺ μὲν μὴ κρῖνε τίς ἄξιος ἢ τίς ἀνάξιος. ἐνδέχεται γάρ σε διαμαρτεῖν περὶ τὴν δόξαν. ὡς ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ τῆς ἀγνοίας, ἄμεινον καὶ τοὺς ἀναξίους εὖ ποιεῖν διὰ τοὺς ἀξίους, ἢ φυλασσομένους τοὺς ἧσσον ἀγαθοὺς, μηδὲ τοῖς σπουδαίοις περιπεσεῖν. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ φείδεσθαι, καὶ προσποιεῖσθαι δοκιμάζειν τοὺς εὐλόγως ἢ μὴ τευξομένους, ἐνδέχεταί σε καὶ θεοφιλῶν ἀμελῆσαι τιμῶν. οὗ τὸ ἐπιτίμιον κόλασις ἔμπυρος αἰώνιος. ἐκ δὲ τοῦ 1) προΐεσθαι πᾶσιν ἑξῆς τοῖς χρῄζουσιν, ἀνάγκη πάντως εὑρεῖν τινα, καὶ τῶν σῶσαι παρὰ θεῷ δυναμένων. μὴ κρῖνε τοίνυν, ἵνα μὴ κριθῇς. ᾧ μέτρῳ μετρεῖς, τούτῳ καὶ ἀντιμετρηθήσεταί σοι. μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ

1) MS. προσίεσθαι. Apud Ghisler. προσήεσθαι.

ibi te per omnia ſecula contubernalem efficiet. Supplica ut accipiat: feſtina, enitere; time ne te ille ſpernat. Nec enim is in mandatis habet ut accipiat, ſed tu ut præbeas. Quin ne hoc quidem dixit Dominus, dato, præbe, beneficentia utere, auxilio fove, ſed * *Fac amicum*. Amicus autem, non una largitione ſeu munere, ſed longa familiaritate præſtatur. Nam neque fides aut caritas aut tolerantia unius diei eſt, ſed ** *qui perſeveravit usque in finem, ſalvus erit*.

XXXIII. Quonam igitur modo homo hæc tribuit? Dabo enim non ſolum amicis, verum etiam amicis amicorum. Ecquisnam vero hic eſt Dei amicus? Tu quidem noli judicare quis dignius aut indignus ſit; fieri enim poteſt ut opinione tua errore labaris. Sic vero in proclivi cum ſit error melius erit, ut & indignis benefacias propter dignos, quam ut dum caves indignos, ne in eos quidem qui bene merentur, incidas. Dum enim nimia cautione uteris, viderisqve probare quinam merito necne accepturi ſint, contingit ut Dei amicos colere negligas; cujus neglectus pœna, æternum ignis ſupplicium exiſtit. Quod vero omnibus qui indigeant deinceps præbeas, neceſſe omnino etiam aliquem nanciſci, qui apud Deum ſalutem conciliare queat. *** *Noli itaque judicare, ut non judiceris: qua menſura menſus fueris, remetietur tibi. Menſura bona, conferta & coa-*

* Luc. 16, 9. ** Matth. 10, 22. *** Matth. 7, 1. Luc. 6, 38.

καὶ σεσαλευμένον, ὑπερεκχυνόμενον ἀποδοθήσε-
ταί σοι. πᾶσιν ἄνοιξον τὰ σπλάγχνα τοῖς τοῦ
θεοῦ μαθηταῖς ἀπογεγραμμένοις· μὴ πρὸς σῶ-
μα ἀπιδὼν ὑπερόπτως, μὴ πρὸς ἡλικίαν ἀμε-
λῶς διατεθείς. μηδ᾽ εἴ τις ἀκτήμων ἢ
δυσειδὴς ἢ ἀσθενὴς φαίνεται, πρὸς τοῦτο
τῇ ψυχῇ δυσχεράνῃς καὶ ἀποστραφῇς. σχῆμα
dd. τοῦτ᾽ ἔστιν ἔξωθεν ἡμῖν περιβεβλημένον τῆς εἰς
κόσμον παρόδου πρόφασις, ἵνα εἰς τὸ κοινὸν
τοῦτο παιδευτήριον εἰσελθεῖν δυνηθῶμεν· ἀλλ᾽
ἔνδον ὁ κρυπτὸς ἐνοικεῖ πατὴρ, καὶ ὁ τούτου
παῖς ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν, καὶ μεθ᾽ ἡμῶν
ἀναστάς.

34. Τοῦτο τὸ σχῆμα βλεπόμενον ἐξαπα-
τᾷ τὸν θάνατον καὶ τὸν διάβολον. ὁ γὰρ ἐντὸς
πλοῦτος, τὸ κάλλος, αὐτοῖς ἀθεατός ἐστι.
καὶ μαίνονται περὶ τὸ σαρκίον, ὃ καταφρο-
νοῦσιν ὡς ἀσθενοῦς, τῶν ἔνδον ὄντες τυφλοὶ
κτημάτων· οὐκ ἐπιστάμενοι πηλίκον τινὰ θη-
σαυρὸν ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει βαστάζομεν δυνά-
μει θεοῦ πατρὸς καὶ αἵματι θεοῦ παιδὸς καὶ
δρόσῳ πνεύματος ἁγίου περιτετειχισμένον. ἀλ-
λὰ σύ γε μὴ ἐξαπατηθῇς ὁ γεγευμένος τῆς
ἀληθείας, καὶ κατηξιωμένος τῆς μεγάλης
λυτρώσεως· ἀλλὰ τὸ ἐναντίον τοῖς ἄλλοις ἀν-
θρώποις σεαυτῷ κατάλεξον στρατὸν ἄοπλον
ἀπόλεμον, ἀναίμακτον, ἀόργητον, ἀμίαντον,
γέροντας θεοσεβεῖς, ὀρφανοὺς θεοφιλεῖς, χή-
ρας πραότητι ὡπλισμένας, ἄνδρας ἀγάπῃ
κεκοσμημένους. τοιούτους κτῆσαι τῷ σῷ πλούτῳ
καὶ

Digitized by Google

& coagitata, & ſuperfluens reddetur tibi. Cunctis aperi viſcera, qui Dei diſcipulorum numero adſcripti ſint; non faſtidioſe conjectis in corpus oculis, nec ita ut pro ætate aut ſtatura oríſque compoſitione neglectim quenquam habueris. Si quis denique egenus, pannoſus, deformis, debilis videatur, ne idcirco inique feras aut averſeris. Habitus hic nobis exterius adhibitus eſt, noſtri in mundum ingreſſus occaſio, ut in communem hanc ſcholam ingredi poſſemus; ſed intus inhabitat qui abſconditus eſt Pater & Filius ejus, qui pro nobis mortuus eſt, & nobiscum reſurrexit.

XXXIV. Hic habitus oculis objectus, mortem decipit & diabolum: quibus nimirum interior opulentia (decor ſcilicet) inaſpecta ſit; & circa corpuſculum furore agitantur, ut imbecillum contemnentes, qui ad interiores animique contuendas opes cœci ſint; non intelligentes quantum * *theſaurum in teſtaceo vaſe* feramus, Dei Patris virtute, Deique Filii ſanguine, necnon Spiritus Sancti rore communitum. Tu vero cave ne decipiaris, qui veritatis guſtum feceris, magnæque redemtionis pretio dignus habitus ſis, ſed contra quam faciunt reliqui homines, coge tibi exercitum inermem, ad bella ineptum, fundendi ſanguinis neſcium, ira vacuum, incontaminatum; ſenes pietate præſtantes, pupillos religioſis moribus, viduas manſuetudine inſtructas, viros caritate ornatos. Tales divitiis tuis,

* 2. Cor. 4, 7.

καὶ τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ δορυφόρους, ὧν στρατηγεῖ Θεὸς, δι᾽ οὓς καὶ ναῦς βαπτιζομένη κουφίζεται, μόναις ἁγίων εὐχαῖς κυβερνωμένη, καὶ νόσος ἀκμάζουσα δαμάζεται, χειρῶν ἐπιβολαῖς διωκομένη, καὶ προσβολὴ λῃστῶν ἀφοπλίζεται, εὐχαῖς εὐσεβέσι σκυλευομένη, καὶ δαιμόνων βία θραύεται, προστάγμασι συντόνοις ἐλεγ-
cc. χομένη ἐν ἔργοις.

35. Οὗτοι πάντες οἱ στρατιῶται καὶ φύλακες βέβαιοι. οὐδεὶς ἀργὸς, οὐδεὶς ἀχρεῖος. ὁ μὲν ἐξαιτήσασθαί σε δύναται παρὰ θεοῦ, ὁ δὲ παραμυθήσασθαι κάμνοντα, ὁ δὲ δακρῦσαι καὶ στενάξαι συμπαθῶς ὑπὲρ σοῦ πρὸς τὸν κύριον τῶν ὅλων, ὁ δὲ διδάξαι τι τῶν πρὸς τὴν σωτηρίαν χρησίμων, ὁ δὲ νουθετῆσαι μετὰ παρρησίας, ὁ δὲ συμβουλεῦσαι μετ᾽ εὐνοίας· πάντες δὲ φιλεῖν ἀληθῶς, ἀδόλως, ἀφόβως, ἀνυποκρίτως, ἀκολακεύτως, ἀπλάστως. ὦ γλυκεῖα θεραπεία φιλούντων, ὦ μακάριοι διάνοιαι θαῤῥούντων, ὦ πίστις εἰλικρινὴς θεὸν μόνον δεδιότων, ὦ λόγων ἀλήθεια παρὰ τοῖς ψεύσασθαι μὴ δυναμένοις, ὦ κάλλος ἔργων παρὰ τοῖς θεῷ διακονεῖν πεπεισμένοις, πείθειν θεὸν, ἀρέσκειν θεῷ, οὐ σαρκὸς τῆς σῆς ἅπτεσθαι· λαλεῖν, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἐν σοὶ κατοικοῦντι.

36. Πάντες οὖν οἱ πιστοὶ καλοὶ, θεοπρεπεῖς, καὶ τῆς προσηγορίας ἄξιοι, ἣν

ὥσπερ

corporique & animo tibi para ſatellites, quorum Deus imperator exiſtat; per quos ipſa prope mergenda navis emergat, quam ſolæ levent Sanctorum preces; vigensque morbus edometur, quem fugent crebro injectæ manus; ac latronum inſultus inermis fiat, piis precibus deſpoliantibus; visque poſtremo dæmonum frangatur, contenta mandatorum opera ac tenore iners comprobata.

XXXV. Hi omnes milites ac cuſtodes ſtrenui. Nemo otioſus, nemo inutilis. Hic quidem à Deo te tuamque ſalutem efflagitare poteſt, ille vero laborantem ſolari; alius lacrymas & gemitus miſerante affectu in tui gratiam ad univerſorum Dominum fundere, alius quidpiam eorum, quæ ad ſalutem conducunt docere; alter libere admonere ac corripere, alter benevole conſilium dare; omnes deniq; vere, ſine dolo, nullo timore, nulla ſimulatione autve adulatione, nihilque ficte amare. O dulce amicorum obſequium! ô beata ſervitia eorum, qui fiducia polleant! ô ſincera fides eorum, qui ſolum Deum timeant! ô verborum veritas apud eos, qui mentiri non poſſunt! ò pulcra illorum opera, quibus conſtitutum eſt ut Deo miniſtrent, Deum flectant, Deo placeant, non carnem tuam impuro amore contingant! ut loquantur, ita tamen ut cum Rege ſeculorum, qui in te habitet, ſermonem habeat.

XXXVI. Omnes itaque fideles probi diviniſq; moribus inſtituti atque ea digni nuncupatione,

qua

Digitized by Google

ὥσπερ διάδημα περίκειται· οὐ μὴν ἀλλ'
ff. εἰσὶν ἤδη τινὲς καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἐκλεκτότεροι, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ἧττον ἐπίσημοι περὶ τὸν λιμένα ἐκ τοῦ κλύδωνος τοῦ κόσμου νεωλκοῦντες ἑαυτοὺς καὶ ἐπανάγοντες ἐπ' ἀσφαλές· οὐ βουλόμενοι δοκεῖν ἅγιοι· κἂν εἴπῃ τι, αἰσχυνόμενοι· ἐν βάθει γνώμης ἀποκρύπτοντες τὰ ἀνεκλάλητα μυστήρια, καὶ τὴν αὐτῶν εὐγένειαν ὑπερηφανοῦντες ἐν κόσμῳ βλέπεσθαι, οὓς ὁ λόγος φῶς τοῦ κόσμου καὶ ἅλας τῆς γῆς καλεῖ. τοῦτ' ἔστι τὸ σπέρμα, εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις θεοῦ, καὶ τέκνον αὐτοῦ γνήσιον,
gg. καὶ κληρονόμον, ὥσπερ ἐπί τινα ξενιτείαν ἐνταῦθα πεμπόμενον ὑπὸ μεγάλης οἰκονομίας καὶ ἀναλογίας τοῦ πατρός, δι' οὗ καὶ τὰ φανερὰ καὶ τὰ ἀφανῆ τοῦ κόσμου δεδημιούργηται· τὰ μὲν εἰς δουλείαν, τὰ δὲ εἰς ἄσκησιν, τὰ δὲ εἰς μάθησιν 1) αὐτῶν· καὶ πάντα μέχρις ἂν ἐνταῦθα τὸ σπέρμα μένῃ, συνέχεται· καὶ συναχθέντος αὐτοῦ, ταῦτα τάχιστα λυθήσεται.

37. Τί γὰρ ἔτι δεῖ θεῷ τὰ τῆς ἀγάπης μυστήρια; καὶ τότε ἐποπτεύσεις τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ὃν ὁ μονογενὴς υἱὸς θεὸς μόνος ἐξηγήσατο. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἀγάπη, καὶ δι' ἀγάπην ἡμῖν 2) ἐθηράθη. καὶ τὸ μὲν ἄρρητον αὐτοῦ, πατήρ· τὸ δὲ εἰς ἡμᾶς συμπαθές, γέγονε μήτηρ. ἀγαπήσας ὁ πατὴρ ἐθηλιώθη. καὶ τούτου μέγα σημεῖον, ὃν αὐτὸς ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ. καὶ ὁ τεχθεὶς

---

1) αὐτῷ MS. 2) Legendum videtur ἐθηλιώθη.

qua velut diademate corona inclyta redimiti ſunt. Enimvero non deſunt qui & jam inter electos majori electis præſtantia fulgeant, eoq; magis illuſtres ſint, quo velut ad portum ex mundi procella ſeipſos ſubducant, reſque ſuas in tutum recipiant: qui Sancti videri nolunt; ac ſi quis nuncupaverit, erubeſcant: qui imo ipſo pectore ineffabilia myſteria abſcondant, ſuamque nobilitatem humanis oculis objici contemnant. Hos nimirum Scriptura * *Lumen mundi* & *Sal terræ* vocat. Hoc nempe ſemen (Dei ſcilicet imago & ſimilitudo, veraque ejus proles & hæres) velut in exilium quoddam ac peregrinationem magno Patris propenſiore conſilio congruaq; eis ratione ac ſorte huc mittitur: quo auctore mundi res, tum oculis expoſitæ, tum occultæ conditæ ſunt: aliæ quidem eorum obſequiis deditæ, aliæ vero ipſorum exercendi gratia excolendæque virtutis atque aliæ doctrinæ cauſa conſtitutæ: cunctaque continentur ac conſervantur, quoad ſemen mortali hoc ſtatu manſerit: quo collecto celerrime diſſolvenda ſunt.

XXXVII. Quid enim Deo amplius neceſſaria caritatis myſteria? Tuncque adeo Patris ſinum inſpicies, quem ſolus enarravit unigenitus filius Deus. Eſt autem & Deus ipſe caritas, qua & venatu prope nobis captus eſt. Et quidem arcana deitate Pater; qua vero nos miſericordia perſecutus eſt, extitit mater. Pater diligendo, quaſi fœminam induit; hujusque rei grande indicium eſt, quem

* Matt. 5, 13. 14.

τεχθεὶς ἐξ ἀγάπης καρπὸς, ἀγάπη. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς κατῆλθε· διὰ τοῦτο ἄνθρωπον ἀνέδυ. διὰ τοῦτο τὰ ἀνθρώπων ἑκὼν ἔπαθεν, ἵνα πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν οὓς ἠγάπησε μετρηθεὶς, ἡμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀντιμετρήσῃ. καὶ μέλλων σπένδεσθαι καὶ λύτρον ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, καινὴν ἡμῖν διαθήκην καταλιμπάνει· ἀγάπην ἡμῖν δίδωμι τὴν ἐμήν. τίς δέ ἐστιν αὕτη, καὶ πόση; ὑπὲρ ἡμῶν ἑκάστου καθῆκε τὴν ψυχὴν τὴν ἀνταξίαν τῶν ὅλων. ταύτην ἡμᾶς ὑπὲρ ἀλλήλων ἀνταπαιτεῖ. εἰ δὲ τὰς ψυχὰς ὀφείλομεν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τοιαύτην τὴν συνθήκην πρὸς τὸν σωτῆρα ἀνθωμολογησόμεθα, ἔτι τὰ τοῦ κόσμου, τὰ πτωχὰ καὶ ἀλλότρια καὶ παραρρέοντα καθείρξομεν ταμιευόμενοι; ἀλλήλων ἀποκλείσομεν, ἃ μετὰ μικρὸν ἕξει τὸ πῦρ; θείως γε καὶ ἐπιπόνως ὁ Ἰωάννης· ὁ μὴ φιλῶν, φησὶ, τὸν ἀδελφὸν, ἀνθρωποκτόνος ἐστὶ, σπέρμα τοῦ Καΐν, θρέμμα τοῦ διαβόλου, θεοῦ σπλάγχνον οὐκ ἔχει, ἐλπίδα κρειττόνων οὐκ ἔχει. ἄσπορός ἐστιν, ἄγονός ἐστιν, οὐκ ἐστὶ κλῆμα τῆς ἀεὶ ζώσης ὑπερουρανίας ἀμπέλου, ἐκκόπτεται, τὸ πῦρ ἄθρουν ἀναμένει.

38. Σὺ δὲ μάθε τὴν καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν, ἣν δείκνυσι Παῦλος ἐπὶ σωτηρίαν· ἡ ἀγάπη τὰ ἑαυτῆς οὐ ζητεῖ, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκκέχυται· περὶ τοῦτον ἐπτόηται, περὶ τοῦτον σωφρόνως

μαί-

quem is ex ſe genuit: ac qui ex caritate prognatus fructus ipſe caritas eſt. Propter hoc & ipſe deſcendit: propter hoc hominem induit: propter hoc volens humana paſſus eſt, ut imbecillitati noſtræ ſeſe commetiens, cum dilexiſſet, ſuæ nobis virtutis menſuram modumq; viciſſim rependeret. Jamque immolandus, ac cum ſe pretium redemtionis daret, novum nobis teſtamentum reliquit. Dilectionem meam do vobis. Quænam vero hæc & quanta? Pro unoquoque noſtrum animam poſuit, cujus majus omnibus pretium exiſtit. Hanc, ut alter pro altero ponamus, à nobis exigit. Quod ſi pro fratribus ponere animas debemus, atq; hoc cum Salvatore viciſſim pacti teſtamentum ſumus, adhucne quæ ſeculi ſunt, egena illa & aliena & effluentia continebimus ac recondemus? Alter alteri clauſa habebimus, quæ brevi poſt abſumenda ignis habebit? Divine ſeduloque Joannes: * *Qui non diligit fratrem*, inquit, *homicida eſt*: ſemen Cain, alumnus diaboli: Dei viſcera non habet, ſpem potiorum non habet: ſine ſemine eſt, ſterilis eſt: non eſt palmes in perpetuum viventis ſupercœleſtis vitis: excidetur, eumque denſi ignis vorax manet incendium.

XXXVIII. Tu vero præcellentem viam condiſcito, quam oſtendit Paulus ducentem ad ſalutem. ** *Caritas non quærit quæ ſua ſunt*, ſed in fratrem effuſa eſt: ita in illum verſa eſt, caſto ejus

* 1. Joh. 3, 14. ** 1. Cor. 12, 32. & 13. 5.

μαίνεται. ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, ἡ τελεία ἀγάπη ἐκβάλλει τὸν φόβον, οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἐπιχαίρει τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ, πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει. ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει, προφητεῖαι καταργοῦνται, γλῶσσαι παύονται, ἰάσεις ἐπὶ γῆς καταλείπονται, μένει δὲ τὰ τρία ταῦτα, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· μείζων δὲ ἐν τούτοις ἡ ἀγάπη. καὶ δικαίως, πίστις μὲν γὰρ ἀπέρχεται, ὅταν αὐτοψίᾳ πεισθῶμεν ἰδόντες θεόν. καὶ ἐλπὶς ἀφανίζεται τῶν ἐλπισθέντων [ἐρχομένων] ἀγάπη δὲ εἰς πλήρωμα συνέρχεται καὶ μᾶλλον αὔξεται τῶν τελείων παραδοθέντων. ἐὰν ταύτην ἐμβάλληταί τις τῇ ψυχῇ, δύναται κἂν ἐν ἁμαρτήμασιν ᾖ γεγεννημένος, κἂν πολλὰ τῶν κεκωλυμένων εἰργασμένος, αὐξήσας τὴν ἀγάπην, καὶ μετάνοιαν καθαρὰν λαβὼν, ἀναμάχεσθαι τὰ ἐπταισμένα. μήτε γὰρ τοῦτο εἰς ἀπόγνωσίν σοι καὶ ἀπόνοιαν καταλελείφθω, εἰ καὶ τὸν πλούσιον μάθοις ὅστις ἐστὶν ὁ χώραν ἐν οὐρανοῖς οὐκ ἔχων, καί τινα τρόπον τοῖς οὖσι χρώμενος.

hh. 39. Ἂν τις τό τε ἀπόρρυτον τοῦ πλούτου καὶ χαλεπὸν εἰς ζωὴν διαφύγοι, καὶ δύναιτο τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαύρασθαι, εἴη δὲ τετυχηκὼς, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἢ περίστασιν ἀκούσιον, μετὰ τὴν σφραγῖδα καὶ τὴν λύτρωσιν περιπετὴς τοῖς ἁμαρτήμασιν ἢ παραπτώμασιν, ὡς ὑπανηνέχθαι τέλεον· οὗτος κατεψήφισται παντά-

πασιν

ejus amore inſanit. * *Caritas operit multitudinem peccatorum: perfecta caritas foris mittit timorem: non agit perperam, non inflatur, non gaudet ſuper iniquitate; congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Caritas nunquam excidit. Prophetiæ evacuantur, linguæ ceſſant, curationes in terra deficiunt; manent autem tria hæc, fides, ſpes, caritas; major autem inter hæc eſt caritas.* Et merito; fides enim tranſit, cum ipſis noſtris oculis videndo Deum credemus. Spes quoque evaneſcit, illorum conſpectu quæ in ſpe poſita ſunt. Caritas vero in complementum pariter venit, & augetur magis, ubi perfectio advenerit. Si quis illam in animum ſuſceperit, quamvis peccatis obnoxius ſit, quamvis multa illicita perpetraverit, adaucta caritate puraque adhibita pœnitentia, errata ſua corrigere poteſt. Nam neque hoc tibi deeſſe velim, ut deſperes animumque deſpondeas; ut & divitem noveris quis tandem ille ſit, qui locum in cœlis non habeat, quove is modo ſuis facultatibus utatur.

XXXIX. Si quis tum abundantes divitias, tum penuriam quo ægre vitam ſuſtentet, evaſerit, æternaque bona proclive aſſequi potuerit, ſed vel forte per ignorantiam aut vitæ caſus involuntarios, poſt ſignaculum & liberationem à peccatis, in peccata ſeu debita prolapſus fuerit, ita ut illis prorſus obrutus ſit; is à Deo penitus rejectus

F eſt,

* 1. Pet. 4, 8. 1. Joan. 4, 18. 1. Cor. 13, 4.

πᾶσιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ. παντὶ γὰρ τῷ μετ' ἀληθείας ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπιστρέψαντι πρὸς τὸν θεὸν ἀνεῴγασιν αἱ θύραι, καὶ δέχεται τρισάσμενος πατὴρ υἱὸν ἀληθῶς μετανοοῦντα. ἡ δὲ ἀληθινὴ μετάνοια τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι, ἀλλὰ ἄρδην ἐκριζῶσαι τῆς ψυχῆς, ἐφ' οἷς ἑαυτοῦ κατέγνω θάνατον ἁμαρτήμασι. τούτων γὰρ ἀναιρεθέντων, αὖθις εἰς σὲ θεὸς εἰσοικισθήσεται· μεγάλην γάρ φησι καὶ ἀνυπέρβλητον εἶναι χαρὰν καὶ ἑορτὴν ἐν οὐρανοῖς τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ ἐπιστρέψαντος καὶ μετανοήσαντος. διὸ καὶ κέκραγεν· ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν. οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν. κἂν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν ἔριον, ὡς χιόνα
ii. λευκανῶ· κἂν μελάντερον τοῦ σκότους, ὡς ἔριον λευκὸν ἐκνίψας ποιήσω. θεῷ γὰρ μόνον δυνατὸν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρασχέσθαι καὶ μὴ λογίσασθαι παραπτώματα. ὅπου γε καὶ ἡμῖν παρακελεύεται τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὁ κύριος ἀφιέναι τοῖς ἀδελφοῖς μετανοοῦσιν. εἰ δὲ ἡμεῖς πονηροὶ ὄντες ἴσμεν ἀγαθὰ δόματα διδόναι, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, ὁ ἀγαθὸς πατὴρ πάσης παρακλήσεως, ὁ πολυσπλαγχνος καὶ πολυέλεος πέφυκε μακροθυμεῖν, τοὺς ἐπιστρέψαντας περιμένειν; ἐπιστρέψαι δέ ἐστιν ὄντως ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, τὸ παύσασθαι, καὶ μηκέτι βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω.

40. Τῶν μὲν οὖν προγεγενημένων θεὸς δίδωσιν ἄφεσιν, τῶν δὲ ἐπιόντων αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ. καὶ τοῦτ' ἔστι μεταγνῶναι, τὸ κατα-

Digitized by Google

eſt, & reprobus exiſtit. Quisquis enim ex toto corde ad Deum convertatur, portæ ei apertæ ſunt, ſuſcipitque libentiſſimo animo Pater filium vere pœnitentem. Vera autem pœnitentia eſt, in eadem non rurſus delabi, ſed ex animo prorſus evellere, quibus ſe mortis reum peccatis agnovit. His enim ſublatis, in te rurſus Deus habitabit. * Ingens enim & incomparabile gaudium feſtamque lætitiam in cœlis eſſe Patri dicit atque angelis, dum unus peccator convertitur & pœnitentiam agit. Idcirco etiam clamabat, ** *Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Nolo mortem peccatoris, ſed ut eum pœniteat. Si fuerint peccata veſtra ut lana phœniceo tincta, quaſi nivem dealbabo; & ſi fuerint nigriora fuligine, ut nivem alba abluendo præſtabo.* Solus enim Deus peccata poteſt dimittere, & delicta non imputare: quandoquidem nobis etiam Deus præcipit, *** ut pœnitentibus fratribus quotidie dimittamus. **** Quod ſi nos, cum ſimus mali, novimus bona data dare; quanto magis Pater miſericordiarum, bonus ille Pater totius conſolationis, miſericordiæ viſceribus totus affluens, & multum miſericors, longa propenſe uti patientia habet, & eos qui convertuntur expectat. Vere autem converti à peccatis, eſt peccandi finem facere, nec ultra ad ea quæ ſunt retro reſpicere.

XL. Præteritorum igitur quidem veniam concedit Deus: in ſequentia autem ut non incidat, ſibi quisque auctor exiſtit. Et hoc eſt pœnitere, de

 trans-

* Luc. 15, 2. ** Oſee 6, 6. Matt. 9, 13. Ezech. 18, 23. Iſai. 1, 18. Luc. 5, 21. *** Matt. 6, 14. **** Luc. 11, 13.

καταγνῶναι τῶν παρῳχημένων, καὶ αἰτήσασθαι τούτων ἀμνηστίαν παρὰ πατρὸς, ὃς μόνος τῶν ἁπάντων οἷός τε ἐστὶν ἄπρακτα ποιῆσαι τὰ πεπραγμένα, ἐλέῳ τῷ παρ' αὐτοῦ καὶ δρόσῳ πνεύματος ἀπαλεῖψαι τὰ προημαρτημένα. ἐφ' οἷς γὰρ ἂν εὕρω ἡμᾶς, φησὶν, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῶ· καὶ παρ' ἕκαστα βοᾷ τὸ τέλος πάντων· ὥστε καὶ τῷ τὰ μέγιστα εὖ πεποιηκότι κατὰ τὸν βίον, ἐπὶ δὲ τοῦ τέλους ἐξοκείλαντι πρὸς κακίαν, ἀνόητοι πάντες οἱ πρόσθεν πόνοι, ἐπὶ τῆς καταστροφῆς τοῦ δράματος ἐξάθλῳ γινομένῳ· τῷ τε χεῖρον καὶ ἐπισεσυρμένως βιώσαντι πρότερον, ἔστιν ὕστερον μετανοήσαντι πολλοῦ χρόνου πολιτείαν πονηρὰν ἐκνικῆσαι τῷ μετὰ τὴν μετάνοιαν χρόνῳ. ἀκριβείας δὲ δεῖ πολλῆς, ὥσπερ τοῖς μακρᾷ νόσῳ πεπονηκόσι σώμασι διαίτης χρεία καὶ προσοχῆς πλείονος. ὁ κλέπτης ἄφεσιν βούλει λαβεῖν; μηκέτι κλέπτε. ὁ μοιχεύσας, μηκέτι πυρούσθω. ὁ πορνεύσας, λοιπὸν ἁγνευέτω. ὁ ἁρπάσας, ἀποδίδου καὶ προσαποδίδου. ὁ ψευδομάρτυς, ἀλήθειαν ἄσκησον. ὁ ἐπίορκος, μηκέτι ὄμνυε, καὶ τὰ ἄλλα πάθη σύντεμε, ὀργὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, φόβον, ἵνα εὑρεθῇς ἐπὶ τῆς ἐξόδου πρὸς τὸν ἀντίδικον ἐνταῦθα διαλελύσθαι φθάνων. ἔστι μὲν οὖν ἀδύνατον ἴσως, ἀθρόως ἀποκόψαι πάθη σύντροφα, ἀλλὰ μετὰ θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀνθρωπείας ἱκεσίας, καὶ ἀδελφῶν βοηθείας, καὶ εἰλικρινοῦς μετανοίας, καὶ συνεχοῦς μελέτης κατορθοῦνται.

41. Διό

transactis dolorem habere, hæcque à Patre memoria deleri flagitare; qui unus omnium poteſt miſericordia ſua infecta facere quæ facta ſunt, ac Spiritus rore abolere ſuperioris vitæ delicta. * *In quibus enim*, ait: *vos invenero, in eis judicabo:* ac quotidie univerſalem finem clamat; ita nimirum ut & qui optimam duxerit vitam, ad extremum autem ad malitiam vitiaque deflexerit, nihil jam anteactæ vitæ laboribus juvandus ſit, qui ad finem luſæ fabulæ palæſtra exceſſerit; & contra, qui antea male diſſoluteque vixit, ſi ejus illum pœniteat, multi temporis vitam perditam, aſſumta poſtmodum pœnitentia, ejusque abrepto propoſiti vigore, exſuperare poteſt. Longe accurata vero opus diligentia eſt, ſicut & longa ægritudine affectis corporibus exquiſitior diæta majorque cautio neceſſaria eſt. Vis, ô fur, tibi ſcelus dimitti? Deſine furari. Qui adulter eſt, non amplius libidinis faces admittat. Qui fornicarius & conſtruprator, deinceps caſte vivat. Qui raptor es, redde, & quidpiam plus addito. Teſtis falſus, verax eſſe diſcito. Perjurus, à juramento abſtine, atque alios affectus vitiaque præcide, iram, cupiditatem, animi mœſtitiam, timorem, ut ſub exceſſum ** cum adverſario te tranſegiſſe eique reconciliatum eſſe, interim dum præſens vita ageretur, inveniaris. Et affectus quidem inolitos confeſtim ſimulque præcidere impoſſibile forte eſt; Dei tamen virtute & humanis precibus fratrumq; auxilio; nec non vera pœnitentia aſſiduaq; meditatione res præſtari poteſt. XLI.

*In Evang. Apocr. **Matt. 5, 14.

Digitized by Google

41. Διὸ δεῖ πάντως σε τὸν σοβαρὸν καὶ δυνάστην καὶ πλούσιον ἐπιστήσασθαι ἑαυτῷ τινα ἄνθρωπον θεοῦ καθάπερ ἀλείπτην καὶ κυβερνήτην. αἰδοῦ κἂν ἕνα, φοβοῦ κἂν ἕνα. μελέτησον ἀκούειν κἂν ἑνὸς παῤῥησιαζομένου καὶ στύφοντος ἅμα καὶ θεραπεύοντος. οὐδὲ γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς συμφέρει τὸν ἀεὶ χρόνον ἀκολάστοις μένειν, ἀλλὰ καὶ δακρῦσαι καὶ δηχθῆναί ποτε ὑπὲρ τῆς ὑγιείας τῆς πλείονος. οὕτω καὶ ψυχῇ διηνεκοῦς ἡδονῆς οὐδὲν ὀλεθριώτερον. ἀποτυφλοῦται γὰρ ἀπὸ τῆς τήξεως, ἐὰν ἀκίνητος τῷ παῤῥησιαζομένῳ διαμείνῃ λόγῳ. τοῦτον καὶ ὀργισθέντα φοβήθητι, καὶ στενάξαντα λυπήθητι, καὶ ὀργὴν παύοντα αἰδέσθητι, καὶ κόλασιν παραιτούμενον φθάσον. οὗτος ὑπέρ σοῦ πολλὰς νύκτας ἀγρυπνησάτω, πρεσβεύων ὑπὲρ σοῦ πρὸς θεὸν, καὶ λιτανείαις συνήθεσι μαγεύων τὸν πατέρα. οὐ γὰρ ἀντέχει τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα δεομένοις. δεήσεται δὲ καθαρῶς ὑπὸ σοῦ προτιμώμενος ὡς ἄγγελος τοῦ θεοῦ, καὶ μηδὲν ὑπὸ σοῦ λυπούμενος, ἀλλ' ὑπὲρ σοῦ. τοῦτ' ἔστι μετάνοια ἀνυπόκριτος. θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. οὐδὲ προσέχει κενοῖς ῥήμασι· μόνος γὰρ ἀνακρίνει μυελοὺς καὶ νεφροὺς καρδίας καὶ τῶν ἐν πυρὶ κατακούει, καὶ τῶν ἐν κοιλίᾳ κήτους ἱκετευόντων ἐξακούει καὶ πᾶσιν ἐγγύς ἐστι τοῖς πιστεύουσι, καὶ πόῤῥω τοῖς ἀθέοις, ἂν μὴ μετανοήσωσιν.

42. Ἵνα δὲ ἔτι θαῤῥῇς, οὕτω μετανοήσας ἀληθῶς, ὅτι σοι μένει σωτηρίας ἐλπὶς

ἀξιό-

Digitized by Google

XLI. Quapropter neceſſarium omnino eſt, ut ſuperbus & potens ac dives aliquem tibi Dei hominem præficias, qui te virtutis ſtudio animet, tibique illo rector ac gubernator exiſtat. Habeas unum ſaltem quem verearis, vel unum habe quem timeas. Aſſueſce vel unum audire libere loquentem, qui acrimonia ſua ſimul & mordeat, & molliore cultu deliniat. Neque enim conducit oculis ſemper laſcive intueri, ſed & lacrymas aliquando fundere, & acrioribus pungi pro majori valetudine. Sic & animo aſſidua voluptate nihil pernicioſius: cœcatur enim colliquatione, dum libere increpantis ſermone immotus perſiſtit. Hunc tu & iratum timeas & gementem doleas, & ſedantem iram reverearis, & pœnas deprecantem antevertas. Hic pro te plures noctes inſomnes ducat, fundens pro te preces ad Deum, ac conſuetis precibus Patrem captans. Neq; enim ille viſcera ſua dura præbet orantibus filiis. Rogabit autem pure, ſi à te honoretur tanquam Dei angelus, nec per te contriſtetur, ſed propter te. Hæc eſt pœnitentia non ficta, * *Deus non irridetur*, nec verbis inanibus aures dat. Solus enim medullas ſcrutatur, & renes cordis: pleneque audit inter flammas poſitos, & exaudit deprecantes in ventre ceti: & prope eſt cunctis fidelibus, procul vero ab infidelibus, niſi ad ſanctiorem mentem pœnitendo redeant.

XLII. Ut autem magis confidas, modo ſic vere pœnitueris, certæ tibi fidei tutamque manere

* Gal. 6, 7.

ἀξιόκρεως, ἄκουσον μῦθον, οὐ μῦθον ἀλλὰ ὄντα λόγον περὶ Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου παραδεδομένον καὶ μνήμῃ πεφυλαγμένον. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς Πάτμου τῆς νήσου μετῆλθεν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον, ἀπῄει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν, ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπου
kk. δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόσων, ὅπου δὲ κλῆρον, ἕνα τέ τινα κληρώσων ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων. ἐλθὼν καὶ ἐπί τινα τῶν οὐ μακρὰν πόλεων ἧς καὶ τοὔνομα λέγουσιν 1) ἔνιοι, καὶ τὰ ἄλλα ἀναπαύσας τοὺς ἀδελ-
ll. φοὺς, ἐπὶ πᾶσι τῷ καθεστῶτι προσβλέψας ἐπισκόπῳ, νεανίσκον ἱκανὸν τῷ σώματι καὶ τὴν ὄψιν ἀστεῖον καὶ θερμὸν ἰδὼν, τοῦτον ἔφησε παρατίθεμαι μετὰ πάσης σπουδῆς, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρος, τοῦ δὲ δεχομένου καὶ πάνθ' ὑπισχνουμένου, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ διετείλατο καὶ διεμαρτύρατο. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον ἀπῄει. ὁ δὲ πρεσβύτερος ἀναλαβὼν οἴκαδε τὸν παραδοθέντα νεανίσκον ἔτρεφε, συνεῖχεν, ἔθαλπε, τὸ τελευταῖον ἐφώτισε. καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας καὶ παραφυλακῆς, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήρι-
mm. ον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου. τῷ δὲ ἀνέσεως πρὸ ὥρας λαβομένῳ προσφθείρονταί τινες ἥλικες ἀργοὶ, καὶ ἀπερρωγότες, ἐθάδες κακῶν. καὶ πρῶτον μὲν δι' ἑστιάσεων πολλῶν πολυτελῶν αὐτὸν ἐπά-

1) Smyrna erat, ſi Chron. Alexand. fides.

ſalutis ſpem; audi fabulam, quæ ipſa non fabula, ſed vera de Joanne Apoſtolo tradita narratio ſit, ac memoriæ ſtudioſe commendata. Cum enim poſt tyranni obitum è Patmo inſula Epheſum rediiſſet, vicinas quoque gentes rogatus viſebat, partim quidem ut epiſcopos conſtitueret, partim vero ut integras Eccleſias diſponeret ac formaret, partim etiam ut unumquemque eorum, quos Spiritus deſignaret, in clerum cooptaret. Cum itaque ad urbem quandam haud procul Epheſo diſſitam veniſſet (ejus & nomen nonnulli referunt) atque alias præſentia verbisque ſuis fratres conſolatus eſſet, ad extremum viſo juvene quodam egregia corporis ſtatura, eleganti vultu, ferventique ingenio atque indole, ad loci epiſcopum converſus: *Hunc*, inquit, *coram Eccleſia ac Chriſto teſte, omni tibi opera commendo.* Tumque illo ſuſcipiente ac cuncta præſtiturum pollicente, eadem ipſa Joannes rurſus perurgebat ac conteſtabatur. Poſthæc Joannes quidem Epheſum profectus eſt: Presbyter vero adoleſcentem ſibi traditum in domum ſuam ſuſcipiens, educando, continendo, fovendo operam dabat: ac tandem ſacro baptiſmate initiavit. Deinceps Sacerdos de priſtina cura atque cuſtodia paulatim remiſit, ut qui perfectum ei tutamen, ac quo cautum omnino foret, Domini ſignaculum adhibuiſſet. Illum ergo præmatura potitum libertate, æquales quidam ſibi adjungunt, deſides ac diſſoluti, & flagitiis omnibus aſſuefacti. Ac primum qui magnificis conviviis juvenem illiciunt:

ἐπάγονται. εἶτα που καὶ νύκτωρ ἐπὶ λωποδυ-
nn. σίαν, ἐξιόντες συνεπάγονται. εἶτα τι καὶ μεῖ-
ζον συμπράττειν ἠξίουν. ὁ δὲ κατ᾽ ὀλίγον προσ-
ειθίζετο, καὶ διὰ μέγεθος φύσεως, ἐκστὰς
ὥσπερ ἄστομος καὶ εὔρωστος ἵππος ὀρθῆς ὁδοῦ,
καὶ τὸν χαλινὸν ἐνδακὼν, μειζόνως κατὰ τῶν
βαράθρων ἐφέρετο. ἀπογνοὺς δὲ τελέως τὴν
ἐν θεῷ σωτηρίαν, οὐδὲν ἔτι μικρὸν διενοεῖτο,
ἀλλὰ μέγα τι πράξας, ἐπειδήπερ ἅπαξ
ἀπόλωλεν ἴσα τοῖς ἄλλοις παθεῖν ἠξίου.
oo. αὐτοὺς δὲ τούτους ἀναλαβὼν καὶ λῃστήριον
συγκροτήσας, ἕτοιμος λῄσταρχος ἦν, βι-
αιότατος, μιαιφονώτατος, χαλεπώτατος.
χρόνος ἐν μέσῳ, καί τινος ἐπιπεσούσης
χρείας, ἀνακαλοῦσι τὸν Ἰωάννην. ὁ δὲ ἐπει-
δὴ τὰ ἄλλα ὧν χάριν ἧκε κατεστήσατο,
ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ ἐπίσκοπε, τὴν παρακατα-
θήκην ἀπόδος ἡμῖν, ἣν ἐγώ τε καὶ ὁ σωτὴρ
σοι παρακατεθέμεθα ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἧς
προκαθέζῃ, μάρτυρος. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶ-
τον ἐξεπλάγη, χρήματα οἰόμενος, ἅπερ
οὐκ ἔλαβε, συκοφαντεῖσθαι· καὶ οὔτε πιστεύ-
pp. ειν εἶχεν ὑπὲρ ὧν οὐκ εἶχεν οὔτε ἀπιστεῖν Ἰωάν-
νῃ. ὡς δὲ τὸν νεανίσκον εἶπεν ἀπαιτῶ· καὶ τὴν
ψυχὴν τοῦ ἀδελφοῦ. 1) στενάξας κάτωθεν
ὁ πρεσβύτης καί τι καὶ ἐπιδακρύσας, ἐκεῖ-
νος, ἔφη, τέθνηκε. πῶς, καί τινα θάνατον;
θεῷ τέθνηκεν, εἶπεν· ἀπέβη γὰρ πονηρὸς καὶ
ἐξώ-

1) Anaſtaſ. Sinaita, στενάζει μέγα ἐκ βάθους· εἶτα δα-
κρύει.

unt: noctu deinde ad ſpoliandos obvios egreſſi, ſecum trahunt; inde ad majorum ſcelerum ſocietatem cohortantur. At ille ſenſim aſſueſcebat pravitati, genii magnitudine ac præſtanti indole velut equus duri oris robuſtusq; à recto abreptus, ac frœnum mordens, acrius in præceps ferebatur. Jam itaque prorſus abjecta ſpe ſalutis ex Deo conſequendæ, nihil ultra mediocre animo deſignabat; ſed grandi aliquo perpetrato facinore, quod ſemel perierat, pari reliquis exitu luere vixdum reluctanctibus animis cogitabat. Illis igitur ipſis aſſumtis, inſtitutoque latronum collegio, dux ipſe latronum haud ſegniter erat; violentia, cædibus atque atrocitate cunctos ſuperabat. Aliquanto poſt tempore, cum novi aliquid neceſſarii operis aut negotii incidiſſet, iterum ad eam urbem accitus eſt Joannes. Qui cum veniſſet, & cuncta, quorum gratia venerat, ordinaſſet: *Agedum*, inquit, *Epiſcope, redde nobis depoſitum, quod ego pariter & Chriſtus tibi commendavimus, ſub Eccleſiæ, cui præes, præſentia, ipſaque coram teſte.* Ad hæc Epiſcopus primo quidem morari ac attonitum eſſe, cum exiſtimaret pecuniam, quam non accepiſſet, à ſe per calumniam repeti: & ſicut adhibere fidem, ut ſe habere exiſtimaret quæ non habebat, ſic nec Joanni diffidere audebat. Sed ubi Joannes *Juvenem*, inquit, *repeto & fratris animam;* alto ſenex ducto ſuſpirio, vultumque lacrymis affuſus, *Is*, ait, *mortuus eſt. Quomodo*, inquit Joannes, *ac quo mortis genere? Deo*, ait ille, *mortuus eſt. Malus quippe evaſit &*

per-

ἐξώλης, καὶ τὸ κεφάλαιον, λῃστής. καὶ νῦν αὐτὶ τῆς ἐκκλησίας, τὸ ὄρος κατείληφε μεθ' ὁμοίου στρατιωτικοῦ. καταρρηξάμενος οὖν τὴν ἐσθῆτα ὁ ἀπόστολος, καὶ μετὰ μεγάλης οἰμωγῆς πληξάμενος τὴν κεφαλὴν, καλόν γε ἔφη φύλακα τῆς τἀδελφοῦ ψυχῆς κατέλιπον. ἀλλ' ἵππος ἤδη μοι παρέστω, καὶ ἡγεμὼν γινέσθω μοί τις τῆς ὁδοῦ. ἤλαυνεν ὥσπερ εἶχεν, αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ χωρίον, ὑπὸ τῆς προφυλακῆς τῶν λῃστῶν ἁλίσκεται, μήτε φεύγων, μήτε παραιτούμενος. ἀλλὰ βοῶν, ἐπὶ τοῦτ' ἐλήλυθα, ἐπὶ τὸν ἄρχοντα ὑμῶν ἀναγάγετέ με. ὃς τέως ὥσπερ ὥπλιστο, ἀνέμενεν. ὡς δὲ προσιόντα ἐγνώρισε τὸν Ἰωάννην, εἰς φυγὴν αἰδεσθεὶς ἐτράπετο. ὁ δὲ ἐδίωκεν ἀνακράτος, ἐπιλαθόμενος τῆς ἡλικίας τῆς ἑαυτοῦ. κεκραγώς, τί με φεύγεις, τέκνον, τὸν σαυτοῦ πατέρα, τὸν γυμνὸν, τὸν γέροντα; ἐλέησόν με, τέκνον, μὴ φοβοῦ. ἔχεις ἔτι ζωῆς ἐλπίδα. ἐγὼ Χριστῷ δώσω λόγον ὑπὲρ σοῦ· ἂν δέῃ, τὸν σὸν θάνατον ἑκὼν ὑπομενῶ, ὡς ὁ κύριος τὸν ὑπὲρ ἡμῶν· ὑπὲρ σοῦ τὴν ψυχὴν ἀντιδώσω τὴν ἐμήν. στῆθι, πίστευσον, Χριστός με ἀπέστειλεν. ὁ δὲ ἀκούσας πρῶτον μὲν ἔστη κάτω βλέπων. εἶτα ἔρριψε τὰ ὅπλα. εἶτα τρέμων ἔκλαε πικρῶς. προσελθόντα δὲ τὸν γέροντα, περιέλαβεν ἀπολογούμενος ταῖς οἰμωγαῖς ὡς ἐδύνατο, καὶ τοῖς δάκρυσι βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου. μόνην ἀποκρύπτων τὴν δεξιάν. ὁ δὲ ἐγγυώμενος, ἐπομνύμενος, ὡς ἄφεσιν αὐτῷ παρὰ τοῦ σωτῆρος εὕρηται. δεόμενος, γο-

νυπε-

perditus: ac quod maximum, latro: nuncque adeo pro Eccleſia montem occupavit, cum latronum pari ſatellitio. His auditis Apoſtolus ſciſſa veſte, & cum ingenti gemitu caput feriens, *Bonum te*, inquit, *animæ fratris cuſtodem conſtitui? Sed jam mihi præſto ſit equus & aliquis ductor itineris.* Inde ab Eccleſia ita ut erat, concito equo iter properavit. Cumque ad locum veniſſet, ab iis, qui excubias agebant, latronibus capitur: non ille fugam petens, aut veniam deprecans, ſed clamans: *In hoc ipſum veni, ad veſtrum me ducem deducite.* Is vero ut erat armatus interim expectabat. Sed ubi accedentem agnovit Joannem, præ pudore in fugam verſus eſt. At Joannes totis viribus concito curſu, ætatis oblitus, hominem perſequi inſtitit, identidem clamans: *Quid me patrem tuum, fili, fugis, inermem, ſeniculum? Miſerere mei, fili; noli timere; adhuc tibi ſupereſt vitæ ac ſalutis ſpes. Ego pro te Chriſto rationem reddam. Si ſit opus, tuam ipſe libens mortem ſuſtinebo, quemadmodum Dominus pro nobis mortem tulit. Animam meam pro tua vicariam dabo: Sta modo, & crede. A Chriſto miſſus ſum.* His ille auditis, primum quidem vultu in terram demiſſo ſubſtitit: deinde projectis armis, acerbe flere cœpit. Accedentem vero ſenem complexus, gemitu ac lamentis, quam maxime poterat, crimen diluebat, & lacrymis velut altero quodam baptiſmo expiabatur, ſolam dexteram occultans. Tum Apoſtolus ſpondens dejeranſque veniam ſe illi à Salvatore nactum eſſe, oranſque ac in

genua

νυπετῶν· αὐτὴν τὴν δεξιὰν ὡς ὑπὸ τῆς με-
τανοίας κεκαθαρμένην καταφιλῶν, ἐπὶ τὴν ἐκ-
κλησίαν ἐπανήγαγε. καὶ δαψιλέσι μὲν εὐχαῖς
qq. ἐξαιτούμενος, συνεχέσι δὲ νηστείαις συναγωνι-
ζόμενος· ποικίλαις δὲ 1) ῥήσεσι λόγων κατεπᾴ-
rr. δων αὐτοῦ τὴν γνώμην, οὐ πρότερον ἀπῆλθεν ὥς
φασι, πρὶν αὐτὸν κατέστησε τῇ ἐκκλησίᾳ. 2) δι-
δοὺς μέγα παράδειγμα μετανοίας ἀληθινῆς καὶ
ſſ. μέγα γνώρισμα παλιγγενεσίας, τρόπαιον ἀνα-
στάσεως 3) ἐλπιζομένης, [ὅταν ἐν τῇ συντελείᾳ
τοῦ αἰῶνος, οἱ ἄγγελοι τοὺς ἀληθῶς μετανοοῦντας
δέξωνται εἰς ἐπουρανίους σκηνάς] Φαιδρῶς γεγη-
θότες, ὑμνοῦντες, ἀνοιγνύντες τοὺς οὐρανούς. πρὸ
δὲ πάντων αὐτὸς ὁ σωτὴρ προαπαντᾷ δεξιούμε-
νος, φῶς ὀρέγων ἄσκιον, ἄπαυστον· ὁδηγῶν εἰς
τοὺς κόλπους τοῦ πατρὸς, εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν, εἰς
τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. πιστευέτω καὶ ταῦτά τις
καὶ θεοῦ μαθηταῖς, καὶ ἐγγυητῇ θεῷ, προφητείαις,
εὐαγγελίοις, λόγοις ἀποστολικοῖς, τούτοις συζῶν
καὶ τὰ ὦτα ὑπέχων, καὶ τὰ ἔργα ἀσκῶν, ἐπ'
αὐτῆς τῆς ἐξόδου τὸ τέλος καὶ τὴν ἐπίδειξιν τῶν
δογμάτων ὄψεται. ὁ γὰρ ἐνταῦθα τὸν ἄγγελον
τῆς μετανοίας προσιέμενος, οὐ μετανοήσει, τότε
ἡνίκα ἂν καταλίπῃ τὸ σῶμα, οὐδὲ καταισχυν-
θήσεται, τὸν σωτῆρα προσιόντα μετὰ τῆς αὐτοῦ δό-
ξης καὶ στρατιᾶς ἰδὼν, οὐ δέδιε τὸ πῦρ. εἰ δέ
τις

1) Cod. Reg. Gall. σειρῆσι λόγων, ut & Niceph. lib. 2. cap. 42.

2) Anaſtaſ. Sinaita addit, ἕως αὐτὸν παῖδα μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήγαγε.

3) Sic Anaſtaſ. Sinaita. βλεπομένης Euſeb.

Digitized by Google

genua provolutus, ipſam juvenis dexteram, velut jam pœnitentia expiatam, exoſculans, ipſum in Eccleſiam reduxit. Exinde partim crebris orationibus Deum deprecans, partim continuatis una cum juvene jejuniis ſimul decertans, variisque denique ſermonum illecebris animum ejus demulcens, non prius deſtitit (ut ajunt) quam illum firma conſtantia Eccleſiæ gremio admoviſſet; magno veræ pœnitentiæ exemplo exhibito, grandique iteratæ generationis documento, & futuræ reſurrectionis trophæo, [quando in conſummatione ſeculi angeli vere pœnitentes in ſupercœleſtia habitacula deportabunt,] hinc angeli læte geſtientes, laudantes, cœlos aperientes: præ cunctis vero ipſe Salvator obviam factus humaniſſime ſuſcipit, lucem præbens, quam nullæ offuſcant tenebræ, nec tempora ulla interimant: ductor ipſe in ſinum Patris in vitam æternam, in regnum cœlorum iter parans. Iſta quis credat, fidemque cum Dei diſcipulis, tum Deo ſponſori habeat; Prophetiarum, Evangeliorum, Apoſtolorum dictis. Qui in his vitam inſtituat, auremque præbeat atq; opera exerceat, ſub ipſo exceſſu dogmatum finem ipſamq; exhibitam veritatem conſpiciet. Qui enim pœnitentiæ angelum * plane recipit, haud eum tunc ulla pœnitudo incedet, cum corpus reliquerit; nec confundetur, dum Salvatorem cum majeſtate ſua exercituq; venientem viderit. Nullus ignis exterrebit metus. Sin autem quis-

* Reſpicere videtur pœnitentiæ Angelum, de quo frequens occurrit mentio in Hermetis paſtore.

Digitized by Google

τις αἱρεῖται μένειν καὶ ἐξαμαρτάνειν ἑκάστοτε ἐπὶ ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τὴν ἐνταῦθα τρυφὴν τῆς αἰωνίου ζωῆς προτιμᾷ, καὶ διδόντος τοῦ σωτῆρος ἄφεσιν ἀποστρέφεται, μήτε τὸν θεὸν ἔτι, μήτε τὸν πλοῦτον, μήτε τὸ προσπεσεῖν αἰτιάσθω, τὴν δὲ ἑαυτοῦ ψυχὴν ἑκουσίως ἀπολλυμένην. τῷ δὲ ἐπιβλέποντι τὴν σωτηρίαν καὶ ποθοῦντι, καὶ μετὰ ἀναιδείας καὶ βίας αἰτοῦντι παρέξειν τὴν ἀληθινὴν κάθαρσιν καὶ τὴν ἄτρεπτον ζωὴν δώσει ὁ πατὴρ ἀγαθὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ᾧ διὰ τοῦ παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ κυρίου ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη δόξα, τιμή, κράτος, αἰώνιος μεγαλειότης, καὶ νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς γενεὰς γενεῶν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἈΜΗ΄Ν.

quiſpiam eo animo ſit, ut manere ac quotidie in voluptatibus volutans delinquere velit, præſentisq; vitæ delitias æterna vita potiores ducat, atq; à Salvatore veniam indulgente mentis ſenſu abhorreat; is neq; Deum neq; divitias, nec quod ante lapſus ſit in crimen vocet, ſed ſuam ipſius animam quæ ipſa ſponte intereat. Ei vero cui cura ſalutis eſt ac inſpectio, eamq; deſiderat, ac pene efflictim vimque ipſe adhibens præbere rogat, Pater ille qui eſt in cœlis, veram emundationem vitamq; tribuet nulli mutationi obnoxiam; cui cum Filio Jeſu Chriſto, qui vivorum & mortuorum Dominus eſt, per Spiritum Sanctum, ſit gloria honor poteſtas, æterna majeſtas, nunc & ſemper, & in generationes generationum, inque ſecula ſeculorum. Amen.

FRANC.

FRANC. COMBEFISII

ORD. FF. PRÆDICATORUM PROVINCIÆ S. LUDOVICI STRICTIORIS OBSERVANTIÆ

AD PRÆCEDENTEM

CLEMENTIS ALEXANDRINI

LIBELLUM

NOTÆ.

Digitized by Google

AD
CLEMENTIS ALEXANDRINI
LIBRUM,
QUIS DIVES SALVANDUS SIT?

HUnc ex Vaticanis Codicibus eruit vir doctus, ac in primis Orthodoxus, Joannes Matthæus Cariophylus, poſtea Iconenſis Archiepiſcopus Græcus, ac Latinè reddidit, quo Interprete Michaël Ghislerius *t.3 in Jerem.* quaſi ſupplementum Homiliarum Origenis, ad quarum calcem extabat in Vaticanis illis Codicibus, vulgavit: quo ex loco, non ſuo, viſum extrahere, meoque Novo Auctario floſculum inſignis decoris, meo ipſius ſtylo Latinum inſerere; quanquam nec ibi prorſus ſuo loco, quod antiquior multis eſt Methodio, & non ita paucis, ut videtur, Hippolyto. Malui Euſebium auctorem ſequi, & qui illum ſecuti ſunt, Anaſtaſium Sinaitam in *Pſal.6.* aliosque, ut Clementi Alexandrino aſſererem, quam ut ex Antiquarii ejus Vaticani fide, Origeni tribuerem. Ut is ita tribueret, fecerit illa errorum colluvies, quæ & Ori-

geniana

Digitized by Google

geniana pene omnia fœdat, nec ab hoc libro abeſſe, ſed in eo eluxuriaſſe illi viſa eſt: quo tamen non conficitur eſſe opus Origenis, ſed unum hoc, non eſſe Origenem primum auctorem ſuorum illorum errorum, ſed diu ante hæſiſſe in Alexandrina ſchola, quos ille magis produxerit: quo facit & illa ſanctiſſimi Petri Alexandrini expoſtulatio in ejus Actis à me ante annos aliquot vulgatis, de iis quæ paſſi ſunt ejus ſedis illique ſuperiores Epiſcopi, à Presbyteris puriorem Evangelii doctrinam philoſophicis erroribus aſpergentibus, multaque non Eccleſiaſtica Eccleſiæ moribus ingerentibus, aut certè id conantibus, vel ex animi ſimplicitate τὸ ἀκριβὲς Chriſtianæ doctrinæ aſſequi non valentibus: qua re valde laborat ipſe Clemens in libris Hypotypoſeων, argumentoque ſunt Theodoti excerpta, quæ extant, & Græce edita ſunt, eramque Latine producturus, ſi quid inde compendii me facturum putaſſem. Nec aliunde putat vir doctus Henr. Valeſius in ſuo Euſebio, factum, ut tandem ii ipſi libri ut & Papiæ & Hegeſippi, aliorumque veterum monumenta exciderent. Ut Cariophyli ſenſum non ſequor, ut Origenis nomine vulgem, ſic nec ubique conjecturas, ut quod ſtatim, οὐκ ἔτι πολλῷ legendum conjicit, adverſo prorſus ſenſu. Malè etiam τέρας, pro γέρας. Hæc enim auctori ſugillata impietas, honorem cultumque officioſum, qui uni Deo attineat, hominibus tribuere ſic opulentis, & quaſi illi ejus ſibi opulentiæ

auctores exiſtant. Faceſſat ergo τὸ τέρας, & quod conatus reddere Carioph. *prodigioſè:* quod item ὑποκείμενον editum; plane ὑποκειμένοις: Hoc certè caput, ne divites ſtulte laudemus, quod divino obnoxii judicio ſunt, & quod ægre ſalvantur, ut ſequentibus rite proſequitur, expedita magis pauperum ſalute. Atque utinam reliquos hiatus, qui libri hujus initium finemque deformant, explere liceret, vel in eis totum Clementis ſenſum, etſi forte quibusdam dictionibus fugientibus, eruere.

a. Τὴν κενὴν ἀπόγνωσιν. Nihil apto epitheto, καινὴν legit Carioph. & reddidit. Vana certè illa, non nova deſperatio, qua timeamus δέος ἀδεές· ut ipſe ſcitè Clemens loquitur, *inani timore*, & qui nec timor ſit, juxta illud Pſal. 13, 10. *Trepidaverunt timore ubi non erat timor.* Quod erat ὑποζευματῶσι, prorſus barbarè, neglectis Carioph. conjecturis, ὑπομνημονεῦσαι repoſui; levique additione particulæ, τὰ, quod pene illi immedicabile erat, planum reddidi. τὰ τῆς ἐλπίδος, ipſa ſpes, quæ ſic dicitur erigi præclaris operibus & affectibus.

b. Εἰς ἣν μετὰ ςεφάνων. Durior mihi hic Cariophyli cenſura, ſiue etiam Ghiſlerii, aut quisquis marginales notas adhibuit, dum ſic adſcribit: *Origenis innuitur damnata opinio de præexiſtentia Animarum in cœlis;* velut ſcilicet revertendi vox hoc omnino denotet, fuiſſe jam olim in cœlis Animas, atque hinc in corpora detruſas eſſe. Sed hæc calumnia omnibus Scri-

pturæ

pturæ locis ac Patrum, eadem ratione inferri poſſit, quibus habetur eſſe nos hoſpites & peregrinos, ac patriam inquirere, ad quam nobis contendendum ut revertamur, omni illo apparatu, qui hic Clementi deſcribitur: non quod reipſa in cœlis fuerimus, ſed quod nobis hæc debita ſedes, & ad eam conditi, jus ejus amiſimus, primum peccato originis, tumque ſinguli noſtris ipſi delictis. Hic nempe deſcenſus ille noſter ab Jeruſalem in Jericho, in quo ſpiritalibus bonis ſpoliati, etiam graviter vulnerati ſumus & ſemivivi relicti. Eſto igitur Origenes eum errorem ex Timæo hauſerit, in eo fuiſſe Clementem nemo ſanus ex hiſce ejus verbis habuerit.

c. Τῶν διδασκομένων δογμάτων. Abſurde plane editum, viroque erudito incogitanti redditum, οὐ τῶν διδασκομένων· *quod tractatores dogmatum non attingebant.* Imo, *quod ejus diſciplinæ* caput erat, quod præcipuum illi docebatur, ejusque ſcholæ inſigne quoddam erat. Nempe vita æterna, ipſa regnum cœlorum, quod Chriſtus primus prædicavit; Joannes Præcurſor appropinquare nuntiavit, ac pœnitentia iter ad illud communivit.

d. Καὶ τὸ μεῖναι. Hic quoque Cariophyli diſplicet conjectura, ipſa in textum recepta. ἐκ τοῦ μὴ εἶναι. *cum antea non fuerint;* quaſi ex nihilo. Verum quidem τὰ μὴ ὄντα, i. ſenſilia, à Deo accipere ut ſint, & ex nihilo accipere, quod in omni prima productione à Deo intel-

ligitur, nec Clementi neceſſe fuit explicare: ſed præter ea accipiunt τὸ μεῖναι, ut conſerventur & incolumia ſint, in ipſa ſua corruptibilitate, quod in eis nota dignum & mirabile, debuitque Clemens obſervare.

e. Ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ σημείου. Et hic quoque Carioph. F. σταυροῦ, quaſi alluſio ſit ad illud Phil. 2. *Factus obediens usq; ad mortem, mortem autem Crucis*. Mihi nihil ſuſpecta vox, cui σημεῖον *meta* ſit & *punctum*, cujusmodi etiam lapides, quibus numerabant milliaria. Apud Ariſtoph. ἕως σημείου· *usque ad præſtitutum tempus* exponitur. Sic ergo Chriſtus à vitæ ortu ad finem usque (toto ſcilicet ejus curriculo) pro nobis mala perpeſſus, ea loquendi forma ritè Clementi ſignificatur.

f. Οὐδὲν γὰρ τελείου τελειότερον. Non facilè his aſſentiar. Certe noſtra hic omnis perfectio, auctore Paulo, parvulorum infantia eſt; atque adeo ne perfecti quidem ulli mortalium dici poſſunt, ſic quaſi relate ad vitæ futuræ ſtatum, quando evacuabimus quæ ſunt parvuli. Sed & in parvulis eſſe alios aliis majores & perfectiores, haud dubium eſt; exque genere operis perfectiores ſunt, qui re ipſa abdicatis rebus ac ſubſtantia, pauperes fiunt Chriſti cauſa, quam qui quaſi in præparatione animi, & ita ut affluentibus divitiis, non eis cor apponant; quod unum Clemens exigere videtur in ſuo Divite, qui ſalutem ac vitam æternam ſit conſecuturus. Lex ergo imperfecta, ut pædagogus ac rudis quæ-

quædam initiatio ad Evangelium & Jeſu Chriſti fidem præparans, ut ipſe Clemens ex Paulo tradit. Ad liberum arbitrium & Gratiam quod attinet, nihil hic quod non magni Tractatores ac Gratiæ vindices, Ambr. Chryſ. ipſeque Auguſt. Noſtrum certe velle & eligere, ſed excitante gratia, præſertim in juſtificatis, ex quorum perſona Paulus bellum illud in ſe deſcribit, carnis & Legis; illamque propenſi animi voluntatem, & opus vires excedens, cum ait: *Velle mihi adjacet; perficere autem bonum non invenio.* Rom. 7, 18. Dat itaque non raro Gratia ut velis, eaque voluntate ad Deum oratione ſupplex convertaris, cum tamen vires infirmæ ſint ad præſtandum, quod & noveris bonum, ac hujus deſiderio afficiaris; opusque ſit in eam rem nova majoreque gratia, ad quam ipſam priore illa voluntate & conatu præpararis: ſed non quaſi ex te (quod Pelagiani furfuris) ſed Deo rei omnis arbitro atque datore, ſine quo, ne cogitare quidem, ſicut oportet, & ut ad ſalutem conducit, quicquam poſſumus.

g. Ἐν τȣ́τῳ πεϛάσθηναι τοῖς ὅλοις. Suſpecta ea vox Carioph. dum ſic marg. adſcribit, ἴσ. πεϱατῶσαι. Mihi potius placet, ſic uſurpaſſe Clementem, ut ſit quaſi venditum accipere univerſorum pretio, alluſione ad margaritam Evangelicam, cui impar quicquid eſt legalis obſervantiæ. Maneat ergo Clementi ſua hæc litera, ipſa nihil improbanda, aut à communi ejusmodi verborum uſu remota.

h. Τῆς ζωῆς; τῶν προπονημένων. Male Carioph. ſic diſpungenda jungit, *A præteritorum vita laborum.* Atqui Clemens in eo totus eſt, ut probet vitam non illorum eſſe laborum, ſed ſolius Chriſti. Ergo fuga à vita (1. à Chriſto & ſtudio Chriſtianæ profeſſionis) à laboribus, quibus jam functus eſſet, quos ſibi inutiles reddebat, ſpreta Chriſti admonitione. Sic & ſupra; τοῦ διδασκάλου; τῆς ἱκεσίας; *à magiſtro; à ſupplicatione;* non ut Carioph. *à ſupplicando magiſtro.*

i. Πτοίαν καὶ νόσον. Altera alteram vocem explicat. Non enim hic πτοία eſt *timor* ut reddit Carioph. ſed *effrænis libido* & quaſi ſtupor, quod & πτόησις dicitur, ipſe avaritiæ morbus, ac cupiditatis œſtrum.

k. Καὶ Κράτητος. Ejus etiam exemplum ponit Hieronym. Matth. 19. qui hunc Clementis locum ſublegiſſe videtur. Fuit huic quam Anaxagoræ divitiarum major contemptus, non fortè magis ex ratione, quod facultates in æs redactas in mare projecit: Anaxagoras armentis & camelis agros ſuos depaſcendos reliquerit: De quibus ſcitum illud Apollonii Tyanæi apud Suidam judicium; Anaxagoram προβάτοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι· Cratem vero, οὔτε προβάτοις ποιῆσαι ἐπιτήδειον, οὔτε ἀνθρώποις· at Chriſtiana pietas, in rem humanam vere philoſophatur, facitque quod ei utile ſit, dum egenis erogare jubet, quas quis facultates dimiſerit. πτωχοῖς ἢ πένησι, pro quo vitioſe edita, πατρίσιν.

l. Τῆς

l. Τῆς σῆς ἀπαιδευσίας. Quod vocem ἀπουσίας, ἀπαιδευσίας mutavi, nemo puto reprehendat, cum Carioph. ἀμαθίας, quod eſt remotius, legendum concederet. Probant iſta omnia, paupertatem quæ eſt ipſa rerum abjectione, non ipſam perfectionem eſſe, ſed ad eam inſtrumentum; quam proinde ad rationem finis compoſitam eſſe oporteat, & ut major vel minor, aut etiam nulla, pro eo ac ſtatus petit, exiſtat. In Epiſcopo & Animarum Paſtore utiles divitiæ, qui temporanea ſubſidia debeat ſubditis, cum res ferat, miniſtrare: in exercente ad pietatem utilior paupertas, ἀκτημοσύνη, quem pauciſſimis contentum ac terrenorum curis ſolutum deceat Deo aſſiduum eſſe. De quibus cum S. Thoma Theologi 2. 2.

m. Πλουτεῖν τῶν παθῶν. Quod ita clarum, moxq; ac ſæpius Clementi repetitum, *vitiis divitem eſſe praviſque affectibus*, nihil apta conjectura Carioph. ἴσ. διὰ τῶν *per affectus*; non enim per vitia, ſed illis ipſis quis dives eſſe dicitur, cum & facultates deſunt.

n. Οὐ πλούσιος ζῆσαι μὴ δυνάμενος. Hunc opponit ei, qui ſic præclarè divitiis utitur, pauper ſpiritu, quamvis dives cenſu; qui cum Apoſtolo ſciat & abundare & penuriam pati. Eſt ergo ad Clementis ſenſum, qui divitiarum impatiens, cum illarum ſarcina nec ferat vivere.

o. Καθὸ καὶ παρ' ἡμῖν. Hæc Cariophylo ſuſpecta, emendatque, καθὸ ἀγαθὸς μὲν ὁ τὸ, *quandoquidem bonus quidem eſt*, quæ mihi de-

Digitized by Google

pravatio eſt. Ferendum, margini conjecturam addidiſſe, non ſic facile eaque levitate textum, quem interpretetur, mutaſſe. Quid enim abhorret, ut dicat Clemens, eſſe apud Deum non unum theſaurum, ut uſu humano theſaurus dicitur, quo quis repente invento ditatur. Quæ notio theſauri ipſa prope anguſtior, *Clementis* tamen eſt, alluſione ad parabolam Evangelicam, de theſauro abſcondito in agro. Hinc rite ſequentibus theſaurum & πλȣ̃τον (*i. divitias*) ἀλλήλων οὐκ ἀπηρτημένους φύσει. *inter ſe natura non dirimi*, dicit; quod Philoſophus dicat, eſſe idem ſubjecto, & ſolo conceptu & ratione differre: quomodo illi, ἀπήρτηνται ἀλλήλων πλεῖστον· *magno inter ſe diſtant intervallo*: aliaque plura Bud. & Theſaur. relata. Carioph. contrario ſenſu, *theſaurum & divitias natura inter ſe non eſſe connexa.* Quam belle hinc Clemens colligat eadem horr m eſſe accidentia? Colligit certè quod connexa, ſeu non dirempta aut diſparata, ſed eadem reipſa, ac ſubtili cogitatu diſtincta.

p. Μαθηματικῶς. Vix adduci poſſim ut hanc vocem decoquam hoc ſenſu, & non putem potius ſcriptum Clementi πνευματικῶς vel μυστικῶς, ſive quidvis aliud Eccleſiaſtico uſu ſequentibus apte opponi poſſit. Aptiſſimum τὸ μεμελημένως· *cura, diligentia, ſedulo, accurate*; quod Plato in Protag. nec forte aliter ſcriptum Clementi, feſtinans ſcriba vel notarum rudis voce illa imperite mutavit. μεμαθηκότως, ſi dica-

dicatur, & ipſum ferri poſſit, pro quo illud *μαθηματικῶς*, ex cujus etiam ſenſu reddere neceſſe fuit.

q. Ὧν ἄν τις ἀπὸ πλέτε διαφθείρει. Videor mihi veram lectionem inveniſſe, unius vocis levi immutatione, *αὐτὶ τούτε*, reponendo πλέτε. Ut ſit ſenſus, perinde quis aut ſalutem conſequitur, aut interitu moritur, ſive deſint divitiarum compendia, ſive illa ſuppetant. Igitur, τὸ διαφθείρειν ἀπὸ πλέτε, quod ex phraſi Græcis uſitata dicas, *labefactare à divitiis*, eſt per eas, & illarum abſentia, his carere; quod perinde ſit ad ſalutem aut interitum, ac iis abundare; ſolo uſu ex animi ſententia diſcernente. Carioph. conjectura, pro ἀπὸ τέτε, ἀπόντων, ipſa frivola.

r. Ὀυ κατὰ πνεῦμα πτωχῶ. Bene quod ſervata negans particula, etſi luxata, ejus loco poſito art. ὁ. quaſi ipſe Chriſtus ita compellet, ipſe κτ' πνεῦμα ὁ πτωχὸς, quod male editis ineſt, decoquitq; Carioph. Certe Dominus eximiè κτ' πνεῦμα πτωχὸς, & ejus nobis paupertatis forma, quovis tandem modo paupertas illa & Evangelica ſumatur; nec proinde ſic & pauperi & diviti, jubet Chriſtus abrenuntiationem, ſed ei qui vitiis dives, virtutibus pauper exiſtit. Sic ubique Clemens ſpiritali ſenſui inſiſtit, paulò etiam in eo nimius, & quaſi Chriſtus ad ipſam terrenorum abdicationem perfectionis ſtudio diſcipulos, eorumque ſequaces, non compoſuerit; quod Chriſtiana diſciplina non admittit: ac

ac nec ipſe Clem. ſentit, dum ſtatim ſequentibus exteriorum abrenuntiationem, quam jam feciſſent diſcipuli, agnoſcit, & quam facilem inveniſſent, cum illam quæ animo eſt ab ipſis affectibus, perinde & ipſi exiſtimarent impoſſibilem; aut certè num poſſibilis eſſet, dubitarent. Noſtra ergo & exterior abdicatio, *ipſa quidem* ſancta & ad perfectum ducens, non ipſa perfectio: imo ipſa nullius frugis, niſi quis per illam levatus terrenorum onere, ſtudeat ipſum animum (hominem ſcilicet interiorem) virtutibus veraque juſtitia excolere.

ſ. Τῇ προσθήκῃ τῆς παρὰ Θεοῦ δυνάμεως. Hujus loci ſententiam, quaſi Pelagianismi ſuſpectam, configit ſive Carioph. ſive Ghisler. aut quisquis notas margini adſcripſit, *caute, ſapit enim Pelagianiſmum.* Mihi potius alta Gratiæ commendatio videtur, noſtrique ad eam conatus libera voluntate explicatio. Ut primum ſit velle, ipſum à nobis inutile, ac ne velle quidem; niſi gratia excitante, quæ eſt τὸ δοθὲν πνεῦμα, *conceſſus Spiritus*, ipſe velle præſtans, & qui contrahitur non volentibus ſtrenue nec violentis, ut προσθήκῃ τῆς παρὰ Θεοῦ δυνάμεως, novo auxilio virtutis compotes fiant & ἀπάθειαν adipiſcantur; id eſt, affectus ſedent, regnumq; demum rapiant. Similia in Ambr. Chryſ. aliisque Patribus eodem collineant, quibus non gratiam eliminant, ſed (quod Paulus) hortantur ne in vacuum eam recipiamus, ſegnesque arrepto virtutis propoſito, ipſi nobis auctores ſimus ut

ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritu deficiamur. Valdeque injuſtus eſt, qui ſic illuſtria Patrum (Auguſtino præſertim ſuperiorum) loca quod non Calviniana; aſtruantq; liberum arbitrium, Pelagianiſmum ſapere dicat. Nobis Pelagius novator, Auguſtinus aſſertor antiquæ fidei, alioqui non probus Eccleſiæ Magiſter; etſi myſterium gratiæ cæteris luculentius explicavit, ubi ejusdem gratiæ afflatu didiciſſet, ſibi obrepſiſſe de voluntate credendi, quaſi illa anteiret gratiæ primum excitanti, ut & fides ipſa ejus effectus eſſet. Id ſibi voluerint molliores Pelagiani: nihil ejusmodi Patres, qui Fideles jam alloquerentur, & ab eis torporem excuterent, monendo ut conatum ſtrenue adhiberent, ſic tamen ut Deum orando, opus ſibi eſſe divino auxilio, quantavis virtute fulgerent, aut ad eam conarentur, non neſcirent. Subtiliora Auguſtino adjuncta, ipſa Celeſtino Fidelium diſputationi permiſſa, ad modum gratiæ pertinent, ejusq; cum arbitrio noſtro concordiæ; in quo aliquid myſterii fateamur oportet, & ſupra ſenſum noſtrum, dum ad ejus thronum rapiamur, qui facit concordiam in ſublimibus: aut donec Eccleſia, quod latet in ejus corde, & à Deo revelatum accepit, legitimis ejus revelationibus teſtibus aut Scripturæ teſtimoniis, clarius credendum propoſuerit.

t. Ἐκεῖ ζωογονήσεται. Supplevi ex Luca, hæc addendo, cum palam ſit, hæc, aut ſimilia deſiderari ad conditionem implendam, ut eſt illud quod Carioph. conjiciebat, *εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλαχθήσεται*. Quod initio numeri eſt, ἔμπροσθεν

πρόσθεν τῶν χρημάτων εἶναι, pro eo accipio ut ſit quaſi ἀπαντᾷν, objectioni quæ de illis eſt occurrere & opponere, ut ſit τὸ εἶναι, ἀντὶ τοῦ ἰέναι, ἀπὸ τοῦ εἶμι, reſpondendo ut ſequentibus, ipſam abſolutè abdicationem præceptam non eſſe, ſed tunc ſolum cum per terrenam ſubſtantiam ejusque occaſione creandum ſalutis periculum ſit. Nullius ſenſus video quod reddit Carioph. *Potes pecuniam tibi poſtponere.*

u. Μὴ ἔχειν μετὰ διωγμῶν. Negat. addo prorſus neceſſariam ut Clementis ſenſus conſtet & expoſitio, ipſa ſingularis, quæ tamen à voce Græca, qua uſus Marcus, non prorſus abhorreat. Illud igitur, μετὰ διωγμῶν, *cum perſecutionibus*, ſive *inter perſecutiones*, ut exceptionem poſitum vult Clemens: ἐὰν μὴ λάβῃ. *Si modo hæc tanta, centeno fructu ac cumulo agros,* &c. *non accipiat cum perſecutionibus*: quod alii planiore ſenſu, magisque ex Matthæi & Lucæ mente, affirmate ſumpſerunt, ac ſi eſſet, ὃς ἂν μὴ λάβῃ, *qui non accipiat*, vel *accipiet*, ut τὸ, μετὰ διωγμῶν, præſentis vitæ ſtatum potius indicet, ac ſpiritali ſenſu, quoad animum hæc potius intelligenda, quàm quod aliquis hæc ipſa ſic relicta, ac centuplicia, ipſa hac mortali vita, in qua reliquerit, corpore recepturus ſit; vel etiam in Millenariorum commentita requie & felicitate, in qua nullæ perſecutiones, & quam bene Grotius elidi exiſtimat hac Marci voce. Non itaque *nova in textu diſtinctio*, quod notavit Carioph. vel Ghisl. ſed nova reliquis Interpretibus, nec eis ſalutata, vocum acceptio.

x.

x. Πύρωσις: Aptius fortè eſſet πείρασις, *ſollicitatio ad ſtuprum* deq; illo tentatio: quo ipſo ſenſu τὸ πύρωσις ſumendum ſit; ut ſit quaſi libidinis incenſio, quæ exterius adhibita, probationem poſſit præſtare, ut in Joſepho & Suſanna: at cum ex animo eſt, qui jam æger ſit & afficiatur, mortem facit.

y. Ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὴν ψυχὴν νέμοντος. Carioph. *Anima immiſſa eſt;* cum ſit, *Deo præbente animam, inductus eſt,* qui modus loquendi ex Theologica regula caſtigatior; nec video quid ſemel & iterum opus illa cautione, *Cautè legendum: Cautè, ſapit Origenis errorem de præexiſtentia animarum:* quod quis Deo animam præbente in domum & familiam divitis nativitatis ortu cooptatur, eaque cooptatione, ſi malæ divitiæ ſunt, vita exterminatur. At quis Patrum aut Theologorum, vel modò, non ita loquatur? eave loquendi forma Origenianè ſe loqui, non Eccleſiaſticè, arbitretur? Nempe intelligens privari æterna vita, non qua anima ante in cœlis frueretur, ſed quam paupertatis palæſtra adepturus erat, ſi in divitiis, Deo animam præbente ejusq; illi auctore, minimè natus eſſet.

z. Κάμπτειν τῆς ἐξουσίας. Carioph. τῇ ἐξουσίᾳ conjicit, & ἀνωτέρω τῶν ὑπαρχόντων, pro, ἐνδοτέρω. Mihi nihil mutandum; cui τὸ κάμπτειν τῆς ἐξουσίας commodum videatur, idemq; quod ſequentibus explicatur, ſignificare: hoc eſt, ex divitiis non inſoleſcere, ſed in eis animum quaſi frangere & à poteſtate decedere; quod

quod eſt illa modeſtè uti, nec per eam quemquam opprimere, non *poteſtati ſubjici*; de qua nihil Clemens ſubjectione.

aa. Ἐν τῇ Ἀρχῶν. Ex hoc loco liquet Clementem Origeniano ſimile opus περὶ Ἀρχῶν ediſſe, in quo Cameli naturam ad Chriſti myſterium retulerit, & allegoricè expoſuerit, quod in Origenis περὶ Ἀρχῶν non occurrit; etſi Rufinus temere admodum opus & auxit & minuit, quod longè eſt à fide Interpretis. De Camelis, eorumque generibus & nominibus, multis diſputat Bochart. t. 1. Hic Clemens, ſive in ſuo περὶ Ἀρχῶν, præcipuè attendit velocitatem, & quod arctam & coanguſtatam viam expeditè incedat. Quid ſi pœnitentes ex peccato, Camelorum typo accepit, qui ſuperbis juſtis aut divitibus ſalutem magis expediant?

bb. Ὁ τὸ ἐκ σπλάγχνων πνεύματος. Indulſi mihi, ut quod craſſo errore editum erat πρὸς, & Carioph. breviatum Πατρὸς legerat, mutare Πνεύματος· quæ ipſa breviata vox ſic affinis, unius elementi brevi diſcrimine, ut gravi ſæpe mendo cum illa confundatur. Profert igitur, adhibetque noſter Samaritanus, vinum (ſuum nimirum ſanguinem) qui ſit illa vitis Davidica, *Ego ſum vitis*, Joan. 15. adhibetque & ſupererogat oleum Spiritus, qua noſtri per illum miſeretur; ac nobis utroque ſalutem impendit. τὸ ἐπιδαψιλευόμενος videatur myſterii aliquid habere, ut ſignificetur cumulus ille gratiæ, qui à Baptiſmo datur, vel manuum impoſitione Apoſtolico

ſtolico ritu, vel etiam olei unctione certa invocatione & ἐπικλήσει, quam alterum novæ Legis Sacramentum, etiam absque manuum impoſitione, Græci paſſim profitentur.

cc. Καὶ αὐτοὶ ἐλευθερωθήσονται. Intereſt ut ſciamus, quæ ſit illa mundi ſervitus, à qua liberandi ſint Spiritus in revelatione gloriæ filiorum Dei, idque præmii loco habituri, ejus, quo erga nos, Deo auctore, defunguntur, obſequii. Carioph. (ſive etiam Ghisler.) *Origenis error de dæmonibus ſalvandis per Chriſtum, qui damnatus eſt in V. Synodo.* Sic forſitan, quisquis illorum hæc margini adſcripſit, occupata ea opinione, qua hunc tractatum putat eſſe Origenis: qui etiam in ejus loci Commentario videtur eſſe ejus opinionis, ut & in περὶ Ἀρχῶν. Auguſt. quoque qu. 68. inter. 83. refert, quosdam Hæreticos ex his Apoſtoli verbis multa impia & inepta de cœleſtibus Spiritibus tradidiſſe; ac illud inter cætera, quod omnes Angeli ſublimesque Virtutes in dolore & gemitibus ſint, antequam nos penitus liberemur. Ac certè verè impium, ſi exiſtimetur, eſſe verè hactenus Angelos anxios incertosque ſuæ ſalutis, noſtramque expectare liberationem, ut & ipſi liberentur, aſſerta eis beatitudine ejus præmio operæ, quam in nos contulerunt, vel etiam puniantur, quod non ſatis officio functi ſunt. Nihil verò cogit, ut ſic ſtrictè Clementem exponamus, eosque illi Origenianos furfures aſpergamus, ſed ut ea modera-

tione qua Theodoretus, nobis congaudere noſtriſque muneribus beatos Angelos, intelligamus; noſtriſque proinde quodammodo malis affici; hincque adeo vanitati ſervire, quod nobis ſtudent, quandoque etiam (non ſatis explorata Dei voluntate) contrariis ſtudiis, ut in Angelo Perſarum & Hebræorum apud Danielem; à qua ſervitute liberandi ſint in revelatione gloriæ filiorum Dei, uno illis reliquo, ejus in nos præmio ſolicitudinis, gaudio de noſtra beatitudine, communique in Dei laudem ſocietate: quod ipſum affine illi libertati qua donandæ ſunt ipſæ creaturæ ſenſibiles, ut nihil amplius conferant in rerum ortus & immutationes (quæ nullæ deinceps erunt) ipſæque majori quadam donentur claritate, ſuique generis perfectione. Stet ergo Angelis invariata eorum beatitudo quam eſſentialem vocant, & qua etiam, nobis miniſterio ſeduli, ſemper faciem Patris videant, iidem tamen pro noſtri ratione & gaudeant & mœreant, fleantque amarè noſtro interitu & caſu (quaſi ſcilicet metaphoricè) quomodo Deus (ipſe natura, quod Angeli gratia Deiq; munere, ἀπαθὴς) humanos non reſpuit affectus.

dd. Σχῆμα τοῦτ' ἐστι. Jugulat Carioph. *Opinio damnata Origenis innuitur de transmigratione Animarum.* Dixiſſet potius, *de præexiſtentia,* qua ante corpora creata, in corpora detrahantur, ut in eis exerceant, eluantque quas antè ſordes contraxerant. Non video tamen, cur ex

hoc

hoc ſic brevi loco, nec ita aperto, hæc opinio adſcribenda ſit Clementi Alexandrino. Agit ipſe quidem l. 6. Strom. περὶ μετενσωματώσεως, dicitque Græcos ex Ægyptiis mutuatos, ut & præclara alia quibus gloriantur. Nihil tamen inſinuat eſſe dogma Eccleſiaſticum, aut in ſe præclarum, ſed Græcorum duntaxat exiſtimatione, aut Barbarorum, qui primi docuerunt, eoque Animorum ſe immortalitati conſulere putaverunt; quod unum pietas Chriſtiana ſibi retinuit. Hìc autem aſſerit is quidem venire Animas in corpora, velut in ſcholam & gymnaſium ſeu palæſtram, ubi exerceant; ad quas corpus rationem quaſi habitus habeat, obtegentis quod eorum ſublime ac divinum eſt. Ad hoc verò quid neceſſe præexiſtere Animas, & non tunc creari cum à Deo infunduntur, cum debito reatus, vi talis ortus contrahendi, & quod Adami progenies naſcuntur, in quo omnes rei ſumus antequam nati. Sic certè noſtri in corpora ingreſſus πρόφασις, occaſio, cauſa, ratio intelligatur, in Dei illo decreto de ſalute noſtra ex infecta Adami radice, ex qua à cœleſti patria exules naſcimur, non in qua reipſa ipſi vere exiſtentes & perſona fuerimus, ſed cujus jam cives naſceremur illique adſcripti, & jure ad illam freti, ſi Adæ juſti filii naſceremur, non Adæ prima transgreſſione rei. Tametſi plerique veteres & ante Auguſt. non ſic clarè peccatum originale cognoverunt, cujus ignorantia nedum

omnes fere hæreſes, Philoſophos ſecutæ, in præceps actæ ſunt, ut vel præexiſtentiam vel transmigrationem ſentirent (etiam Pythagoricam) ſed etiam qui de Eccleſia videbantur, nec ſe illis dogmatis, quæ non ſatis diſcuſſa erant, aut Eccleſiæ judicio definita, fidem lædere putabant; ac licet illis hærerent, aut certè quærendo, *non ſatis* perſuaſi doctique, quid veritas haberet, paulò liberius tractarent. In quo ſupra omnes, quos novimus, nimius Origenes, magnus ipſe tractator, ſæpiusque Platonica pro Eccleſiaſticis intrudens, ex quo etiam Eccleſiæ judicio proſcribi meruit, dum illius fæcibus ſicque ab illo tractatis non pauci Chriſtianæ fidei ſinceritatem contaminarent. Clemens tamen, in illis, hominem potius inſtitutum atque gratia ornatum videtur indicare, qui ſic diabolo pugnaturus Deoque adjutore ac illius occulto theſauro ditatus mundum ingrediatur: quod nobis per Chriſtum eſt, & ex ſecunda per ipſum nativitate, qua non ſolum homines ſimus, verum etiam ſancti & fideles, verè hac palæſtra exercendi, Chriſto nobis in ea duce & imperatore: utque ita Clemens velit, non ex Platonicis figmentis, ſed Chriſtianæ religionis purioribus arcanis hæc locutus meritò videri poſſit.

ee. Ἐλεγχομένη ἀνενεργής. Erat mend. ἐν ἔργοις· legerat Carioph. nihil meliori ſenſu, ἐνεργής, dum ita reddit, *agnoſcens reipſa quid valeat;* imo certè quæ probetur & convincatur,

quam

quam iners & otioſa exiſtat. Hoc enim τῷ θραύεται reſpondet, quod vis frangitur & conteritur ac quaſi vulneratur. Quod etiam προςτάγμασι συντόνοις, *rigidis juſſionibus* redditum erat, non placet; potius mandatorum omni conatu rigidaq; obſervatio; quæ utique caſſam reddit diaboli vim.

ff. Τοσούτῳ μᾶλλον ἧττον. Perturbata, aut etiam manca litera. τὸ ἧττον prorſus incommodum: ejus loco lego ὅσον, ut ſanctum inſtitutum intelligatur laudare, quo ſe ejus cultores à mundi procella ad portum ſubducunt. πρὸς τὸν λιμένα, ſic enim malui reſtituere, quod erat editis πρὸ τόν τινα· emendabatque Carioph. πόῤῥω τοῦ. Inſignis hæc ſtatus Monaſtici commendatio, ejus præ vulgo Fidelium majori ſanctitate, quod Eccleſiæ nunquam defuit, etſi non tanta illa ἀναχωρήσει & in deſerta ſeceſſione, quanta à Paulo Eremita & Antonio per Ægyptum viguit; inque ipſis Apoſtolis virisq; Apoſtolicis conſecratum eſt, quos Scriptura & Λόγος (Verbum ipſum) lumen mundi & ſal terræ nuncupavit; ſuntque modo in Monachis virisque Religioſis, qui jam ἱερομόναχοι, conjuncto ſacerdotio monaſticæ inſtitutioni ſacrisque literis haud ſegniter eruditi, eos qui ſacerdotio præſunt (i.e. Epiſcopos) procuranda plebium ſalute ac hierarchicis præcipuis muniis, ſtrenue juvant, Eccleſiæ ipſius deſtinatione ſummique ejus Antiſtitis, à noſtro Prædicatorum parente ſancto

Dominico deincepsque (bonorum omnium gratulatione; infirmorum Clericali militia, & qui ſua quærant, non quæ Jeſu Chriſti, nusquam non recrudeſcente invidia) cooptati.

gg. Τ῀ϛτό δ᾽ἐϛι, τὸ ϖέρμα. Et hic gravis dica Clementi ſcribitur. Ita enim Carioph. *Cautè, ne innuatur præexiſtentia Animarum juxta Origenis opinionem damnatam in V. Synodo.* Ego potius, Cave his exiſtimes innui, ſignificari præexiſtentiam Animarum, &c. Quid enim hic, quod ad eam intelligendam cogat? Loquitur Clemens de electis, propter quos liquet à Deo fuiſſe condita omnia, inque eorum gratiam conſervari præſentem rerum ſtatum, donec à Deo ſtatus illorum numerus compleatur: quæ Sanctorum communis doctrina eſt, ipſa clarè in Scripturis inſinuata. Mitti verò in mundum in quandam peregrinationem propenſiore Dei conſilio, præexiſtentiam non arguit, ſed æternum de eis conſilium ac decretum, ut filii Adæ Dei filii renaſcantur, ſintque in mundo ad tempus coloni, & qui ad cœleſtem anhelent patriam, ejusque ſe verè exules ſentiant: nimisque rudis eſt, qui ſic Eccleſiaſtica ad Origenianam illam ac Platonicam damnatam præexiſtentiam trahit; ut quaſi vitæ anteactæ merito, hoc illis decretum exilium ſit, mundusq; ac corpus carcer; nec quicquam video Clementi inſinuatum. Vocibus *οἰκονομίας* & *ἀναλογίας*, propenſius Dei conſilium ſuaviſſimaque providentia exque rerum

rerum indole, & quadam ad eas proportione ac comparatione, declaratur, noſtra mortali hoc corpore peregrinatione, ut qui vita immortali in primo parente, ac paradiſi fulti deliciis à Deo deſcivimus, nec quod officii erat præſtitimus, per contraria ad ipſum reducamur, primamque rectitudinem recipiamus; Chriſtianè omnia, non Platonicè & Origenianè.

hh. Τό, τε ἐπίῤῥυτον. Viſus locus depravatione impeditus & difficiliis, quem Carioph. contrario ſenſu mutavit, ac reddidit; ego nullo addito, levi ſolum ſcribæ emendatione, Auctoris ſenſu, ipſo luculento, mihi compoſui atque reddidi. Ponit ergo, quis Dives (aut etiam Pauper) non ſalvetur, qui nempe à Baptiſmo, cum liceret cœleſtibus inhiare illaque aſſequi, totus peccatis obrutus eſt, τετυχηκὼς περιπετὴς τοῖς ἁμαρτήμασι· quæ fere una mihi vox reſtituta, cum eſſet περιπετήσισιν. Carioph. aliis omnibus ad libitum mutatis, περιπεσὼν reponit.

ii. Μελάντερον τοῦ σκότους. Cocci naturam, quod præcipuè bis tinctum eſt, reſpicit: ut enim docte obſervavit noſter Forerius Iſai. 1. *Quæ bis tingebantur, erant colore aliquantò ſubnigro, neque ita lucido, ut quæ ſemel.* Vel etiam ita poſuit, ut memoriæ ſuccurrebat, cùm ipſa Scripturæ verba non ſatis ad manum eſſent. Arab. quoque quod antecedit, *ſicut phœniceum*, *fuligini ſimilia* dixit. Hujus autem potius, quàm alte-

rius coloris meminit ſacer textus, quod ſit valde conſpicuus & diuturnus; & quod peccata *ſanguinum* nomine appellaverit, cui affinis color ille coccineus.

kk. ὅπου δὲ κλήρῳ. Sequor emend. Cl. V. Henrici Valeſii ex plurium MSS. Codd. fide, quam tamen ipſe in ſua verſione nihil ſecutus eſt, ſed quam in Notis gravius carpit, nulliusque ſenſus eſſe exiſtimat. Totum itaque illud Ordinationem ſpectat, quæ Joannis erat, ut totius Aſiæ Principis; in qua primum ponit, præficere Epiſcopum; tum ἐκκλησίας ὅλας ἁρμόζειν (quod bene Niceph. ὅλους κλήρους) *diſponere, concinnare, aptare integras Eccleſias*, i. e. Cleros. ſeu de integro Clerum & Eccleſiam (ad Miniſtros quod attinet) conſtituere, vel ibi ordinando, qui apti eſſent, vel aliunde accerſendo: poſtremo unum aliquem, τῶν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος σημαινομένων, (*ex illis quos Spiritus deſignaſſet*, divina potius prædeſtinatione, quàm nova aliqua & diſtincta revelatione, quam nec Clemens ſignificavit, nec ulla probat auctoritas, quicquid Interpretes, à quibus non diſcedit Vales. levius certè ſuppleant ac detorqueant, quaſi eſſet αὐτῷ σημαινομένων) in Clerum adlegeret & ordinaret. Vel etiam, ut intellexit Nicephorus, unum ex iis, quos divinus Spiritus ſignaret, ſacra ipſa Ordinatione, ac qua Joannes, Sacerdotes perficeret: καὶ κλήρους ὅλους ἡρμόζετο, καὶ τῷ θείῳ τὴν ἱερωσύνην ἠρτίζετο Πνεύματι. *Divino Sa-*

cer-

cerdotium perſiciebat Spiritu. Ubi Langius Calvinianè omnino, *Clerum omnem docens, Eccleſiarumque ſacros Miniſtros inſtinctu Spiritus ſancti ad perfectionem inſtituens.* Sic quibus nulla Ordinationis religio (quæ tanta Græcis univerſæque Eccleſiæ) ad prædicationis verbum trahunt omnia, cum hic palam Clemens eum ſenſum reſpuat. Carioph. non malè quantum ejus litera patitur, *Alibi Clerum, aut unum quempiam ſacris Ordinibus initiaret, eorum, qui Spiritu conſignantur:* exponens & ipſe τὸ σημαινομένων, ἀντὶ τοῦ, σφραγιζομένων, de gratia ipſa ordinationis, quam & Paulus reſuſcitare monet diſcipulum, dignè ſcilicet exequendo ac ſanctè, ad quod illa munus Sacerdotii provectus eſſet. Serò tandem igitur Sectarii oculos aperiant, exque viris Eccleſiaſticis, non Calvini ſpiritu ebriis rabulis, quæ de Myſteriis Antiquis tradita ſunt, aut etiam Scripturæ, commodum hauriant; maleque nobiſcum agitur, quod pleræque probatorum auctorum, aut etiam veterum Patrum, verſiones ex cœnoſis illis fontibus nobis prodierunt; ac quandoque etiam viri Catholici non ſatis in eis cauti aut accurati fuerunt: ut plane omnium maxime demereri rem Chriſtianam cenſendi ſint, qui hoc genus ſtudii, viri eruditi probeque Theologi, ſtrenue colunt, ejus maximè rei ſoliciti, ut quam emaculatè preſſeque repræſentent, quod Veteres, ac veri teſtes traditionis, literarum monumentis ſancte conſignarunt; quan-

Digitized by Google

tumvis ardua illorum opera ſic vulgo deſpiciatur, nulloque præmio, ipſa non raro Auctorum penuria, & quod vulgando deficiant, ſic illis laborata, tenebris ſepeliantur.

11. Τῷ καθεςῶτι προσβλέψας ἐπισκόπῳ. Longe à vero abeſt, aut Græcorum ſenſu, quod reddit Ruf. *Reſpiciens ad Epiſcopum, qui nuper fuerat ordinatus.* Unde enim, & quo auctore nuper ordinatus? At nec Henr. Valeſ. ſatis ex fide Interpretis, augens & ipſe ac ſupplens, quod Græcus textus non cogit. *Converſus ad eum, quem ordinarat Epiſcopum.* Potuit ordinaſſe, quod totius Aſiæ Princeps fuit, cùm tamen Paulus illo prior in Aſia, maximè Epheſi, Eccleſiam ac Epiſcopum conſtituiſſet: at ordinaſſe, Clemens non dixit, minus vero *nuper* ordinaſſe, vel ab alio ordinatum eſſe. Ac, ſiquidem Smyrna ea urbs fuit, ut tradit Auctor Chronici Alexandr. in qua primus ſederit Polycarpus Epiſcopus, ipſe cum Joanne verſatus, qui annos 86. in Chriſti ſervitio conſenuerit, potuit ad illam circiter ætatem ab illo Epiſcopus ordinari; ſed cum auctor non dicat, quid noſtra intereſt illi tribuere ac divinare, noſtraque illi ſupponere? Auctor urbis ejus Epiſcopum, non aliud dicit, reddiditque hic Carioph. *Converſis in ejus loci Epiſcopum oculis.* Niceph. τῷ ἐπισκόπῳ ἐμβλέψας, Lang. *Epiſcopum loci ejus intuitus.* Chriſtoph. *Ad eum, qui Epiſcopus erat conſtitutus, oculos convertens;*

tens; quæ genuina vis vocis. Anaſt. Sinaita, Περσάγει κατηχεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως· alteraque ex Reg. editione, τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπισκόπῳ προσαγαγὼν πρὸς τὸ κατηχεῖσθαι. Sic non ex Rufino ſumenda optima interpretandi regula, & ut auctoribus noſtra facilè affingamus, non quæ illorum ſunt nudè producamus. Quod civitatem Clemens reticuit, reverentia fortè tanti viri fecit, & quod non omnibus officii partibus erga juvenem illum functus poſſet videri.

mm. Ἐπισήσας τὴν σφραγῖδα. Rectè Valeſius Chriſtophorſoni arceſſit fidem, qui de Sacramento Confirmationis exponit; cùm certum ſit, ſic Baptiſma σφραγῖδα ſeu *ſignaculum* à Clemente vocari. Addidi alias teſtem Amphil. in Mulierem Peccatricem: hîc Anaſt. Sinait. qui verba illa Clementis ſic παρασφραγιστικῶς reddit, ὡσανεὶ τῷ βαπτίσματι τοῦτον ἀσφαλισάμενος καὶ περιτειχίσας· *Velut qui collato Baptiſmate res illius in tuto poſuiſſet ac undique eum communiiſſet.* Nec, re ſic explorata, opus eſt plura afferre.

nn. Ἐπὶ λωποδυσίαν. Hanc ſuperiorum leviorumque veſtium deſuper & quaſi joco luxuriante ætate expoliationem, Anaſt. priore editione, reddit, πορνικοὺς καὶ ἀτίλους διανυκτερεύσεις, quod alterum alteri proclivè hære-

hæreat, nec tam fures quàm mœchi & ſcortatores videantur, qui huic pravitati ſtudent: ſenſim tamen ad majora furta & latrocinia per eam rudimenta ponunt, dum & liguriunt facultates unde egeſtate premantur, paulatimque non coërcita licentia ac audacia extremè creſcit.

o o. Παθεῖν ἤξίȣ. Longè à vero eſt, qui negat. addit Grut. ȣ̓κ ἤξίȣ. nec magis placet, quod Valeſ. probavit, ἀπηξίȣ· *dedignabatur*, ut ipſe reddit: nam eſt idem ſenſus; eſſetque potius, ȣ̓κ ἀπηξίȣ, *non dedignabatur.* Sic nempe devota capita, quale juvenis hic deſcribitur, quicquid illis ſuppliciorum immineat, velut hæc ipſa ambiant, graviora in dies ſcelera prioribus innectunt. τοῖς ἄλλοις ergo, intellige ſociis latronibus, quod furcæ deditum genus, vel etiam cruci ac crurifragio, quam is à ſe ſortem, quod ita ſemel pejerat, non amoliebatur. Hic Clementis verus & genuinus ſenſus, nec alius comminiſcendus.

pp. Στενάξας κάτωθεν. Anaſt. Sinait. in Pſal. 6. edit. 1. ςενάζει μέγα ἐκ βάθους· εἶτα δακρύει· nec putaveram Clementis verba ſic plena, alio ſenſu reddi poſſe, aliamve paraphraſin admittere (*ex imo* ſcilicet *grandi ducto ſuſpirio*, quod ſecutæ lacrymæ) donec occur-

currit in nova Euſebii verſione, *demiſſo vultu ſuſpirans*: hinc tamen τὸ κάτωθεν, *demiſſo vultu*, ut in meas relatum rationes velim, ſi quid Græcè ſciam, nunquam adduci poſſim. Nævus hîc viro docto ex Chriſtophorſoni verſione hæſit. Potuit vero & ex Niceph. abſtergere, qui & ipſe, βύθιόν τι στενάξας, Lang. *altè admodum ducto ſuſpirio*.

qq. Σειρῆσι λόγων. Cod. Reg. Niceph. item σειρῆνι. Aptè ſanè pro ſequentis participii ſenſu & metaphora, ἐπάδων· quicquid Valeſio σειρῶες hoc loco mollius videtur vocabulum. Et quod Rufinum tueri ait vulgatam lectionem, ῥήσεσι λόγων, non aſſentior. Ita ſanè ſi dixiſſet, *auctoritatibus*, *ſententiis Scripturarum*, quod ſunt αἱ ῥήσεις τῶν λογίων, non λόγων, in quo idem falſus Valeſ. videtur. Quod autem ſcripſit, *Variis ſermonum conſolationibus*; quid eſt niſi quod ipſe Valeſ. *verborum illecebris*, ſeu lenociniis, quæ ipſæ σειρῶες ſunt, ſic quaſi incantantes: cujus vim vocis, tot illis ſequentibus idem Ruf. reddidit, *velut quibusdam præcantationibus*, &c. Sanè præter Scripturæ verba & ſententias, erat Joannes totus ſuavis; eximiæ ſcilicet charitatis, vereque diligens dilectusque diſcipulus; nullæque majores σειρῆνες verborumque lenocinia, quàm quibus ille Dei in nos amorem ac clementiam commendabat, ſenſumque omnem deſpe-

deſperantis animi, velut divina quadam incantatione à ſe ſopiebat.

rr. Πρὶν αὐτὸν κατέστησε. Emendat Valeſ. ex Mazar. Med. Fuket. ἀποκατέστησε. ſed vereor; imo ne vereor quidem, ſed certum habeo, gloſſema eſſe, ceu plagium ejus, cui vox κατέστησε difficilior viſa eſt, quo eam ſenſu reddidit Ruf. *Nec prius abſtitit, quàm cum etiam Eccleſiæ præficeret.* Quod certè alienum à regula Eccleſiaſtica, ſicarium hominem ſic repente Eccleſiæ præficere. Ad hæc erat, qui Eccleſiæ præfecturam gereret, ipſe Epiſcopus, qui curando juvenem paulò remiſſior, haud tamen inde gradu moveri, ſic miti Apoſtolo debuit, & ut latro cruentus illi ſufficeretur, quem multum fuit pœnitentia expiatum Eccleſiæ gremio ac Fidelium gregi adjungi, necdum fortè inſtituta ſeveriore illa Pœnitentium diſciplina, Patrum deinde ac Conciliorum canonibus ſancita; vel Joanne mitius donante, velùt etiam Paulus Corinthio, accepta à Chriſto indulgentiæ pœnarum facultate, quæ & nunc in Eccleſia perſeverat. Non intellexit ergo Rufin. vim vocis illius, ad ſenſum Clementis, nec qui addita propoſitione, aliò traxere; expreſſit verò Niceph. πρὶν στεῤῥῶς αὐτὸν ἐπιστῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ· *antequam Eccleſiæ firmiter eum adhiberet:* ut ſcilicet non jam amplius priori levitate

vitate ab ea diſcederet, ſed conſtantiam ſancta profeſſione teneret; juxta quod τὸ κατὰ, vim intendendi, ſeu augendæ ſignificationis habet. Anaſt. priore editione aliquid addit, ἕως αὐτὸν παῖδα μεθ' ἑαυτῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήγαγε. *Quam ſecum juvenem in Eccleſiam cogeret*; i.e. Fidelium numero Epheſi redderet; quo loco rem geſtam, contra aliorum fidem, habet: ſed melius altera mea ex Reg. Cod. editione, incertam Aſiæ urbem ipſe quoque ſignificat, propiusque Clementis narrationi hæret, nec τὸ, μεθ' ἑαυτῦ habet. Vide ſi libet mihi notata Auct. t. 1.

ff. Τρόπαιον ἀναςάσεως βλεπομένης. Valeſ. *Conſpicuæ reſurrectionis tropæum*. Anaſt. altera edit. ἐλπιζομένης· *ejus reſurrectionis, quæ futura expectatur*; i.e. corporum. Tanta enim hæc divina virtute animi mutatio à pravitate ad pietatem omnemque ſanctitatem, argumento eſt, eadem mutanda noſtra corpora à corruptione ad immortalitatem, ac quod loquitur Paulus, ex animalibus ſpiritalia reddenda. Inſcitè Chriſtoph. *Illuſtre denique trophæum à peccatis reſurrectionis, per exteriora pænitentiæ ſigna*, &c. Velut ipſa à peccatis reſurrectio per pœnitentiam, ipſa ſui trophæum dicatur, non alterius; ſitque ea reſurrectio βλεπομένη, *quæ oculis videatur*, non νοȣμένη ſeu νοητὴ, *quæ ſola mente intelligatur*, ut eſt ipſa anima,

Digitized by Google

anima, cujus illa reſurrectio affectio ſit. Grave certè, quod ita mala paraphraſi, ac liberiore, per occupatæ mentis licentiam, aut certè inſcitiam, purioris etiam Latinitatis prætextu; cum bonis Auctoribus, à malis Interpretibus geritur.

CLE-

Digitized by Google

CLEMENTIS ALEXANDRINI PRESBYTERI ADUMBRATIONES IN ALIQVOT EPISTOLAS CANONICAS.

EX INTERPRETATIONE

M. AURELII CASSIODORI.

Digitized by Google

CLEMENTIS ALEXANDRINI PRESBYTERI ADUMBRATIONES IN PRIOREM D. PETRI EPISTOLAM.

Cap. 1. v. 3.

B*Enedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui per magnam miſericordiam ſuam regeneravit nos.* Si etenim Deus nos genuit ex materia; poſtea vero ſecundum profectum vitæ regeneravit. *Pater Domini noſtri per reſurrectionem Jeſu Chriſti*; ſecundum fidem veſtram reſurgentis in nobis: Sicut è contrario moritur in nobis; id noſtra infidelitate faciente. Dicebat autem iterum, nunquam reverti ſecundo ad corpus animam in hac vita; neq; injuſtam fieri quæ angelica facta eſt, neq; malignam, ne iterum occaſionem peccandi per ſuſceptionem carnis accipiat: In Reſurrectione autē utramque in corpus reverti, conjunguntur ſibimet invicem juxta genus proprium, ſecundum compoſitionem

Digitized by Google

tionem alterius ſe quadam congruentia coaptantes ſicut ſagena, vel ædificatio lapidum. Propterea Petrus inquit [c. 2. v. 5.] *Et vos ipſi ſicut lapides vivi ædificamini domus ſpiritalis;* cuſtoditum ſcilicet in cœlis locum ſignificans ſedis angelicæ. *In vos,* inquit [cap. 1. v. 5, 9.] *qui virtute Dei conſervamini fide ac ſpeculatione, percepturi finem fidei veſtræ animarum ſalutem.* Hinc apparet quoniam non eſt naturaliter anima incorruptibilis; ſed gratia Dei, per fidem & juſtitiam, & per intellectum perficitur incorruptibilis. *De qua ſalute,* inquit [v.10.] *exquiſierunt & ſcrutati ſunt Prophetæ,* & cætera quæ ſequuntur. Declaratur per hoc, cum ſapientia locutos eſſe Prophetas; & Spiritum in eis Chriſti fuiſſe ſecundum poſſeſſionem & ſubjectionem Chriſti: per archangelos enim & propinquos angelos, qui Chriſti vocantur Spiritus, operatur Dominus. *Quæ nunc,* inquit [v. 12.] *annunciata ſunt vobis per eos, qui vobis evangelizaverunt.* Vetera, inquit, quæ per Prophetas facta ſunt, & plurimos latent; nunc vobis revelata ſunt per Evangeliſtas. *Vobis enim,* inquit [ib.] *manifeſtata ſunt per Spiritum Sanctum qui miſſus eſt:* hoc eſt, Paracletum, de quo Dominus dixit: * *Niſi ego abiero, ille non veniet. In quem concupiſcunt,* inquit [ib.] *angeli proſpicere:* non angeli apoſtatæ, ſicut plurimi ſuſpicantur; ſed quod verum eſt ac Divinum, angeli qui deſiderant profectum perfectionis illius adipiſci. *Sanguine,* inquit

* Joh. 16, 7.

[v. 19.] *pretioſo, ſicut agni incontaminati & immaculati.* Hic tangit Leviticas & Sacerdotales antiquas celebrationes: Significat autem animam mundam per juſtitiam, quæ offertur Deo. *Præcogniti quidem*, inquit [v. 20.] *ante conſtitutionem mundi.* Primo quippe præcognitus ante omnem creaturam quod erat Chriſtus. *Manifeſtati autem in noviſſimis*, per generatum corpus. *Regenerati non ex ſemine corruptibili*, [v. 23.] Corruptibilis igitur eſt anima, quæ cum corpore ſimul profunditur, ut quidam putant. *Verbum autem Domini*, inquit [v. 25.] *permanet in æternum;* tam prophetia quam Divina doctrina. [Cap. 2. v. 9.] *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium.* Quoniam vero electum genus ſumus Dei electione, abunde clarum eſt. Regale autem dixit, quoniam ad regnum vocati ſumus, & ſumus Chriſti. Sacerdotium autem propter oblationem, quæ fit orationibus & doctrinis, quibus adquiruntur animæ quæ offeruntur Deo. *Qui cum malediceretur*, inquit [v. 23.] *non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur.* Dominus hoc utique per bonitatem atque patientiam. *Tradebat autem judicanti ſe injuſte*, [ib.] ſive ſemetipſum, ut ſit hyperbaton hoc modo ſe habens: tradebat autem ſemetipſum ſecundum injuſtam legem judicantibus; quia inutilis illis erat, utpote juſtus exiſtens: vel tradebat Deo injuſte judicantes, id eſt, eos qui eum nequiſſime condemnabant, & gratis neci ejus inſtabant, ut ſupplicia

Digitized by Google

plicia perpetientes, erudiantur. *Qui enim vult vitam,* inquit [cap. 3. v. 10.] *diligere, & videre dies bonos:* hoc eſt, qui vult æternus & incorruptibilis fieri. Vitam vero, Dominum dicit; dies autem bonos, hoc eſt, ſanctos. *Quia oculi,* inquit [v. 11.] *Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum.* Multiformem Spiritus Sancti ſpeculationem ſignificat: *Vultus autem Domini ſuper facientes mala* [v. 12.] hoc eſt, ſive judicium, ſive ultio, ſive manifeſtatio. *Dominum vero Chriſtum,* inquit [v. 15.] *ſanctificate in cordibus veſtris.* Sic habes etiam in Oratione Dominica: * *Sanctificetur nomen,* inquit, *tuum. Chriſtus enim,* inquit [v. 18.] *ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro injuſtis ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu.* Hæc ad fidem eorum redigens, dicit. Hoc eſt: in noſtris vivificatus eſt ſpiritibus. *Adveniens,* inquit [v. 20.] *prædicavit eis qui quondam erant increduli;* ſpeciem quidem ejus non viderunt, ſonum vero vocis audierunt. *Cum ſuſtinet,* inquit [ib.] *Dei longanimitas.* Ita eſt bonus Deus, ut etiam per eruditionem ſalutis operetur effectum. *Per reſurrectionem,* inquit [v. 21.] *Jeſu Chriſti;* ſcilicet quæ per fidem in nobis effecta eſt. *Subjectis ſibi Angelis,* [v. 22.] qui ſunt, primus ordo: & ſubditis *Poteſtatibus,* quæ ſunt ſecundi ordinis: ſubditis quoque *Virtutibus,* quæ ad tertium ordinem pertinere declarantur. *Qui reddent,* inquit [c. 4. v. 5.]

* Matth. 6, 9.

v. 5.] *rationem ei qui paratus eſt judicare vivos & mortuos.* Hi ſecundum præcedentia judicia erudiuntur. Ob hoc etiam ſubjungit: [v. 6.] *Propter hoc enim & mortuis evangelizatus eſt,* nobis qui quondam videlicet extabamus infideles. *Ut judicemur quidem ſecundum hominem,* inquit [ib.] *in carne, vivant autem ſecundum Deum in Spiritu.* Quia à fide videlicet exciderunt; dum adhuc in carne ſunt, judicantur ſecundum judicia præcedentia ut pœniteant. Idcirco & ſubnectit, dicens: *Vivant in Spiritu ſecundum Deum.* Sic Paulus quoque; nam & ipſe tale aliquid dicit: quem * *tradidi* (inquiens) *Satanæ, ut vivat Spiritu.* [c. 4. v. 10.] *Sicut boni,* viz. *diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.* Similiter & Paulus; ** *multifarie*, inquit, *& multis modis Deus olim locutus eſt Patribus noſtris. Gaudete,* inquit [v. 13.] *communicantes paſſionibus Chriſti:* hoc eſt, ſi juſti eſtis, propter juſtitiam patimini, ſicut Chriſtus pro juſtitia paſſus eſt. *Beati,* inquit [v. 14.] *quoniam qui eſt ejus honoris, & virtutis Dei Spiritus, ſuper vos requieſcit.* Hoc poſſeſſivum, *ejus,* & angelicum ſpiritum ſignificat: gloria quippe Dei illi ſunt, per quos ſecundum fidem & juſtitiam glorificatur ad gloriam honorabilem, ſecundum profectum introductorum fidelium. Poteſt etiam ſic intelligi *Spiritus Dei ſuper nos;* Hoc eſt, qui ſecundum fidem animæ ſupervenit, veluti venuſtas quædam mentis & animi pulcritudo.

Quo-

* Cor. 5, 5. ** Heb. 1, 1.

Digitized by Google

Quoniam, inquit [v. 17.] *tempus judicii inchoandi à domo Domini.* His enim, in perſecutionibus conſtitutis, judicium conſequetur. *Deus autem,* inquit [c. 5. v. 10.] *totius gratiæ.* Totius gratiæ dixit, quoniam bonus eſt, & omnium bonorum dator eſt ipſe. *Salutat vos Marcus filius meus* [v. 14.] Marcus Petri ſectator, palam prædicante Petro Evangelium Romæ coram quibusdam Cæſareanis equitibus, & multa Chriſti teſtimonia proferente; petitus ab eis, ut poſſent quæ dicebantur memoriæ commendare, ſcripſit ex his quæ Petro dicta ſunt, Evangelium quod ſecundum Marcum vocitatur. Sicut Lucas quoque, & Actus Apoſtolorum ſtylo executus agnoſceret, & Pauli ad Hebræos interpretatus Epiſtolam.

EJUSDEM ADUMBRATIONES IN EPISTOLAM JUDÆ.

JUdas qui Catholicam ſcripſit Epiſtolam, frater filiorum Joſeph extans, valde religioſus; cum ſciret propinquitatem Domini, non tamen dixit ſe ipſum fratrem ejus eſſe; ſed quid dixit? [cap. 1. v. 1.] *Judas ſervus JEſu Chriſti,*

utpote Domini; *frater autem Jacobi.* Hoc enim verum eſt; frater erat ejus, Joſeph. *Subintroierunt enim quidam,* inquit [v.4.] *homines impii, qui olim præſcripti & prædeſtinati erant in judicium Dei noſtri,* non ut fiant impii: ſed exiſtentes jam impii, in judicium præſcripti ſunt. *Quoniam Dominus Deus ſemel populum,* inquit [v.5.] *de terra Ægypti liberans, deinceps eos, qui non crediderunt, perdidit:* ut eos videlicet per ſupplicium erudiret. In præſenti quippe tempore puniti ſunt, & perierunt propter eos qui ſalvantur, donec convertantur ad Dominum. *Angelos vero,* inquit [v. 6.] *qui non ſervaverunt proprium principatum,* ſcilicet quem acceperunt ſecundum profectum, *ſed dereliquerunt,* inquit [ib.] *ſuum habitaculum,* cœlum videlicet ac ſtellas ſignificans, apoſtatæ facti ſunt & vocati. *In judicium,* inquit [ib.] *magnæ diei vinculis perpetuis ſub caligine reſervavit.* Vicinum terris locum, hoc eſt, caliginoſum aërem ſignificat. Vincula vero dixit amiſſionem honoris in quo conſtiterant, & cupiditatem infirmarum rerum; cupiditate quippe devincti propria, converti non queunt. *Sicut Sodoma,* inquit [v.7.] *& Gomorrha.* Quibus ſignificat Dominus remiſſius eſſe, & eruditos pœnituiſſe. *Similiter iisdem,* inquit [v. 8.] *& hi ſomniantes,* hoc eſt, qui ſomniant imaginatione ſua libidines & reprobas cupiditates, bonum eſſe putantes, non illud quod vere bonum eſt, & omni bono ſuperius. *Carnem quidem,* inquit [ib.] *maculant,*

domi-

dominationem autem ſpernunt, majeſtatem autem blaſphemant: hoc eſt, ſolum Dominum qui vere Dominus noſter eſt Jeſus Chriſtus, & ſolus laudabilis. *Majeſtatem*, inquit, *blaſphemant*, hoc eſt, angelos. [v. 9] *Quando Michael Archangelus cum diabolo diſputans, altercabatur de corpore Moyſis:* hic confirmat aſſumtionem Moyſis. Michael autem hic dicitur qui per propinquum nobis angelum altercabatur cum diabolo. *Hi autem*, inquit [v. 10.] *quæcunque quidem ignorant, blaſphemant. Quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia noverunt, in his corrumpuntur.* Significat eos comedere ac bibere, & rebus venereis indulgere, & alia eos perpetrare dicit quæ ſunt communia cum animalibus ratione carentibus. *Væ illis*, inquit [v. 11.] *quia in via Cain abierunt.* Sic etiam peccato Adæ ſubjacemus ſecundum peccati ſimilitudinem. *Nubes*, inquit [v. 12.] *ſine aqua;* hoc eſt, qui verbum Divinum & fœcundum in ſe non poſſident. *Ob hoc*, inquit [ib.] *& à ventis, & ſpiritibus violentis, hujusmodi circumferuntur homines. Arbores*, inquit [ib.] *autumnales, infructuoſæ*, & infideles videlicet, qui nullum fructum fidelitatis apportant. *Bis*, inquit [ib.] *mortuæ;* ſemel ſcilicet quando delinquendo peccarunt; ſecundo vero, quando ſuppliciis contradentur ſecundum prædeſtinata Dei judicia: mors quippe reputanda eſt, etiam quando quisque hæreditatem non continuo promeretur. *Fluctus*, inquit [v. 13.] *ferocis maris.* His

Digitized by Google

verbis vitam gentilem ſignificat, quorum ambitionis abominabilis eſt finis. *Sidera errantia*, hoc eſt, errantes & apoſtatas ſignificat, ex hujusmodi ſtellis ſunt, qui angelorum cecidere de ſedibus, *quibus*, propter apoſtaſiam, *caligo tenebrarum reſervatur in ſempiternum. Prophetavit autem de his ſeptimus*, inquit [v. 14.] *ab Adam Enoch.* His verbis Prophetiam comprobat. *Iſti*, inquit [v. 19.] *ſegregantes*, fideles ab infidelibus, ſecundum propriam infidelitatem redarguti. Et iterum diſcernentes à canibus. *Animales*, inquit [ib.] *Spiritum non habentes*; Spiritum ſcilicet qui eſt per fidem ſecundum uſum juſtitiæ ſuperveniens. *Vos autem*, inquit [v. 20.] *cariſſimi ſuperædificantes vosmetipſos ſanctiſſima veſtra fide in Spiritu Sancto. Quosdam autem*, inquit [v. 21.] *ſalvate de igne rapientes* [v. 22.] *quibusdam vero miſeremini in timore*, id eſt, eos qui in ignem cadunt, doceatis ut ſemetipſos liberent. *Odientes*, inquit [v. 23.] *eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam*; animæ videlicet tunica macula eſt, ſpiritus concupiſcentiis pollutus carnalibus. *Ei autem*, inquit [24.] *qui potens eſt conſervare vos ſine offenſione, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in lætitia.* In conſpectu gloriæ ſuæ dicit, coram angelis. Immaculatos autem conſtituendos, angelos factos, cum dicit Daniel de populo, & venit in conſpectu Domini, non hoc dicit quoniam vidit Deum; hoc enim impoſſibile eſt, ut quisque non mundo corde vi-

de videat Deum: ſed hoc dicit, quia cuncta quæcunque faciebat populus, in conſpectu erant Dei, & manifeſta illi conſtabant; hoc eſt, quoniam nihil abſconditum eſt à Domino. In Evangelio vero ſecundum * Marcum interrogatus Dominus à principe Sacerdotum, *ſi ipſe eſſet Chriſtus filius Dei benedicti. Reſpondens dixit: ego ſum, & videbitis filium hominis à dextris ſedentem virtutis. Virtutes* autem ſignificant ſanctos angelos. Proinde etiam cum dicit *à dextris Dei*, eosdem ipſos dicit propter æqualitatem & ſimilitudinem angelicarum ſanctarumque virtutum qui nominantur nomine Dei. Cum ergo *ſedere in dextra* dicit, hoc eſt in eminenti honore requieſcere. In aliis autem Evangeliis dicitur principi Sacerdotum interroganti, ſi ipſe eſſet filius Dei, non è contra reſpondiſſe. Sed quid dixit? ** *vos dicitis*. Satis bene reſpondens. Si enim diceret, ſicut vos intelligitis, mentiretur utique non ſe confitens filium Dei, illi non ita de illo ſentiebant; dicens autem, *vos dicitis*, vere locutus eſt. Quod enim non ſapiebant, verbis dicebant, hoc ille verum eſſe confeſſus eſt.

* Marc. 14, 61. 62. ** Matt. 26, 64.

EJUS-

EJUSDEM ADUMBRATIONES IN EPISTOLAM I. JOANNIS.

Cap. I. v. I.

QUod erat ab initio, quod vidimus oculis noſtris, quod audivimus.* Conſequens Evangelium ſecundum Joannem, & conveniens etiam hæc Epiſtola principium ſpiritale continet. Quod ergo dicit *ab initio*, hoc modo presbyter exponebat, quod principium generationis ſeparatum ab opificis principio non eſt. Cum enim dicit *quod erat ab initio*, generationem tangit ſine principio Filii cum Patre ſimul extantis: erat ergo verbum æternitatis ſignificativum non habentis initium, ſicut etiam verbum ipſum, hoc eſt Filius Dei ſecundum æqualitatem ſubſtantiæ unum cum Patre conſiſtit, ſempiternum eſt & infectum: quod ſemper erat verbum, ſignificatur dicendo, * *in principio erat verbum.* Quod vero dixit, *quod vidimus oculis noſtris*, Domini ſignificat in carne præſentiam, *& manus,* inquit [ib.] *noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ:* Non ſolum carnem ejus, ſed etiam virtutes ejusdem Filii ſignificat, ſicut radius ſolis usque ad hæc infima loca pertranſiens, qui radius in carne

* Joh. I, I.

carne veniens palbabilis factus eſt diſcipulis. Fertur ergo in traditionibus, quoniam Joannes ipſum corpus quod erat extrinſecus tangens, manum ſuam in profunda miſiſſe, & ei duritiam carnis nullo modo reluctatam eſſe, ſed locum manui præbuiſſe diſcipuli. Propter quod & infert, *Et manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ:* contrectabilis utique factus eſt qui venit in carne, ſicut *& vita quæ manifeſtata eſt* [v.2.] Nam & in Evangelio ſic dicit: * *Et quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum. Et nunciamus*, inquit [ib.] *vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & palam facta vobis.* Patris appellatione ſignificat, quoniam & Filius ſemper erat ſine initio. *Quia Deus*, inquit [v.5.] *lumen eſt:* non eſſentiam Divinam exprimit, ſed declarare volens majeſtatem Dei, quod melius eſt & excellentius apud homines proprie Divinitati coaptavit. Sic & Paulus ** *lumen* vocans *inacceſſibile.* Sed & ipſe Joannes in eadem ipſa Epiſtola, *caritas*, inquit, *** *Deus eſt;* virtutes ſignificans Dei, quoniam clemens eſt & miſericors, & quia lumen, hoc eſt juſtos ſecundum profectum animi per caritatem conſtituit. Lumen ergo Deus qui eſt inenarrabilis ſecundum rationem ſubſtantiæ: *Et tenebræ*, inquit [ib.] *in eo ſunt nullæ*, hoc eſt nulla iracundia, nulla paſſio, nulla circa quemquam mali retentio, nullum perdens, ſed cunctis ſalutem tribuens. Lumen autem ſignificat, vel præcepta

* Joh. 1, 3. 4. ** 1. Tim. 6, 16. *** 1. Joh. 4, 16.

Digitized by Google

cepta legis, vel fidem, vel doctrinam. Tenebræ vero horum contraria, non veluti altera via ſit. Una quippe via eſt ſecundum præcepta Divina. Monas namque Dei opus eſt, dyas autem & quicquid præter monadem conſtat, ex vitæ perverſitate contingit. *Et ſanguis filii ejus*, inquit [v.7.] *mundat nos*. Doctrina quippe Domini quæ valde fortis eſt, ſanguis ejus appellata eſt. *Quod ſi dixerimus quod non peccavimus, mendacem facimus eum & verbum ejus non eſt in nobis* [v.9.] Doctrina ejus viz. ſive verbum veritas eſt. *Et ſi quis*, inquit [c.2. v.1.] *peccaverit: conſolatorem habemus ad Patrem Jeſum Chriſtum.* Sicut enim apud Patrem conſolator eſt pro nobis Dominus; ſic etiam conſolator eſt quem poſt aſſumtionem ſuam dignatus eſt mittere. Hæ namque primitivæ virtutes ac primo creatæ, immobiles exiſtentes ſecundum ſubſtantiam & cum ſubjectis angelis & archangelis, cum quibus vocantur æquivoce, diverſas operationes efficiunt. Sic etiam & Moyſes Michael angeli virtutem per vicinum ſibi & infimum angelum vocat. Similiter quoque in Prophetis ſanctis invenimus, ſed Moyſi quidem propinquus ac vicinus angelus apparuit. Exaudivit eum, & locutus ei Moyſes manifeſte facie ad faciem. Aliis autem Prophetis ſecundum operationem angelorum motus quidam fiebat, veluti audientium ac videntium. Idcirco & ſoli audiebant, ſolique cernebant, ſicut & in * Samuele

* 1. Sam. 3, 3.

ele manifeſtatur. * Heliſæus etiam ſolus audiebat vocem qua vocatus eſt. Si autem eſſet manifeſta & communis vox, ab omnibus præſentibus audiretur; nunc autem à ſolo, in quo operabatur motus, qui ab angelo fiebat, audita eſt. *Non ſolum autem*, inquit [v. 2.] *pro noſtris peccatis* Dominus propitiator eſt, hoc eſt, fidelium, *ſed etiam pro toto mundo:* proinde univerſos quidem ſalvat, ſed alios per ſupplicia convertens, alios autem ſpontanea aſſequentes voluntate, & cum honoris dignitate, ** *ut omne genu flectatur ei, cœleſtium, terreſtrium & infernorum;* hoc eſt, angeli, homines & animæ, quæ ante adventum ejus de hac vita migravere temporali. *Et in hoc cognoſcimus quoniam novimus eum, ſi mandata ejus cuſtodiamus* [v. 3.] Qui enim *intellector* eſt, utique & opera perficit quæ pertinent ad virtutis officium. Qui vero opera perficit, non continuo etiam *** *intellector* eſt. Poteſt enim eſſe rectarum operationum, non tamen intelligibilium ſacramentorum cognitor; demum ſciens quædam opera perfici timore ſupplicii, quædam vero propter repromiſſionem remunerationis, docet, perfectionem intellectualis hominis per caritatem opera complentis: proinde ſubjungit ac dicit [v. 5.] *Qui vero cuſtodit verbum ejus vere: in hoc caritas Dei perfecta eſt. In hoc enim cognoſcimus, quoniam in ipſo ſumus* ſecundum fidem & ſe-

---

* I. Reg. 19. ** Phil. 2. 10. *** Gnoſticus, ex Clementis dialecto.

Digitized by Google

& ſecundum caritatem. *Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis à principio* [v. 7.] per Legem ſcilicet & Prophetas. Ubi dicitur *unus eſt Deus:* Idcirco & infert [ib.] *Quoniam mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis.* Iterum autem dicit [v. 8.] *Mandatum autem hoc eſt quod tenebræ tranſierunt*, perverſionis ſcilicet, *& lumen verum ecce jam claruit;* ſecundum fidem ſcilicet, ſecundum Intellectum, ſecundum teſtamentum, ſecundum præparata judicia in hominibus operans. *Qui dicit ſe*, inquit [v. 9.] *in lumine eſſe*, in lumine dicit in veritate. *Et fratrem ſuum*, inquit [ib.] *odit.* Fratrem videlicet dicit non ſolum proximum, ſed & Dominum. Odiunt enim eum infideles, & non cuſtodientes mandata ejus. Propter quod etiam infert [v. 10.] *Qui diligit fratrem ſuum, in lumine permanet, & ſcandalum in eo non eſt.* Deinde profectus & provectiones ſignificat animarum adhuc in carne poſitarum, & *filiolos* quidem vocare eos quibus ſunt remiſſa peccata propter nomen Domini; nam multi ſolo credunt nomine. *Patres* autem perfectos appellat, eos quì *intellexerunt quod erat ab initio, & intelligibiliter perceperunt* [v. 13.] Filium videlicet de quo ſupra dixit, *quod erat ab initio. Scribo*, inquit [ib.] *vobis juvenes quia viciſtis malignum.* Fortes juvenes contemnentes voluptates; *Malignum* diaboli extollentiam ſignificat. Filii autem cognoſcunt Patrem, utpote qui ab idolis

con-

Digitized by Google

confugerunt, & ad unum Deum convocati ſunt. *Quoniam mundus*, inquit [v.15.] *in maligno eſt.* Nonne mundus & omnia quæ in mundo ſunt, creatura Dei dicuntur, & hæc valde bona? *Sed concupiſcentia carnis & oculorum, & ambitio ſeculi* [v.16.] quæ ex vitæ perverſione contingunt; *non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt*, & ex vobis. *Idcirco & mundus pertranſiet & concupiſcentia ejus* [v.17] *qui vero fecerit voluntatem Dei* & mandata ejus, *permanet in æternum.* *Ex nobis*, inquit [v.19.] *exierunt, ſed non erant ex nobis;* neq; angeli apoſtatæ, neq; homines cadentes, * *ſed ut manifeſtentur quoniam non ſunt ex nobis.* Clare ſatis diſcernit genus electorum & perditorum, & illud quidem quod in fide permanens, unctionem habet à ſancto, quæ fit ſecundum fidem. Qui vero non permanet in fide, mendax eſt, & antichriſtus. *Qui dicit*, inquit [v.22.] *quia Jeſus non eſt Chriſtus.* Jeſus enim Salvator & liberator & Chriſtus Rex: *qui negat Filium* [v.23.] ignorando eum, *nec Patrem habet*, neque cognoſcit eum. Qui vero cognoſcit Filium, & Patrem ſecundum ſcientiam novit; cum manifeſtatus fuerit Dominus, in ſecundo adventu, fiduciam habebit, & non confundetur. Quæ confuſio eſt grande ſupplicium. *Omnis*, inquit [v.29.] *qui facit juſtitiam, ex Deo natus eſt*, ſecundum fidem ſcilicet renatus. [c.3. v.1.] *Propterea mundus non cognoſcit nos, quoniam nec eum cogno-*

K

* Lapſi, & apoſtata.

Digitized by Google

gnovit. Mundum dicit ſeculariter in deliciis viventes. *Dilectisſimi*, inquit [v. 2.] *nunc filii Dei ſumus*, non naturali dilectione: ſed quia patrem Deum habemus. Major quippe eſt caritas, ut cum nullam cognationem habeamus ad Deum: diligit nos tamen, & filios ſuos vocat. [ib.] *Et necdum claruit quod erimus:* hoc eſt, ad qualem perventuri ſumus gloriam: *Si enim manifeſtatus fuerit*, hoc eſt, ſi perfecti fuerimus, *ſimiles ei erimus*, veluti requieſcentes & juſtificati mundi in virtute, *ut ipſum* vultum ejus *videamus ſicuti eſt*, comprehenſibiliter. [v. 8.] *Qui vero facit injuſtitiam, ex diabolo eſt*, hoc eſt, *ex patre diabolo:* eademque conſectans & eligens. *Ab initio*, inquit [ib.] *diabolus peccat.* Ab initio ſcilicet à quo peccare cœpit inconvertibiliter in peccando perſeverans. *Omnis*, inquit [v. 9.] *qui natus ex Deo eſt, non peccat, quia ſemen ejus in eo manet.* Verbum ejus videlicet in eo qui ſecundum fidem renatus eſt, [v. 10.] *Sic filios Dei intelligimus, ſicut & filios diaboli*, ſimilia diabolo eligentes; ſic etiam ex maligno eſſe dicitur [v. 15.] *Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* In hoc enim ſecundum infidelitatem Chriſtus moritur: recte itaque ſubjungit dicens. [ib.] *Et ſcitis, quia omnis homicida & infidelis non habet vitam æternam in ſeipſo manentem.* In mente quippe fideli vivens Chriſti permanet. [v. 16.] *Ipſe enim pro nobis*, hoc eſt pro credentibus, *animam ſuam poſuit:* hoc eſt pro Apoſtolis. Si ergo pro Apoſtolis animam ſuam poſuit, Apo-

ſtolos

ſtolos autem ejus dicit *ſemetipſos*, tanquam ſi diceret, *nos* inquam Apoſtoli, propter quos animam ſuam poſuit, *debemus pro fratribus animas ponere* [ib.]; ſalus quippe proximorum, Apoſtolorum erat gloria, *quia major eſt*, inquit [v. 20.] *Deus corde noſtro*, hoc eſt virtus Dei conſcientia quæ ſubſequetur animam, propter quod ſubjungit & dicit [ib.] *Quoniam cognoſcit omnia*. [v. 21.] *Cariſſimi ſi cor noſtrum non redarguat nos, fiduciam habebit apud Deum*. [c. 4. v. 2.] *In hoc cognoſcimus quia manet in nobis, de ſpiritu quem dedit nobis*, ſecundum epiſcopatum, ſcilicet & providentiam futurorum. *Perfecta*, inquit [v. 18.] *caritas foras mittit timorem*. Perfectio namque fidelis hominis caritas eſt. *Iſte eſt*, inquit [c. 5. v. 6.] *qui venit per aquam & ſanguinem*, & iterum [v. 7.] *quia tres ſunt qui teſtificantur, ſpiritus*, quod eſt vita, *& aqua*, quod eſt regeneratio ac fides, *& ſanguis*, quod eſt cognitio, *& hi tres unum ſunt*. In Salvatore quippe iſtæ ſunt virtutes ſalutiferæ, & vita ipſa in ipſo Filio ejus exiſtit [v. 14.] *Et hæc eſt confidentia quam habemus ad eum, quia ſi quid petierimus ſecundum voluntatem ejus, audiet nos*. Non abſolute dixit quod petierimus, ſed quod oportet petere, [v. 19.] *Et mundus omnis in maligno conſtitutus eſt*. Non creatura, ſed ſeculares homines, & ſecundum concupiſcentias viventes. [v. 20.] *Et filius Dei venit, & dedit nobis intellectum*, ſecundum fidem ſcilicet advenientem in nos, qui etiam Spiritus Sanctus appellatur.

EJUSDEM ADUMBRATIONES IN EPISTOLAM II. JOANNIS.

SEcunda Joannis Epiſtola, quæ ad virgines ſcripta eſt, ſimpliciſſima eſt. Scripta vero eſt ad quandam Babyloniam *Electam* nomine, ſignificat autem electionem Eccleſiæ ſanctæ. Aſtruit in hac Epiſtola perſecutionem fidei extra caritatem non eſſe, & ut nemo dividat Jeſum Chriſtum; ſed unum credere Jeſum Chriſtum veniſſe in carne: Nam qui habet Filium in intellectu perceptibiliter, & Patrem quoq; cognoſcit, & magnitudinem virtutis ejus ſine initio temporis operantem intelligibiliter mente continet. *Si quis venit ad vos*, inquit [v. 10.] *& hanc doctrinam non portat, non ſuſcipiatis eum in domum, & ave ne dixeritis ei; qui enim dixerit ave, communicat operibus ejus malignis.* Tales ſalutare prohibet & in hoſpitium ſuſcipere. Hoc enim in hujusmodi non eſt inhumanum, ſed nec conquirere vel condiſputare cum talibus admonet, qui non valent intelligibiliter Divina tractare, ne per eos traducantur à doctrina veritatis, veriſimilibus inducti rationibus. Arbitror autem, quia & orare cum talibus non oportet, quoniam in oratione quæ fit in domo, poſtquam ab orando ſurgitur, ſalutatio gaudii eſt & pacis indicium.

CLE-

CLEMENTIS ALEXANDRINI *FRAGMENTA* EX VARIIS MONUMENTIS COLLECTA.

Digitized by Google

ἘΚ

ΝΙΚΗΤΟΥ

ἩΡΑΚΛΕΙΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ἘΙΣ

ΙΩΒ,

ἘΞΗΓΗΣΕΩΣ.

Ἀλλὰ τὰ τοῦ Ἰὼβ κομψότερον μὲν οὕτω νοητέον· γυμνὸς κακίας καὶ ἁμαρτίας, ὡς ἐκ κοιλίας μητρός, ἐκ τῆς γῆς κατ᾽ ἀρχὰς διεπλάσθην, γυμνὸς εἰς τὴν γῆν καὶ ἀπελεύσομαι. γυμνὸς οὐ κτημάτων, τοῦτο γὰρ μικρόν τε καὶ κοινόν· ἀλλὰ κακίας καὶ πονηρίας, καὶ τῶν ἑπομένων τοῖς ἀδίκως βιώσασιν, ἀειδοῦς εἰδώλου· κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον, πάντες ἄνθρωποι καὶ γυμνοὶ γινώμεθα, καὶ γυμνοὶ πάλιν ἐκφερόμεθα, τοῖς ἐνταφίοις μόνοις σπαργάνοις δεσμούμενοι. ἄλλον γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς προηυτρέπισε βίον, καὶ τοῦ πρὸς ἐκεῖνον δρόμου, τὴν παροῦσαν ζωὴν ὁδὸν κατεσκεύασε, τὰς παρὰ τῆς κτήσεως χρείας εἰς ἐφόδια μόνον τῆς ὁδοῦ κατατάξας· ταύτην δὲ ἡμῖν τὴν ὁδὸν ἐξελθοῦσιν, ὁ τῶν κτηθέντων ἀσυνόδευτος πλοῦτος. οὐδὲν γὰρ ὧν ἐσχήκαμεν, ἔχομεν ἴδιον, ἑνὸς κτήματος

EX

NICETÆ CATENA IN JOB.

Cap. I. v. 21.

JObi autem verba ſic elegantius intelligi poſſunt : *nudus* à vitio & peccato, quaſi *ex utero matris*, è terra in initio *formatus ſum*, *nudus in eandem revertar*; non autem à poſſeſſionibus, hoc enim parvum & vulgare eſſet, ſed à vitio & peccato, & à tenebricoſo idolo, quod eos excipit, qui injuſte vixerunt. Júxta vero illud, quod omnibus in promptu ac familiare eſt, cuncti naſcimur nudi, itemq; nudi efficimur, faſciis ſolis, quæ humanis mortuorum corporibus adhibentur, devincti. Etenim vitam Deus nobis aliam præparavit, & præſentem pro curriculi via ad eam inſtruxit; eas demum pro viatico poſſeſſiones conſtituens, quæ neceſſitati inſervirent: cum hanc vero viam ſemel emenſi fuerimus, facultatum & divitiarum omnis comitatus nos deſerit. Eorum enim, quæ in vita habuimus, nihil noſtrum dici poteſt, una

τος μόνον τῆς εὐσεβείας ἐσμὲν ἰδιοκτήτορες· ταύτην ἡμᾶς θάνατος ἐπελθὼν οὐ συλήσει, τῶν ἄλλων δὲ ἁπάντων ἐκβαλεῖ καὶ μὴ θέλοντας. εἰς ὑποκατάστασιν γὰρ τὴν βιωτικὴν πάντες παρελάβομεν κτῆσιν, καὶ μόνον ταύτης τὴν χρῆσιν ἕκαστος καρπωσάμενος ἄπεισι, βραχὺ παρὰ τοῦ βίου κομιζόμενος μνῆμα· τοῦτο γὰρ πάσης εὐημερίας τὸ τέλος, τοῦτο τῶν βιωτικῶν ἀγαθῶν, τὸ συμπέρασμα. καλῶς ἄρα τὸ βρέφος, τῆς γαστρὸς παρακύψαν, θρήνων εὐθέως, οὐ γέλωτος ἄρχεται· κλαίει γὰρ ὥσπερ τοῦ βίου καταβοῶν, παρ' οὗ, θνησιμαίων ἐκ προοιμίων ἀπογεύεται δώρων· τεχθὲν γὰρ χεῖρας εὐθέως σπαργανοῦται, καὶ πόδας καὶ δεσμοῖς ἐνειλημμένον ἀπολαύει τῆς θηλῆς. ὢ προοιμίου ζωῆς, προδρόμου νεκρώσεως. ἄρτι τὸ βρέφος εἰς ζωὴν παρελήλυθε, καὶ νεκρῶν εὐθέως αὐτῷ στολισμὸς προσηνέχθη. ὑπομιμνήσκει γὰρ τοῦ τέλους τοὺς τεχθέντας ἡ φύσις. διὸ καὶ τὸ παιδίον γεννηθὲν ἀποδύρεται, καθάπερ τῇ μητρὶ διὰ τοῦ θρήνου βοῶν, τί με πρὸς ταύτην, ὦ μῆτερ, τὴν ζωὴν ἀπεκύησας, ἐν ᾗ τὸ ζῆν ἡ προσθήκη προκοπὴ πρὸς τὸν θάνατον; τί με πρὸς πολυτάραχον αἰῶνα παρήγαγες, ἐν ᾧ τεχθέντι μοι τὰ προοίμια τὰ σπάργανα; τί με τοιούτῳ παραδέδωκας βίῳ, ἐν ᾧ καὶ νεότης ἐλεεινὴ τρυχομένη πρὸ γήρως, καὶ γῆρας φευκτὸν, ὡς ἐπιθανάτιον; δεινὸν, ὦ μῆτερ, τοῦ βίου τὸ στάδιον, θάνατον ἔχον τῶν τρεχόντων καμπτῆρα. πικρὰν τὴν βιωτικὴν ὁδοιποροῦμεν ὁδὸν, τάφον ἔχου-

Digitized by Google

excepta pietate, cujus eſt noſtra certa poſſeſſio hanc mors ingruens nobis non eripiet, rebus autem omnibus aliis quamvis invitos, nos exuit. Opes quidem ad hanc vitam ſuſtinendam accepimus, atque harum ſolo fructu decerpto, demigrat unusquisque exiguum vitæ monumentum relinquens: hoc demum eſt felicitatis omnis extremum, hic cunctorum honorum quæ ſunt in vita exitus. Recte igitur infans, ut matris utero caput extulit, non à riſu, ſed à lamentis ſtatim incipit; flebili enim voce, vitæ propemodum indignatur quæ exitioſa ac lethalia munera, à primo exordio deguſtanda ei proponit. Simulatq; enim editus in lucem & ſuſceptus eſt, manus pedesque ejus faſciis conſtringuntur & vinculis impeditus, uberibus potitur. O vitæ primordia, mortis prodromum! Nuper eſt infans ad vitam ingreſſus, nec interpoſita mora, mortuorum pannis amicitur: natura enim finis memoriam revocat, iis qui naſcuntur. Huc pertinet editi infantis ejulatus, flebili quaſi voce, apud matrem lamentantis; cur me in hanc vitam, mater, enixa es, in qua vitæ prorogatio, ad mortem eſt progreſſio? Cur me in multarum turbarum ſeculum introduxiſti, in quo, mihi nato, faſciæ ſunt exordia? Cur hujusmodi me vitæ addixiſti, in qua & juventus miſeranda, ante ſenium malis attrita & confecta; & ſenectus, ut exitioſa fugienda? Formidabile, ô mater, & grave eſt hujus vitæ ſtadium, cujus meta eſt currentium interitus; calamitoſam vitæ viam ambulamus, quæ ſepulturam

ἔχουσαν τῶν ὁδευόντων κατάλυμα· χαλε-
πὸν τὸ τῆς ζωῆς διαπλεόμενον πέλαγος, ἄ-
δην γὰρ ἔχει πειρατὴν ἐφεστῶτα. μόνος ἐν ἅπα-
σι γυμνὸς γεννᾶται ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ὅπλον,
οὐκ ἔνδυμα συγγεννώμενον ἔχων· οὐχ ὡς τῶν
ἄλλων ζώων ἐλάττων, ἀλλ' ὅπως ἡ μὲν γύμνω-
σις, καὶ τὸ μηδὲν συνεπάγεσθαι, κατασκευά-
ζῃ σοι μέριμναν· ἡ μέριμνα δὲ τὸ σοφὸν ἐκ-
πομπεύσῃ, τὴν ἀργίαν ἐκβάλῃ, εἰσαγάγῃ
τὰς τέχνας δι' ἔνδειαν γεννήσῃ μηχανῶν ποι-
κιλίας. ὁ γὰρ γυμνὸς πολυμήχανος, ὥσπερ
κέντρῳ τῇ χρείᾳ νυσσόμενος, πῶς ὑετοὺς
ἀποφύγῃ, πῶς σοφίσηται κρύος, πῶς πλη-
γὰς ἀντιφράξηται, πῶς γεωργήσῃ τὴν γῆν,
πῶς φοβήσῃ θηρία, πῶς δαμάσῃ τὰ δυνα-
τώτερα. βρεχόμενος, ὀροφὴν ἐτεχνήσατο
ῥιγώσας ἐπενόησεν ἔνδυμα, πληττόμενος
μεμηχάνηται θώρακα, ἀκάνθαις τὰς χεῖ-
ρας γυμνὰς ἐν γεωργίαις αἱμάσσων, ἐμελέ-
τησεν ὀργάνων βοήθειαν, γεγυμνωμένος θη-
ρίοις εἰς βρῶμα, εὗρεν ἐκ φόβου τέχνην, τὰ
φοβοῦντα φοβοῦσαν, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἐγέννη-
σεν ἡ γύμνωσις σύνεσιν· ὡς εἶναι καὶ τὴν γύμνω-
σιν, δῶρον καὶ χάριν δεσποτικήν. γυμνὸς οὖν καὶ
ὁ Ἰὼβ καταστὰς χρημάτων, κτημάτων, εὐτε-
κνίας, πολυτεκνίας, καὶ πάντα ἐν βραχεῖ ἀπο-
βαλὼν, τὴν εὐχάριστον ταύτην φωνὴν ἐξεβόησεν,

γυμνὸς

habet pro diverſorio: difficile atque infeſtum vitæ pelagus navigamus, cui infernus, tanquam pirata, imminet. Solus ex omnibus homo nudus gignitur, nullo vel armorum vel indumentorum connato genere protectus; non ideo, quod ſit cæteris animantibus inferior, ſed ut nuditatis noſtræ conſideratio, & quod nihil in mundum invexerimus, ſtudium in nobis procreet: ſtudium vero & ſolicitudo prudentiam pandat, ſocordiam procul ableget, artes ad vitandam egeſtatem introducat, & artificiorum diverſitates progignat. Qui enim nudus eſt, indigentia tanquam ſtimulo impulſus, multa invenit & fabricatur, quomodo pluviæ declinandæ, quomodo frigus prudenter arcendum, quomodo ad repellendos ictus muniri oportet, quomodo terra colenda, quomodo feris metus incutiendus, & quomodo robuſtiora animalia domanda ſint. Quamobrem pluvia perfuſus tecta fabricavit; frigore vehementiore afflictus, indumenta excogitavit; ictus ac vulneratus, thoracem invenit, cum manus in agricolatione occupatæ ſpinis cruentarentur, ruſticorum inſtrumentorum adminiculum excogitavit; nudus exiſtens & eſca belluis, artem commentus eſt, quæ formidabilibus formidinem incuteret. Aliam ex alia, ſolertiam nuditas genuit, ut jam nuditas donum ſit Domini, & gratia ab illo conceſſa. Nudatus igitur Job opibus ſuis, poſſeſſionibus, præclara & numeroſa ſobole, & brevi ſpatio his omnibus ſpoliatus, hac plena grati animi voce exclamavit:

Nudus

γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ νηδύος, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ, πρὸς θεὸν δηλαδὴ, καὶ τὴν μακαρίαν λῆξιν ἐκείνην, καὶ ἀνάπαυσιν.

EX EADEM.

** Χρῆμα τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅτι μάλιστα τιμαλφέστατον ἡ ἀταραξία· τοιοῦτον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράφει τὸν μακάριον Ἰώβ. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ· τίς ἀνὴρ ὥσπερ Ἰώβ, πίνων μυκτηρισμὸν ὡς ὕδωρ; ἀξιοζήλωτος γὰρ ἀληθῶς, καὶ παντὸς οἶμαι θαύματος ἄξιος, εἰ πρὸς τοῦτό τις ἥκει μακροθυμίας, ὡς εὐκόλως δύνασθαι διαθλεῖν τὴν ἐκ τοῦ πλεονεκτεῖσθαι δριμεῖαν ἀληθῶς, καὶ οὐ τοῖς τυχοῦσιν εὐκαταγώνιστον λύπην.

EX NICETÆ CATENA IN MATTH.

Cap. V, 42.

** Ποιητέον ἐλεημοσύνας, ἀλλὰ μετὰ κρίσεως, καὶ τοῖς ἀξίοις, ἵνα εὕρωμεν ἀνταπόδομα παρὰ τοῦ ὑψίστου. Οὐαὶ δὲ τοῖς ἔχουσι, καὶ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνουσιν, ἢ δυναμένοις βοηθεῖν ἑαυτοῖς, καὶ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων βουλομένοις. ὁ γὰρ ἔχων, καὶ δι' ὑπόκρισιν ἢ ἀργίαν λαμβάνων, κατακριθήσεται.

Ex

Nudus egreſſus ſum ex utero, nudus etiam revertar illuc, nimirum ad Deum & illam beatorum ſortem & requiem.

IN JOBI

C.XXXIV.v.7.*

ANimi tranquillitas rerum omnium longe pretioſiſſima eſt: talem nobis hic tractatus Jobum pro exemplari proponit; dictum enim eſt de eo: *quis vir ut Job, bibens ſubſannationem ſicut aquam?* Vere etiam æmulatione & omni admiratione dignus cenſendus eſt, ſi eo tolerantiæ quis pervenerit,ut cum mœrore, ex injuria illata reipſa acerbo, & qui obviis quibusque rebus expugnari non poteſt,facile certare valeat.

* Alia hujus & præcedentis fragmenti verſio extat in Pauli Comitoli catena in Jobum,ubi de poſteriori p.451. obſervat, interpretationem hanc Clementis totidem verbis uſurpatam eſſe a Cyrillo Alexandr. ſub cujus nomine extat in catena Nicetæ.

ELeemoſynæ faciendæ, at cum judicio, & iis qui digni ſunt, ut retributionem inveniamus Altiſſimi. Væ autem habentibus, & hypocriſi accipientibus,aut ſeſe ipſos juvare valentibus,& ab aliis auxilium emendicare volentibus. Qui enim habuerit, ac per hypocriſin aut deſidiam acceperit, condemnabitur.

(His

Digitized by Google

EX EADEM
IN
C. XIII, 31. 32.

** Ὁ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καταγγελτικὸς λόγος δριμὺς μὲν ἐστι καὶ δηκτικὸς, καθάπερ τὸ σίνηπι, καὶ τῆς χολῆς βιωτικὸς, τουτέστι τοῦ θυμοῦ, καὶ τοῦ φλέγματος διακοπτικὸς, τουτέστι τοῦ τύφου, ἐξ οὗ λόγου ἡ ἀληθὴς τῆς ψυχῆς ὑγίεια, καὶ ἡ ἀΐδιος εὐκρασία περιγίνεται. εἰς τοσαύτην δὲ αὔξην ἡ φυὴ τοῦ λόγου προῆλθεν, ὡς τὸ ἐξ αὐτοῦ φυὲν δένδρον, τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη ἡ πανταχοῦ γῆς ἱδρυμένη τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία, τὰ πάντα πληρῶσαι ὥστε ἐν τοῖς κλάδοις αὐτῆς κατασκηνῶσαι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἀγγέλους δηλαδὴ θείους καὶ μετεωπόρους ψυχάς.

EX EADEM
IN
C. XIII, 46.

** Ἔστι μαργαρίτης καὶ ὁ διαυγὴς καὶ καθαρώτατος Ἰησοῦς, ὃν ἐξ ἀστραπῆς τῆς θείας ἡ παρθένος ἐγέννησεν. ὥσπερ γὰρ ὁ μαργαρίτης ἐν σαρκὶ καὶ ὀστρείῳ καὶ ἐν ὑγροῖς γινόμενος, σῶμα ἔοικεν εἶναι ὑγρὸν καὶ διειδὲς φωτὸς καὶ πνεύματος γέμον, οὕτω καὶ ὁ σαρκωθεὶς θεὸς λόγος, φῶς ἐστι νοερὸν, διὰ φωτὸς καὶ ὑγροῦ ἐκλάμψας σώματος.

(His quodammodo reſpondent, quæ in Clementis noſtri Pædag. Lib. I. c. 11. leguntur.)

ANnunciativus regni cœlorum ſermo acer quidem ac mordax, quemadmodum ſinapi, ac choleram digerens, id eſt, iracundiam; & phlegma incidens, id eſt, ſuperbiam, ex quo ſermone vera animæ ſanitas, ac perpetuum temperamentum oritur. Ad tantum autem incrementum germen ſermonis pervenit, ut nata ex eo arbor ſit: quæ utique eſſe poſſit ubique terrarum ſtabilita Chriſti eccleſia, ut omnia impleat ſic, ut in ramis ejus inhabitent volucres cœli, Angeli videlicet Dei, ac ſublimes animæ.

(Simile quid in eodem Clementis Pædag. L. II. c. 12. reperias.)

MArgarita eſt etiam pellucida & mundiſſima Jeſus, quem ex divino fulgure Virgo concepit: quemadmodum enim margarita in carne & concha, ac liquore exiſtens corpus videtur eſſe lucidum ac liquidum, lucis ac ſpiritus plenum, ita & incarnatum Dei verbum lux eſt ſpiritualis per lucidum ac liquidum corpus fulgens.

APUD

Digitized by Google

* *

FRAGMENTA EX CLEMENTIS ALEX. LIBRIS HYPOTYPOSEΩN.

Ex L. 3.

** ΔΙὰ τοὺς Ἀγγέλους] Ἀγγέλους φησὶ τοὺς δικαίους καὶ ἐναρέτους. κατακαλυπτέσθω οὖν, ἵνα μὴ εἰς πορνείαν αὐτοὺς σκανδαλίσῃ. οἱ γὰρ ὄντως καὶ ἐν οὐρανοῖς Ἄγγελοι καὶ κατακεκαλυμμένην αὐτὴν βλέπουσιν.

Ex L. 4. Hypotyp.

** ΕΙ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν.] Ὥσπερ ἡμῶν τὸ κατὰ σάρκα ἐστὶ τὸ ἐν ἁμαρτίαις, καὶ τὸ ἔξω τούτων οὐ κατὰ σάρκα, οὕτω καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα, τὸ εἴκειν τοῖς φυσικοῖς πάθεσι. τὸ μὴ εἴκειν δὲ, οὐ κατὰ σάρκα· ἀλλ' ὥσπερ, φησὶν, ἐκεῖνος ἀπηλλάγη, οὕτω καὶ ἡμεῖς.

Ex L. 4. Hypotyp.

** Η καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται.] εἰς τὸ πάντα διδάξαι ὑμᾶς. ὑμεῖς δὲ στενοχωρεῖσθε ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, τουτέστιν, ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ, ἣ ἀγαπᾶν με ὀφείλετε.

Ex

Digitized by Google

APUD

OECUMENIUM

In

Comment. in 1. ad Corinth.

Cap. XI, 10.

P*Ropter Angelos.*] Angelos dicit juſtos ac probos viros. Operiatur ergo, ne ad ſtuprum ſit eis offendiculo: nam & qui vere in cœlis ſunt Angeli, ipſam licet tectam intuentur.

In 2. ad Corinth.

Cap. V, 16.

P*Orro etiam ſi cognovimus Chriſtum ſecundum carnem.*] Quemadmodum apud nos ſecundum carnem eſſe, dicitur eſſe in peccatis: & ſine his eſſe, dicitur eſſe non ſecundum carnem: ita quoque apud Chriſtum ſecundum carnem eſſe dicitur, naturalibus ſubjici afflictionibus: non ſubjici vero, eſſe non ſecundum carnem. Sed quemadmodum ille, inquit, liberatus eſt, ſic & nos.

In 2. ad Corinth.

Cap. VI, 11.

C*Or noſtrum dilatatum eſt.*] Ut vos omnia doceremus: ſed vos anguſti eſtis in viſceribus veſtris, hoc eſt, in dilectione erga Deum, qua me diligere debetis.

Digitized by Google

Ex

L. 5. Hypotyp.

** Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα.] Καὶ τί λέγει, φησὶν, ἓν καθ' ἓν ἀρετῆς εἶδος; εἰσὶ γάρ τινες οἳ καὶ ἐσταύρωσαν ἑαυτοὺς, ὅσον πρὸς τὰ πάθη, καὶ τὰ πάθη, ὅσον πρὸς ἑαυτούς. κατὰ ταύτην τὴν ἑρμηνείαν, οὐ παρέλκεται τὸ, δέ. οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, τήνοντες τὴν ἑαυτῶν σάρκα ἐσταύρωσαν.

Ex Libro 7.

HYPOTYPOSEΩN.

** Καιροῖς ἰδίοις] Τουτέστιν, ὅτι ἐπιτηδείως ἔχοι πρὸς τὴν πίστιν οἱ ἄνθρωποι.

** Ὤφθη Ἀγγέλοις.] (ὢ μυστήριον. μεθ' ἡμῶν εἶδον οἱ Ἄγγελοι τὸν Χριστὸν, πρότερον οὐχ ὁρῶντες.) οὐχ ὡς τοῖς ἀνθρώποις.

** Καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων.] Τῶν ἰδίων καὶ τῶν οἰκείων προνοεῖ, ὁ μὴ μόνον τῶν προσηκόντων προνοῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ, διὰ τοῦ ἐκκόπτειν τὰ πάθη.

Digitized by Google

AD GALATAS.

Cap. V, 24.

HI *autem Chriſti carnem.*] Et quid ſingulatim, inquit, virtutum ſpecies recenſeo? Sunt enim quidam qui ſeipſos crucifixerunt quoad affectus, & affectus quoad ſeipſos. Juxta hanc interpretationem, δὲ non eſt parelcon, ſed ſenſus eſt: *οἱ δὲ τοῦ χριστοῦ*, id eſt, qui vero tendunt ad Chriſtum, ſuam carnem crucifixerunt.

EX EJUSDEM OECUMENII COMMENTARIO *in prior. ad Timoth.*

Cap. II, 6.

T*Emporibus ſuis*] hoc eſt, quando recte ſe habebant homines ad fidem.

Cap. III, 16.

V*Iſus eſt ab Angelis.*] (O myſterium! Nobiscum viderunt Angeli Chriſtum, quum prius non vidiſſent,) non ſicut ab hominibus.

Cap. V, 8.

E*T maxime domeſticis.*] Suis & domeſticis providet, qui non ſolum curam habet eorum, quæ aliquo modo contingunt, ſed & ſui ipſius, proprios amputando affectus.

Digitized by Google

** Ἐι ἁγίων πόδας ἔνιψε.] Τουτέστιν εἰ τὰς ἐσχάτας ὑπηρεσίας τοῖς ἁγίοις ἀνεπαισχύντως ἐξετέλεσεν.

** Χωρὶς προκρίματος.] τουτέστιν ἄνευ τοῦ εἴς τι πταίσαντα ὑποπεσεῖν τῇ κρίσει καὶ τῇ τῆς παρακοῆς κολάσει.

** Τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου.] Ἐμαρτύρησε γὰρ δι' ὧν ἔπραττεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

** Διὰ πολλῶν μαρτύρων.] Τουτέστι νόμου καὶ Προφητῶν. Τούτους γὰρ Ἀπόστολος ἐποιεῖτο μάρτυρας τοῦ ἰδίου κηρύγματος.

ALIA
EX IISDEM HYPOTYPOSEΩN LIBRIS
FRAGMENTA.

** Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος. οὗτοι τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις παρέδωκαν. οἱ δὲ λοιποὶ Ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα, ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρνάβας.

Περὶ

Digitized by Google

Cap. V, 10.

SI *Sanctorum pedes lavit.*] hoc eſt, ſi extrema miniſteria Sanctis absque rubore exhibuit.

Cap. V, 21.

SIne *præcipitatione judicii.*] hoc eſt, cavens ne ad aliquid impingendo, ſubjiciaris judicio & ultioni inobedientiæ.

Cap. VI, 13.

QUi *teſtatus eſt ſub Pontio Pilato.*] Teſtatus eſt per ea quæ fecit, quod ipſe eſſet Chriſtus Filius Dei.

In poſter. ad Timoth.

Cap. II, 2.

PEr *multos teſtes.*] Hoc eſt legem ac Prophetas. Nam hos in teſtes proferebat Apoſtolus ſuæ prædicationis.

APUD EUSEBIUM

Hiſt. Eccleſ. Lib. 2. cap. 1.

Ex L. 7. Hypotyp.

JAcobo Juſto, & Joanni, & Petro Dominus poſt reſurrectionem ſcientiæ donum impertiit. Quod illi cæteris Apoſtolis, hi vero ſeptuaginta Diſcipulis, quorum unus fuit Barnabas, tradiderunt.

Digitized by Google

** Περὶ τούτου δ' ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν ὑποτυπώσεων ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ φάσκων. ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν χριστιανόν. Συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, φησὶ, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. ὁ δὲ ὀλίγον σκεψάμενος, εἰρήνη σοι εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν.

EX IISDEM.

** Ἤδη δὲ, ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος Ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων Ἀπόστολον· διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ Ἀπόστολον.

EX IISDEM.

** Τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον, καὶ πνεύματι τὸ εὐαγγέλιον ἐξειπόντος· τοὺς παρόντας πολλοὺς ὄντας παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα

αὐτῷ

Ex eodem L. 7. apud eundem
L. 2. c. 9.

DE hoc Jacobo rem prorſus memoria dignam refert Clemens in ſeptimo inſtitutionum libro, prout eam à majoribus acceperat. Ait enim eum, qui Jacobum judicio obtulerat, cum illum vidiſſet, Chriſti fidem libere confitentem, commotum viri conſtantia, ſe quoq; Chriſtianum eſſe affirmaſſe. Ambo igitur, inquit, ſimul ad ſupplicium ducti ſunt. Cumque inter eundum rogaſſet Jacobum comes, ut ſibi veniam daret, pauliſper moratus Jacobus: pax tibi, inquit, ſtatimque illum oſculatus eſt. Ita ſimul ambo capite truncati interiere.

Apud eundem Hiſt. Eccl.
L. VI. cap. 14.

JAm vero, ſicut beatus dicebat Presbyter, quandoquidem Dominus omnipotentis Dei Apoſtolus ad Hebræos miſſus fuerat, præ modeſtia Paulus, utpote qui ad gentes erat directus, Hebræorum Apoſtolum ſe minime inſcribit: tum ob ſuam erga Dominum reverentiam, tum quod ex abundanti ad Hebræos ipſe gentium præco & Apoſtolus ſcriberet.

Ibidem paulo poſt.

CUm Petrus in urbe Roma verbum Dei publice prædicaſſet, & Spiritu Sancto afflatus Evangelium promulgaſſet, multi qui aderant Marcum cohortati ſunt, utpote qui Petrum jam-

αὐτῷ πόρρωθεν καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ. ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι, μήτε προτρέψασθαι· τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδήλωται· προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι Εὐαγγέλιον.

EX CATENA IN S. LUCAM A CORDERIO EDITA,

Cap. III. v. 22.

NOn hic hominis, ſed *columbæ ſimilitudinem* Deus aſſumſit; quia volebat nova quadam apparitione Spiritus, per columbæ ſimilitudinem, ſimplicitatem ac manſuetudinem declarare.

EX

dudum ſectatus fuiſſet, & dicta ejus memoria teneret, ut quæ ab Apoſtolo prædicata erant conſcriberet. Marcus igitur evangelium compoſuit, iisq; qui illud ab ipſo rogabant impertiit. Quod cum Petrus comperiſſet, nec prohibuit omnino rem fieri, nec ut fieret, incitavit. At Joannes omnium poſtremus, cum videret in aliorum evangeliis ea, quæ ad corpus Chriſti pertinent, tradita eſſe, ipſe divino Spiritu afflatus ſpiritale evangelium familiarium ſuorum rogatu conſcripſit.

(*Confer. illa, quæ ex Clementis noſtri 6. hypotyp. libro Euſebius H. E. L. 2. c. 15. excerpſit.*)

EX EADEM.

Cap. XVI. v. 17.

FOrte autem per *jota* & per *apicem* juſtitia ejus clamat, ſi * *recti ad me veneritis, & ego recta ad vos veniam, ſin obliqui, & ego oblique, dicit Dominus virtutum*; inſinuans implicatas & obliquas peccatorum eſſe vias. Nam recta naturæque conſentanea via, quæ per jota Jeſu inſinuatur, eſt ipſa ejus bonitas, quæ fideles ex auditu ſine ceſpitatione conſtanter dirigit. *Non itaq; præteribit à lege jota unum aut unus apex*, hoc eſt, neque à rectis & probis mutuæ repromiſſiones; neque ab obliquis & injuſtis, quæ illis interminata eſt, pœna. ** *Benefacit enim Dominus bonis, declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.*

* Pſ. 17, 27. ** Pſ. 124, 5.

ΕἸΣ ΤΟ͂Ν

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΝ.

ΣΟΙ τὸν δὲ κἀγὼ, παιδαγωγὲ, προσφέρω
Λόγοισι πλέξας στέφανον, ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ἡμῖν οὗ παρέχου τὰς νομὰς,
Ὡς ἐργάτις μέλιττα χωρίων ἄπο
Βλάστην τρυγῶσα, χρηστὸν ἐκ σίμβλων πόνον.
Κηρὸν δίδωσι τὸν γλυκὺν τῷ προστάτῃ.
Εἰ καὶ βραχὺς δὴ ἐγὼ τὶς οἰκέτης γε σός.
(Δεῖ γάρ σε τοῖς σοῖς εὐλογεῖν θεσπίσμασιν)
Ἄναξ βροτῶν μέγιστε, τῶν καλῶν δοτὴρ,
Ἐσθλῶν χορηγὲ, καὶ τὸ πᾶν κτίσας, πάτερ,
Ὃς οὐρανόν τε καὶ τὸν οὐρανοῦ μόνος
Κόσμον τέθεικας, ἁρμόσας θείῳ λόγῳ·
Ὁ δείξας αὐτὸς ἡμέραν τε καὶ φάος,
Καὶ τὸν πολοῦσιν ἄστρα νημερτῆ δρόμον.
Εἰ τῷ * δὴ ὅποι γῆ καὶ θάλασσα προσμένοι,
Τρέπων τε καιρὸν εὐστόχως δήσας κύκλῳ
Ἔαρ τε καὶ χειμῶνα καὶ θέρος πάλιν,
Τοῦ τε μετοπώρου τάξιν ἐξηρτισμένην.
Ὅλον τε κόσμον ἐξ ἀκοσμίας κτίσας
Ὕλης ἀμόρφου, τὸ δὲ τὸ πᾶν καταρτίσας,

Αὐτὸ

* Forte, ἐντευθ'.

IN

PÆDAGOGUM.

HOC, Inſtitutor, offero ſertum tibi
Orationis nexibus textum integris
E paſcuis, quibus frui per te licet:
Ut artifex apicula, quando gramina
Vindemiat campis, labore ex utili
Ceram è favis Domino ſuo dat optimam.
Nam ſum licet minimus, tuus ſum ſervulus,
(At te decet laudare leges ob tuas)
O rex, bonorum munerum mortalibus
Largitor, univerſitatis & parens,
Qui templa magni ſolus ornatum & poli
Molitus es, ſermone connectens ſacro;
Quique indicaſti lumen & clarum diem,
Et quas fideles aſtra diſcurrunt vias,
Tum quomodo conſiſtat æquor & ſolum,
Annique gyro tempora obliquo meant,
Et ver & hyemem & tempus æſtivum, ſimul
Et fructuum autumnum parentem divitem;
Ornatum & edidiſti inornato è Chao,
Informi & è materia adornaſti omnia:

Concede

Αὐτὸ ζωήν τε τὴν σὴν ἀσφαλῶς ἀεὶ βιοῦν,
Χάριν τε σὴν ἀσφαλῶς πάρασχέ μοι,
Ποιεῖν τε καὶ τὰς σὰς λέγειν θειὰς γραφὰς,
Αἰνεῖν ἀεί σε καὶ τὸν ἐκ σοῦ πανσοφον
Τόν σοι συνόντα καὶ παρόντα σοι λόγον.
Μή μοι καὶ πενίαν, μηδὲ μὴν πλοῦτον δίδου·
Τάξιν δὲ τοῦ δέοντος αὐταρκεστάτην
Πάτερ παράσχου, καὶ καλὸν βίου τέλος.

Concede vitam à te datam ſemper bene
Componere, atque ſic gratia frui tua,
Et facere tua Divina mandata & loqui,
Laudare ſemper & tuam ſapientiam,
Verbum manens tecum quod adſtat & tibi.
Ne me opprimas penuria, opes nec des mihi:
Sed id ſatis quod ſit, mihive idoneum
Largire, Pater, & optimum ævi terminum.

Digitized by Google

INDEX
LOCORUM SCRIPTURÆ
IN HIS
CLEMENTIS ALEX.
LUCUBRATIONIBUS OBVIORUM.

Locus	Pag.
1. Samuel.	
Cap. III. v. 3.	*pag.* 142
1. Reg.	
C. XIX.	143
Job.	
C. I, 21.	150
XXXIV, 7.	156
Pſalm.	
Pſ. XVII, 27.	169
CXXIV, 5.	*ibid.*
Eſai.	
C. I, 18.	83
Ezech.	
C. XVIII, 23.	83
Oſe.	
C. VI, 6.	83
Matth.	
C. V, 3.	35. 37
- - 6.	37
- - 13.	77
- - 14.	*ibid.* 85
- - 29.	53
- - 39.	39

Locus	Pag.
Matth.	
C. V, 42.	156
- VI, 9.	133
- - 14.	83
- - 19.	29
- - 21.	37
- VII, 1.	71
- - 21.	65
- IX, 13.	83
- X, 22.	71
- - 40.	67
- - 41.	*ibid.*
- XI, 11.	67
- - 12.	47
- - 17.	19
- XII, 35.	37
- - 36.	59
- - 37.	*ibid.*
- - 38. &c.	*ibid.*
- XIII, 23.	65
- - 31.	158
- - 32.	*ibid.*
- - 46.	*ib.*

Matth.

Matth.

Cap. XVII, 26. 47
- XVIII, 10. 67
XIX, 21. 21
- 24. 7
- 28. 47
XXII, 39. 61
XXIII, 12. 5
XXV, 34. 65
- 35. 29
XXVI, 64. 139

Marc.

C. X, 17. 11
- 18. ibid.
- 20. 19
- 21. 35
- 25. 59
- 26. 45
- 29 49
- 31. 55
XIV, 61. 139
- 62 ibid.
XX, 30. 53

Luc.

C. III, 22. 168
V, 21. 83
- 29. 29
VI, 29. 39
- 30. 69
- 38. 71
- 40. 65

Luc.

C. X, 16. 67
- 29. 61
- 36. 63
- 37. ibid.
- 41. 23
XI, 13. 83
XII, 32. 67
XIV, 26. 49
XV, 2. 83
XVI, 9. 29. 67. 71
- 17. 169
XVIII, 27. 45
XIX, 5. 29

Johan.

C. I, 1. 140
- 3. 141
- 4. ibid.
- 17. 19
XIV, 23. 65
XVI, 7. 131

Rom.

C. VII, 12. 21
X, 4. ibid.
XI, 35. 3

1. Cor.

C. II, 9. 51
III, 17 39
V, 5. 134
XI, 10. 161

1. Cor.

1. Cor.

C. XIII, 4. ſq. 81
- - 5. 79
XV, 42. 9

2. Cor.

C. IV, 7. 73
- 18. 55
V, 16. 161
VI, 11. ibid.
IX, 7. 69
XI, 20. 39

Gal.

C. II, 21. 19
III, 24. 21
V, 24. 163
VI, 7. 87

Phil.

C. II, 10. 143

1. Tim.

C. II, 6. 163
III, 16. ibid.
V, 8. ibid.
- 10. 165
- 21. ibid.
VI, 13. ibid.
- 16. 141

2. Tim.

C. II, 2. 165

Hebr.

C. I, 1. 134

1. Pet.

C. I, 12. 51
IV, 8. 81

1. Joan.

C. III, 14. 79
IV, 16. 141
- 18. 81

FINIS.

Digitized by Google

FASCICULUS OBSERVATIONUM MISCELLANEARUM AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM ET PATROLOGIAM SPECTANTIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

J. N. J.

OBSERVATIO PRIMA DE CONCILIO APOSTOLORUM

IN QUO IMMACULATA B. VIRGINIS MARIÆ CONCEPTIO DECRETA PERHIBETUR.

EA eſt malæ cauſæ conditio, ut ejus patrocinium ne celeberrimi quidem viri, quantacunque eruditionis fama polleant, ſine exiſtimationis ſuæ periculo ſuſtinere poſſint. Tantum enim abeſt, ut homines fungi ſint, & quidlibet ſibi perſvaderi ſinant, ut potius eos, qui fumos vendere non erubeſcunt, & quod argumentis deeſt autoritate ſua compenſari poſſe præſumunt, vel judicii vel candoris defectu laborare cenſeant, Exemplo ſit Cæleſtinus de Sfon-

Digitized by Google

drata Cardinalis, qui dum in tractatu ſuo innocentiæ vindicatæ titulum gerente immaculatam beatæ Virginis Mariæ conceptionem tueri voluit, apoſtolici alicujus concilii decreto lectorum oculos perſtringere conatus, hoc ipſo argumento, quam deſperata ſit hæc cauſa, abunde prodidit, & qui contrariam fovent ſententiam magis confirmavit, cum nemo ſit tam obeſæ naris, quin concilium illud fictitium eſſe ſtatim ſubodoretur.

Quatuor alias Apoſtolorum concilia in actis Apoſtolicis a S. Luca memorari gloſſa ordinaria tradidit, quorum primum Act. cap. 1. deſcriptum in electione Matthiæ occupatum fuit, ſecundum, quod Actorum c. 6. legitur, ſeptem diaconos elegit, tertium, quod Act. c. 15. recenſetur, in controverſia circa circumciſionis & aliarum legalium ceremoniarum obſervationem agitata decretum edidit, & quartum denique, quod Act. c. 21. refertur, permiſſis ad tempus Moſaicis quibusdam ritibus Synagogam honeſte ſepeliri voluit. Addit Severinus Binius in notis ſuis ad concilia, nonnullos poſthabito gloſſæ ordinariæ judicio, cujus tamen

men autoritatem quibusvis novatoribus anteferendam cenſet, eas Apoſtolorum congregationes Apoſtolicis conciliis adjungere, quæ Actorum cap. 4. & 11. deſcribuntur. Et præter hæc Apoſtolorum concilia in actibus apoſtolicis narrata, quorum pleraque non tam conciliorum quam conventuum & congregationum nomen mereri paſſim ab eruditis obſervatur, in SS. Patrum & veterum Doctorum ſcriptis alia adhuc Apoſtolorum concilia inveniri idem Binius aſſerit. At de concilio, in quo immaculata Mariæ conceptio ab Apoſtolis promulgata fuerit, Binius prorſus tacet. Nec minus ignotum fuit hoc concilium Merlino, Crabbio, Surio, Nicolino, Labbeo & aliis, qui præter Binium integra conciliorum volumina collegerunt. Et quamvis Stephanus Baluzius in nova ſua conciliorum collectione plurima concilia addiderit, quæ ab aliis omiſſa deprehendit, hujus tamen concilii apoſtolici, cujus autoritatem aſſerendæ immaculatæ B. Virginis conceptioni Sfondrata obtendit, nullam plane mentionem facit.

Ipſa vero Apoſtolorum ſcripta ſi con-

ſulamus, tantum abeſt, ut concilii illius ulla vola ullum veſtigium ibi compareat, ut potius Apoſtoli neminem mortalium, præter eum, qui humanum genus a peccato liberavit, a peccati reatu excipi decernant. Teſtantur enim, omnes peccaviſſe Rom. III, 23. per unum hominem peccatum in mundum intraſſe, & per peccatum mortem, & ſic in omnes homines mortem pertranſiiſſe, cum in uno omnes peccaverint Rom. V, 12. & Scripturæ judicio omnia ſub peccatum concludi Gal. III, 22. Itane ergo Apoſtoli decreti ſui in concilio facti tam immemores fuerunt?

Sed forte ſaltem ex Patrum ſcriptis concilium illud probari poterit? Nihil minus. Nam primitivæ eccleſiæ Patres magno conſenſu Mariam peccatis obnoxiam affirmant. Certe nonnulli recentiorum, qui immaculatam beatæ Virginis conceptionem impugnant, ducentos Patres computant, alii ut Bandellus fere trecentos, quod Alphonſus Salmeron diſp. 51. in epiſt. ad Roman. cap. 5. p. 467. non diſſimulat, & quamvis Cajetanus ex magno Patrum numero quindecim tantum

tum ſelegerit, eos tamen, ut idem Salmeron obſervat, irrefragabiles eſſe omnes cenſuit. Nec obſtat etiam ab iis, qui immaculatam Mariæ conceptionem tuentur, aliqua Patrum teſtimonia produci, ſiquidem Ferdinandus Quirinus de Salazar in defenſione immaculatæ conceptionis c. 46. Patrum teſtimonia per ſingula ſecula digeſſit. Nam ſi ea ad examen revocentur, partim ex pſeudepigraphis Scriptoribus deprompta, partim in alium ſenſum detorta aliisve modis vitiata deprehenduntur. Sane multos eccleſiæ Patres a Jodoco Coccio in theſauro cathol. part. 3. c. 1. & aliis paſſim pro immaculata conceptione minus fideliter allegari, Raynaudus etſi magnus immaculatæ conceptionis hyperaſpiſtes in diptych. Marian. Tom. VII. Oper. p. 141. candide agnoſcit. Nec meliori fide Sfondrata noſter Patres pro ſua ſententia adducit. Nam pag. 44. Cypriani teſtimonium producturus affert verba ex tractatu de cardinalibus Chriſti operibus, qui non eſt Cypriani, ſed Scriptoris, qui multis poſt Cyprianum ſeculis floruit. Eadem pagina Amphilochium tanquam

tii ſeculi Scriptorem laudat, quem quarto demum ſeculo vixiſſe conſtat, & verba ex 4. ejus oratione in Deiparam depromit, quam ſuppoſititiam eſſe extra dubitationis aleam poſitum videtur. Pag. 46. Cyrilli Alexandrini teſtimonio *utitur*, ſed verba, quæ ſub Cyrilli nomine adducit, non ſunt Cyrilli, ſed Jodoci Clichtovei, qui Cyrilli commentarium in evangelium Johannis ex ſuo ingenio ſupplevit, ut alia hujusmodi exempla Patrum à Sfondrata male allegatorum taceamus.

Ignotum quoque fuit hoc Apoſtolorum conciliumEpiſcopis Romanis, quippe qui, ut controverſiam de immaculata Mariæ conceptione deciderent, nec prece nec pretio adigi potuerunt. Quis enim credat cunctaturos in hoc negotio fuiſſe eos, qui apoſtolicæ ſedis ſucceſſione gloriantur, ſi hanc controverſiam ab Apoſtolis in concilio aliquo deciſam agnoviſſent. Notum eſt, litem illam in concionibus, in diſputationibus, in ſcriptis publicis acerrime magnisque contentionibus agitatam fuiſſe, multumque operæ per legatos ſuos Philippum III. & IV. Hiſpaniæ Reges apud Paulum V. &

Gre-

Gregorium XV. impendiſſe, ut diuturna hæc certamina tandem componerentur. Sed neque illi neque alii Pontifices gravisſimum hoc eccleſiæ ſuæ bellum ſopire voluerunt, cæleſtem ſapientiam hoc myſterium nondum revelaſſe cauſati. Quid opus his ambagibus? Quorſum iſta ſubterfugia? Cur non reſponderunt, jampridem Apoſtolos in concilio congregatos hanc controverſiam decidiſſe, & decretum de immaculata Mariæ conceptione promulgaſſe?

Sed cum omnibus hactenus ignotum fuerit hoc concilium, unde Sfondrata ejus notitiam hauſerit audiamus. Scilicet Julianus quidam in adverſariis ſuis docuit, traditum fuiſſe ab Apoſtolis in concilium congregatis, quod beata Virgo Maria originali peccato contacta non fuerit. Idem Julianus in chronico A.C. 607. his verbis utitur: *Bernhardus erat S. Virgini devotiſſimus, qui faciebat celebrare feſtum hujus Dominæ cum magna devotione, & fecit celebrare devotius feſtum immaculatæ conceptionis ejus, quod prædicavit in Hiſpania S. Jacobus & incepit ab Apoſtolis hoc in concilio decernentibus.*

 Quæ

Quæ Juliani verba Laurentius Ramirez a Prado in notis ſuis ad Luitprandi chronicon allegavit. Ne autem ſola Juliani autoritate Apoſtolicum hoc concilium niti videatur, plura alia teſtimonia colligit Sfondrata, quæ apoſtolico ævo hanc de immaculata conceptione doctrinam viguiſſe docent. Adducit ergo Flavium Dextrum, qui in chronico ad A. C. 368. n. 9. Jacobi prædicatione celebratum dicit in Hiſpania feſtum immaculatæ conceptionis Dei Genitricis Mariæ. Adducit Marcum Maximum, qui in hymno de apparitione B. Virginis facta S. Jacobo Apoſtolo ita canit:

Oſtendit ſe illis hilarem
Suoque natalitio
Conceptionis aureæ
Templo manent encomia.
Jacobus Hiſpanos docet
Et prædicat ceu cæteri
Ab omni labe liberam.
Hinc celebrandi jugiter
Populis Iberis diem
Qui durat usque hodie.

Adducit inſcriptionem, quæ in ſacello eccleſiæ Segovienſis ab Hierotheo, ut cre-

credit, Pauli diſcipulo fundatæ legitur: *a tempore Jerothei Pauli diſcipuli & hujus civitatis primi Præſulis illibatam conceptionem ſanctisſimæ Virginis toto cordis & mentis affectu hæc eccleſia tuetur & celebrat, & tandem voto & juramento firmavit octavo die Decembris A. C. 1621.* Adducit Luitprandum in chronico, qui ſcribit: *columna in urbe Cæſarauguſtana conſtructa eſt juſſu Virginis a B. Jacobo, cum in Hiſpania prædicavit A. C. 37. & conſecrata immaculatæ ejusdem conceptioni, quam omnes Apoſtoli prædicaverunt ubique hoc tempore multorum peregrinorum contubernio viſitatur.* Confirmari dicit hanc apoſtolicam traditionem ex eo, quod Petrus Ojeda aliique recentiores tradiderint, feſtum immaculatæ conceptionis a primis eccleſiæ incunabulis celebratum inveniri in eccleſiis Palæſtinæ, Syriæ, Ægypti, Armeniæ & Africæ. De eccleſia græca rem certiſſimam eſſe dicit, cum in rituali S. Sabæ per Wagnereckium edito hic titulus compareat: *officium divinum eccleſiæ græcæ 9. Decembris celebrari ſolitum: conceptionis S. Annæ, qua illa matrem Dei concepit.* Imprimis vero Andreæ

dreæ Apoſtoli verba luculentiſſimum hujus traditionis apoſtolicæ teſtimonium eſſe judicat, qui in epiſtola Presbyterorum Achajæ his verbis uſus eſt: *ſicut primus Adam formatus eſt ex terra antequam eſſet maledicta: ita ſecundus formatus eſt ex terra virgine nunquam maledicta.* Pleraque hæc teſtimonia, cum jam pag. 20. & ſeqv. allegata fuiſſent, repetit Sfondrata p. 43. & 44. & addit, quod Velaſquez referat, in monte ſancto prope Granatam inter alios plumbeos libros unum reperiri a S. Cteſiphonte Martyre & Jacobi diſcipulo exaratum, in quo hæc verba leguntur: *illa virgo illa Maria præſervata fuit a peccato originali in primo inſtanti ſuæ conceptionis, & libera ab omni culpa.*

Verum mirandum eſt, tam ſuſpectis teſtibus Sfondratam fidem adhibere potuiſſe. Dextri enim chronicon non minus quam alia quædam ejusdem furfuris chronica ex cerebro unius ejusdemque male feriati capitis nempe Jeſuitæ Hieronymi Roman de la Higvera, hominis ad fraudes facti, natum eſſe ex Agvirre conciliis Hiſpanicis tom. 2. p. 52. & ſeqv. jam ali-

alibi notavimus. Eidem vero Jeſuitæ etiam ortum ſuum debent Marci Maximi, Juliani & Luitprandi chronica. Luitprandi autem chronicon dum commemoro, non intelligo opus illud a Franciſco du Cheſne tom. 3. Scriptorum Francic. editum, & rerum ab Imperatoribus & Regibus Luitprandi tempore in Europa geſtarum hiſtoriam complexum, quod a me pro ſuppoſititio haberi amicus quidam meus in diſputatione quadam publica falſo retulit; ſed chronicon quoddam ſub Luitprandi nomine vulgatum, quod Hieron. de la Higvera & Laurentii Ramirez de Prado notis illuſtratum extat. Hujus enim futilitatem Nic. Antonius in bibliotheca ſua veter. Hiſp. lib. 6. c. 16. & ſeqv. prolixe demonſtravit. Quæ ex rituali Sabæ per Wagnereckium edito depromuntur verba non probant feſtum immaculatæ conceptionis Mariæ a primis eccleſiæ incunabulis celebratum fuiſſe. Inſcriptionem eccleſiæ Segovienſis nullius antiquitatis vel pretii eſſe, nemini, qui eam vel leviter expenderit, obſcurum eſſe poteſt. De epiſtola Presbyterorum Achajæ & monumentis prope

Gra-

Granatam effoſſis quid ſentiendum ſit, in diſſertatione de Patribus Apoſtolicis diximus. Quis ergo credat, Apoſtolos in concilio quodam congregatos immaculatam Mariæ conceptionem decreviſſe, cum non alii quam nullius fidei *teſtes* a Sfondrata producantur? Quamobrem hoc concilium aliis quibusdam fictitiis primi ſeculi conciliis adjungendum puto, ſive apoſtolicis, qualia ſunt in quibus Apoſtoli ſymbolum & canones & conſtitutiones condidiſſe, vel Deiparæ Virgini exequias celebraſſe perhibentur, nec non Antiochenum, in quo novem canones ab Apoſtolis ſanciti feruntur, quos a Pamphilo Martyre, ſi credere fas eſt, in Origenis bibliotheca inventos Franciſcus Turrianus in lucem protulit; ſive eccleſiaſticis, qualia ſunt Illiberitanum, in quo ſub Neronis imperio nonnullos Jacobi diſcipulos bonis ſpoliatos & flammis exuſtos Flavius Dexter ad A. C. 57. memorat, & Cherſonenſe anni 60. in quo itidem aliquot Jacobi diſcipulos bonis ſpoliatos & necatos idem fabulator comminiſcitur. Nec dubito, quin in eadem claſſe ponenda ſint concilia

cilia duo, quæ ſub Ignatio habita Ruelius in ſuis conciliis tomo 1. p. 269. & 270. opinatur.

OBSERVATIO SECUNDA.
DE NUMERO CANONUM NICÆNORUM ADVERSUS CARDINALEM AGVIRRE.

PLures quam viginti canones a Patribus Nicænis conditos fuiſſe poſt plures alios Pontificios probare conatur Agvirre T. I. concil. Hiſpan. part. 1. apparat. diſſ. 8. in 7. excurſus diſtributa p. 117. ſeqv. in qua paſſim argumenta ſua pro hac ſententia tanquam ineluctabilia, irrefragabilia, urgentiſſima, nec ulli contradictioni obnoxia commendat. Verum tanti ponderis ejus argumenta non eſſe cuilibet ea expendenti facile patebit. Nam primum non opus eſt, ut prolixe probet, de tempore feſti paſchalis in concilio Nicæno deliberatum & decretum aliquod ea de re factum fuiſſe. De hoc enim

enim nemo dubitat. Quod vero decretum illud inter canones concilii Nicæni relatum fuerit, ideoque plures quam viginti canones, inter quos nullus de paſcha legitur, numerari debeant, nullo ineluctabili argumento probare potuit. Etſi enim Balſamonem alleget, dicatque eum in ſcholiis ad concilii Antioch. can. 1. aſſeruiſſe, quod ſua adhuc ætate canon de paſcha inter canones Nicænos lectus fuerit, & expreſſe dixiſſe: *præſentis nempe Antiochenæ ſynodi Patres dicunt de hoc feſto a prima ſynodo fuiſſe definitum. ATQUE HOC IN CANONIBUS PATRUM PRIMÆ SYNODI INVENITUR*, quæ verba Agvirre majuſculis literis exprimi curavit. Deceptum tamen ſe ſentiet, quisquis Cardinali fidem adhibuerit. Balſamon enim in editione græco-latina Pariſienſi p. 811. non dicit, decretum de paſcha in canonibus inveniri, ſed contrarium potius dicit, nempe decretum de paſcha in actis quidem concilii Nicæni, non vero in canonibus inveniri. Quæ Balſamonis ſententia etiam in græco-latina Beveregii editione exprimitur. Tantum igitur

tur abeſt, ut ex Balſamone irrefragabile argumentum pro ſua ſententia haurire poſſit Cardinalis, ut potius loco Balſamonis male allegato inexcuſabilem ſuam negligentiam prodiderit. Deceptus enim videtur a Schelſtrateno, qui in concilio Antiocheno p. 157. & 158. Balſamonis verba male & corrupte exhibet, quod ſtatim deprehendere potuiſſet, ſi ipſum Balſamonem conſuluiſſet, & præterea a Balſamone tantum 20. canones Nicænos non plures exponi cogitaſſet.

Secundo certis documentis probare Agvirre non potuit, quod authentica concilii Nicæni acta magnæ molis fuerint. Neque etiam ex prolixitate actorum concilii Nicæni, ſi ea probari poſſet, ſequeretur, plures quam viginti canones a Patribus Nicænis conditos fuiſſe. Nam Epheſini concilii acta ſatis prolixa ſunt, & paucos tamen illius concilii canones habemus: imo & pauci illi canones non ſeorſim editi, ſed partim ex epiſtola ſynodica, partim ex aliis illius concilii actis depromti deprehenduntur.

Tertio probari non poteſt, quod Ariani pleroſque concilii Nicæni canones

Digitized by Google

in plurimis eccleſiis igne deleverint, & tantum viginti illos, quos adhuc habemus, reliquerint. Quorſum enim Ariani tot canones ad diſciplinam tantum ſpectantes nec illorum doctrinæ adverſantes delevíſſent? Et cur non ſymbolum potius Nicænum eraſiſſent, *ſi acta Nicæni* concilii corrumpere & mutilare potuerunt? Aut ſi in canones illis ſævire placuit, cur tantum viginti illos quos habemus canones intactos reliquerint, nulla ſolida ratio dari poteſt. Nam quod viginti illi canones, antequam reliqui conderentur, ſtatim a pluribus deſcripti & ad varias eccleſias transmiſſi, atque ſic a cæteris, qui poſtea ſanciti fuerunt, divulſi fuerint, aut quod Ariani de induſtria ab his canonibus manus ſuas violentas abſtinuerint, ut vim cæteris allatam eo facilius occultare poſſent, ſomnia ſunt, quæ eadem facilitate negari qua narrari poſſunt.

Quarto non probari poteſt, concilium Nicænum per integrum triennium duraſſe. Imo potius probari poteſt, concilium Nicænum cœpiſſe ſub Conſulatu Paulini & Juliani, in quem Conſu-

latum

latum Conſtantini M. vicennalia incidere Autor chronici Alexandrini pag. 282. obſervavit. Atqui Euſebius libr. 3. de vita Conſtantini c. 15. & 22. Socrates libr. 1. c. 16. Sozomenus libr. 1. c. 15. & alii Scriptores referunt, Conſtantinum finito concilio Nicæno vicennalia celebraſſe. Unde colligi poteſt, concilium Nicænum eodem anno quo cœptum fuerat, finitum & terminatum fuiſſe, nec audiendos Nicephorum libr. 8. c. 26. Autorem politiæ Metrophanis & Alexandri apud Photium cod. 256. Anonymum Combefiſianum, & alios, qui ultra triennium concilium Nicænum duraſſe exiſtimant. Nam quod Euſebium non de integro concilio finito, ſed tantum de præcipuis ejus actis loqui Agvirre excipit, frivolum eſſe cuilibet Euſebium legenti facile patebit. Præterea ſi verum eſſet concilii Nicæni tempus per triennium, aut longius duraſſe, nondum ex eo certi eſſe poſſemus, quod plures canones a Patribus Nicænis conditi fuerint, cum aliæ illius durationis cauſæ eſſe potuerint, nec opus ſit, ut totum hoc tempus canonibus ſanciendis impenſum dicamus.

Quinto Julius I. in epiſtola, quæ apud Athanaſium in apolog. 2. legitur, dicit, conſvetudinem ea, quæ in concilio aliquo tractata ſunt, in poſteriori aliquo concilio retractandi & ad novum examen revocandi, in concilio Nicæno obſervatam & ſcriptam eſſe. Verum inde non colligi poteſt, quod conſvetudo illa in canonibus Nicænis decreta fuerit.

Sexto verum quidem eſt, quod Leo M. in epiſtola 24. ad Theodoſium Auguſtum probaturus, neceſſarium eſſe, ut Flaviani cauſa poſt appellationem interpoſitam in alio concilio retractetur, ad canonum Nicænorum decreta provocet, quod etiam in ſequenti epiſtola 25. itidem ad Theodoſium ſcripta a Leone factum eſſe Agvirre addere potuiſſet. Verum Queſnelius in notis ad priorem epiſtolam, quæ in ipſius editione eſt 39. obſervat, quod valde ambiguum ſit, quid de ea ſtatui debeat, & ad calcem poſterioris epiſtolæ, quæ in ipſius editione eſt 40. animadvertit, quod Leo ſub Nicænorum canonum nomine Sardicenſes intellexerit. Quam ſententiam multis eruditorum & in his nominatim Petro de Marca placuiſſe

iſſe Agvirre non diſſimulat, etſi eam falſam & erroneam eſſe pronuntiet, obtendens, eundem canonem a Leone allegatum, qui olim a Julio allegatus fuerat, nempe non Sardicenſem, ſed Nicænum. Verum Julius in ſua epiſtola neque de jure appellationum egit, neque canonem aliquem ſive Nicænum ſive Sardicenſem allegavit. Regerit ulterius, Leonem expreſſe Nicænorum canonum decreta nominare, ideoque Sardicenſes canones intelligere non potuiſſe, ludibrio quippe adverſariis futurum, ſi canon ab eo allegatus reapſe inter canones Nicænos non extaret. Verum ex hiſtoria eccleſiaſtica notum eſt, omnino Epiſcopos Romanos nonnunquam falſa Nicænorum canonum allegatione aliis ludibrium debuiſſe. Cum enim Zoſimus ejusque ſucceſſores jus appellandi Romanam Sedem ſub prætextu canonis alicujus Nicæni ab Africanis extorquere conarentur, & Africani authentica canonum Nicænorum exemplaria conferrent, nihil tale in canonibus Nicænis invenerunt, qua de re concilium Carthaginenſe nomine ſextum videri poterit.

Septimo ad argumentum, ex Ambroſii epiſtola ad Vercellenſes deprompturn, qui canonem aliquem de digamis non ordinandis in concilio Nicæno conditum aſſerere videtur, reſpondet Dorſcheus de concil. Nicæno p. 82. epiſtolam hanc incerti patris eſſe. Verum cum Poſſevinus ad quem provocat, non aliam hujus ſententiæ cauſam adducat, quam quod Autor epiſtolæ Venetiarum meminerit, quæ ratio omne ſuum pondus amittit, ſi autorem epiſtolæ ſub Venetiarum nomine non urbem, quæ ſane poſt Ambroſii ætatem extructa eſt, ſed regionem, cujus alibi etiam Ambroſius nempe in epiſtola 31. ad Valentinianum meminit, intellexiſſe dicamus, ſatius fuerit obſervare, quod Ambroſius in illo loco non canonis ſed tantum tractatus alicujus Nicæni mentionem faciat, vel cum Benedictinis in notis ad illam epiſtolam ſtatuere, quod in codice canonum Nicænorum quo Ambroſius uſus eſt, canon de digamis non ordinandis ex aliis conciliis Nicæno additus & Ambroſius hac occaſione deceptus canonem illum pro Nicæno habuerit.

Octa-

Octavo locus Hieronymi a Cardinali allegatus non legitur in epiſtola 3. ſed CXI. ſeu in præfatione ad librum Judith. Probari autem ex illo loco non poteſt, quod canon aliquis de authenticis Scripturis in concilio Nicæno conditus fuerit, cum tantum dicat, quod ſynodus Nicæna librum Judith in numero ſacrarum Scripturarum legatur computaſſe, hoc eſt, ut Benedictini interpretantur, quod Synodus Nicæna ſententiam aliquam ex libro Judith recitaſſe memoretur.

Nono cum Auguſtinus in epiſtola 110. (213.) ſe neſciviſſe dicit, quod concilium Nicænum prohibuerit vivente adhuc urbis alicujus Epiſcopo alium ordinari, non ad canonem aliquem concilii Nicæni deperditum, ſed ad octavum hujus concilii canonem reſpicit, ut Beveregius in ſcholiis ad illum canonem & alii cenſuerunt.

Decimo ad epiſtolam 23. Innocentii I. reſpondemus, quod Labbeus in ſuis conciliis & poſt eum ipſe Agvirre Tom. II. concil. Hiſpan. p. 154. in margine hujus epiſtolæ notaverit, canonem Nicænum, quem Innocentius laudavit, a Ma-

Digitized by Google

ximo in ſermone 25. tanquam Taurinenſem allegari.

Undecimo Gelaſius Cyzicenus a Cardinali perperam in partes vocatur, cum diatypoſes a canonibus expreſſe diſtingvat, nec plures quam 20. canones agnoſcat.

Duodecimo. Quod Patres Nicæni doxologiæ, qua gloria Patri, Filio & Spiritui S. datur, addiderint verba: *ſicut erat in principio* &c. Sozomenus neque libr. 3. c. 19. quem locum Cardinalis allegat, neque uſpiam alibi retulit. Miror itaque quod pro hoc decreto non potius cum Bona in tract. de Pſalmodia p. 337. & aliis canonem 3. concilii Vaſenſis ſeu Vaſionenſis I. allegavit. Verum illum canonem Vaſenſem allegare forte noluit, vel quod nullam concilii Nicæni mentionem in eo fieri deprehenderet, vel quod concilium illud Vaſenſe, ſub Julio ut fertur celebratum cum ſuis canonibus ſuppoſititium eſſe cenſeret cum Sirmondo T. I. de conciliis Gallic. p. 597. & Antonio biblioth. vet. Hiſp. T. I. libr. 2. c. 6. p. 142. Cæterum etiam Baronius, ex quo hoc argumentum Agvirre deprompſiſſe

vide-

videtur, Patres Nicænos aliquid circa doxologiam eccleſiaſticam decreviſſe ſtatuit, idque A. 325. n. 173. probaturus, antequam ad Vaſenſem canonem, quo imprimis nititur, deſcendat, dicit, Sozomenum libr. 3. c. 19. videri indicare, quod ex inſtituto concilii Nicæni ſecundum traditam in eo fidei formulam hymni cani conſveverint, qui Sozomeni locus in editione Valeſiana libr. 3. cap. 20. legitur. Verum Sozomenus in illo loco per τὴν παράδοσιν Nicænæ Synodi non inſtitutum aliquod Nicænum de ratione hymnos cantandi, ſed potius doctrinam fidei in Nicæno concilio traditam intelligit, ut Valeſius Sozomeni verba explicavit.

Decimo tertio. Non majoris momentî ſunt cætera quæ ſeqvuntur argumenta. Nam Leo I. in epiſtolis 53. 54. 55. ad canonem 6. Nicænum reſpicit. Concilium Arelatenſe II. per magnam ſynodum non Nicænam, ſed Arelatenſem I. intelligit. In actione 7. concilii Epheſini non ad alium quam ad ſextum concilii Nicæni canonem, qui ſua cuique eccleſiæ privilegia relinquenda decernit,

digitus intenditur. Attici fragmentum de epiſtolis formatis ſuppoſititium eſt, & quæ Baſilius in epiſtola 78. de decretis Patrum Nicænorum refert, ad 20. illos quos habemus canones optimo jure applicari poſſunt. Atque hinc patet, argumenta a Cardinali adducta non magis valida eſſe, quam quæ alii ex Nicolai I. epiſtola 42. Gregorii Turonenſis libr. 9. c. 33. Petri Damiani epiſtola ad Capellanos Godofredi Ducis Lotharingiæ & aliis quibusdam Scriptoribus depromunt.

Decimo quarto. Ex Arabicis canonibus concilii Nicæni, quos Alphonſus Piſanus, Franciſcus Turrianus & auctiores Abrahamus Ecchellenſis ediderunt, pleroſque authenticos eſſe aſſerit Agvirre, etſi nonnullos ſuppoſititios irrepſiſſe fateatur. Verum canones illos demum poſt Juſtiniani ævum conditos aſſerit Emmanuel Schelſtratenus antiquitat. illuſtrat. p. 290, & poſt Theophili imperium Pearſonius vindic. epiſtol. Ignat. part. 1. p. 187. Petrus autem de Marca libr. 2. de concord. imper. cum ſacerd. c. 9. ex canone collectionis Arabicæ 37. colligit, collectionem illam poſt annum

900.

900. contigiſſe; & Beveregius, qui in ſuo Synodico ex 3. libris canonum Nicænorum a Joſepho Ægyptio arabice ſcriptis unum tantum 20. canones ab omnibus pro Nicænis agnitos continentem edidit, in annotationibus ſuis p. 211. & 212. ex nomocanone quodam arabico bibliothecæ Bodlejanæ colligit, arabicos illos canones, quos Turrianus aliique pro Nicænis venditarunt, Melchitarum opera introductos eſſe. Cui etſi nonnulla opponat Naironus in evoplia ſua p. 307. & arabicorum canonum autoritatem vindicare conetur, rectius tamen arabicos illos canones repudiarunt Richerius libr. 1. de concil. c. 2. theſ. 22. & alii. Æthiopicos autem concilii Nicæni canones cum Arabicis a Turriano & Ecchellenſi editis convenire ex titulorum ordine colligit Ludolphus libr. 3. hiſtor. Æthiop. c. 4. n. 30. Cæterum cum Joſephus Ægyptius tres Nicænorum canonum libros collegerit, uno 20. genuinos complexus, altero canones 84. qui conveniunt cum 80. canonibus a Turriano, qui 4. ultimos omiſit, latine editis, & tertio adhuc alios canones, quos Europæis hactenus

ctenus incognitos fuiſſe Beveregius aſſerit, non dubitandum, quin etiam canones tertio Joſephi Ægyptii libro contenti Patribus Nicænis ſuppoſiti fuerint; & forte canones illi Europæis non ſunt plane incogniti. Dicit enim Beveregius p. 210. tertium Nicænorum canonum librum ita a Joſepho deſcribi, ut ad Reges & Imperatores referatur. Et pag. 211. inſcriptionem tertii libri exhibet, qua aſſeritur, contineri illo libro conſtitutiones de poteſtate in omnes monachos, & de ratione præfectum monaſterii eligendi, deque illius officio & adminiſtratione illius poteſtatis ſuper monachorum & monialium monaſteria. Atqui Abrah. Ecchellenſis non ſolum canonibus 80. a Turriano editis alios quatuor adjecit, ſed etiam poſt illos 84. canones Nicænos exhibet eorundem Patrum Nicænorum decreta 15. de monachis & anachoretis, & varias conſtitutiones eccleſiaſticas numero 19. & alias quasdam ſanctiones & decreta eorundem Patrum, quæ ex 4. Regum ad Conſtantinum libris decerpta perhibentur, quæ omnia apud Labbeum T. II. concil. p. 318. ſequ. videri poterunt.
Unde

Unde colligo, canones tertio Joſephi libro contentos, ejusdem eſſe generis cum illis, quos Ecchellenſis poſt 84. canones exhibet.

Poſtremo ex his omnibus concludimus non plures quam 20. canones a Patribus Nicænis conditos fuiſſe, cum ex collectione canonum eccleſiæ univerſæ aliisque antiquis collectionibus, nec non ex concilio Carthaginenſi ſupra memorato, item ex Theodoreto aliisque probatis Scriptoribus id evinci poſſit, neque hæc ſententia per argumenta a Cardinali Agvirre aliisque objecta infringi poſſit.

OBSERVATIO TERTIA.

JOHANNIS HARDUINI DE JUSTINI MARTYRIS OPERIBUS JUDICIUM.

ESſe nonnulla inter opera Juſtini Martyris, quæ poſt ejus ætatem ſcripta ſunt, nemini dubitare licet, qui vel quæſtiones ad Græcos, vel quæſtiones græcanicas ad chriſtianos, vel quæ-

quæſtionum reſolutionem ad orthodoxos legerit, quam Dodwellus in ſuis ad Irenæum diſſertationibus non minus ac fidei expoſitionem circa finem ſeculi 5. a Juſtino Siculo ſcriptam judicat.

Quin etiam forte inter Juſtini Martyris opera ſcriptum aliquod occurrit, quod ante Juſtini ætatem exaratum eſt. Sane Dominus de Tilmon in hiſtoria Imperatorum tom. 1. part. 2. p. 1035. cum alio quodam Viro docto obſervat, epiſtolam ad Diognetum, quam primus A. 1592. Henricus Stephanus ſub Juſtini Martyris nomine edidit, ante excidium Hieroſolymitanum ſcriptam videri, cum Autor hujus epiſtolæ innuat, Judæos ſua adhuc ætate ſangvinem victimarum Deo offerre ſolitos, ut cæteras ejus rationes taceamus; qua ſententia admiſſa falſa erit Halloixii conjectura, qui in vita Juſtini c. 25. p. 281. ſtatuit, Diognetum, ad quem hæc epiſtola ſcripta eſt, apud M. Aurelium Antoninum Imperatorem in magna autoritate fuiſſe, quod ex vita Antonini per ipſum Imperatorem ſcripta necnon ex Capitolino probat, qui Imperatorem hunc pingendi artem a Diogneto didiciſſe tradit.

Quin

Quin autem duæ Juſtini apologiæ genuinæ ſint, nemo eruditorum hactenus dubitavit, donec nuperus quidam Scriptor in Gallia aſſerere auſus eſt, ex omnibus Juſtini Martyris operibus, quæ ad noſtram ætatem pervenerunt, ſolum dialogum cum Tryphone ſpurium non eſſe, ut Ellies du Pin in præfatione ad tomum 5. Bibliothecæ ſuæ eccleſiaſticæ retulit, ubi ſcriptorem illum literis P. H. deſignat, intelligens Patrem Jeſuitici ordinis Johannem Harduinum, cujus nomen exprimit Autor ephemeridum gallicarum A. C. 1691. p. 121.

Innotuit hæc Harduini ſententia Dupinio ex Autore, qui gallico idiomate epiſtolam Chryſoſtomi ad Cæſarium defendit. Ille enim non ſolum hanc Harduini ſententiam prodidit, ſed eum quoque bonis rationibus inſtructum eſſe indicavit, quibus probari poſſit, cætera opera, quæ præter dialogum cum Tryphone Juſtini Martyris eſſe hactenus credita fuerunt, & in his etiam duas apologias circa finem ſecundi ſeculi Juſtino ſuppoſitas fuiſſe. Verum Dupinius ſe non videre poſſe ait, quibus rationibus

id

id evinci poſſit, cum neque veterum Scriptorum teſtimonia pro hac ſententia allegari poſſint, neque inter Juſtini apologias & dialogum cum Tryphone ulla ſtyli difformitas appareat, neque quicquam in his apologiis contineatur, quod cum tempore Juſtini non bene congruat, neque etiam novitatis cujusquam apologiæ illæ argui poſſint, cum ipſe Harduinus eas ſeculo 2. ſcriptas confiteatur. Contra vero urget Dupinius, quod non ſolum Euſebius & Hieronymus, ſed etiam ſcriptores longe antiquiores Tatianus, Cajus & Methodius pro vindicandis Juſtini apologiis allegari poſſint.

Non mirum autem eſt Harduinum Juſtini apologias pro ſpuriis habuiſſe, cum etiam ex profanæ antiquitatis monumentis præter Ciceronem, Plinium, Virgilii georgica & Horatii epiſtolas, item inſcriptiones nonnullas & faſtos conſulares nihil genuini noſtra ætate ſupereſſe ſtatuerit, quod ex vindiciis nominis germanici adverſus obtrectatores quosdam Gallos a Viro quodam erudito nuper editis cognoſcere mihi licuit.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO QUARTA.

CYPRIANI EPISTOLA AD STEPHANUM IN CAUSA MARTIANI ARELATENSIS JOHANNI LAUNOJO PRÆTER MERITUM SUSPECTA.

Quædam Cypriani opera a nonnullis fœde corrupta & interpolata fuiſſe, teſtari poteſt liber de unitate eccleſiæ, cujus editiones cum manuſcriptis codicibus conferens Jameſius tantam diſcrepantiam deprehendit, ut operæ pretium duceret elenchum eorum edere, quæ in hoc Cypriani libello vel addita vel detracta vel aliis modis adulterata reperiſſet. Quod Jameſii opuſculum nulla Autoris mentione & exigua tituli mutatione facta Antonius Poſſevinus in tomum primum apparatus ſui tranſtulit, pudendo hoc facinore aculeatos doctorum ſtylos in ſe concitans, e quorum numero Richardus Holdsworth in lectione 36. ad Matth. XIII,52. non ferula ſed furca dignum hoc

factum judicat, propter quod etiam a Magiſtro ſacri palatii & Gretſero fortem purgationem Poſſevino propinatam notat Voetius in deſperata cauſa Papatus p. 494. qui paulo poſt eodem loco editioni Cypriani Romanæ A. 1564. e Manutii officina emiſſæ dicam falſitatis coram univerſo Criticorum Senatu ſcribit, quod in iſtum Cypriani libellum aliena quædam verba intruſerit, cujus perfidiæ culpam p. 517. non Manutio, ſed illis qui a Romana Curia ad opus hoc curandum delegati fuerant, imputat. Sane Manutium in hac Cypriani editione juris ſui non fuiſſe ex eo quoque colligi poteſt, quod non ejus ſed Latini Latinii culpa Firmiliani epiſtola omiſſa fuerit. Habemus enim confitentem reum, qui in obſervationibus & conjecturis ad Cyprianum cum adnotationibus Pamelii verbis Pamelii hanc cenſuram ſubjicit: *ego Latinus omiſi, non Manutius, cum majorum exempla ſecutus, tum hominis petulantiam deteſtatus.* Non ſolum autem Firmiliani epiſtolam ad Cyprianum, ſed etiam quaſdam Cypriani epiſtolas expunxerunt, qui editionis illius curam habuerunt.

Ad hanc Cypriano factam injuriam & varias corruptelas genuinis ejus operibus illatas acceſſit & illa, quod multa ſpuria opuſcula illi ſuppoſita fuerint, e quibus tamen nonnulla præter meritum *νοθείας* arguuntur. Nam ut de Sandio, qui tractatum de mortalitate Cypriano apprime dignum, & Hieronymi, Auguſtini & Poſſidii teſtimoniis approbatum, ob leviculam rationem nullo negotio difflandam Cypriano abjudicandum cenſuit, nihil dicam, Johannes Launojus multa argumenta produxit, quibus adductus epiſtolam ad Stephanum, quæ eſt in Eraſmi editione libr. 3. ep. 23. in Pameliana 67. in Felliana 68. ſubleſtæ fidei & Cypriani ætate recentiorem cenſuit in diſcuſſione reſponſionis ad diſſertationem de duobus Dionyſiis c. 5. Verum hanc ſententiam paucis perſvadere potuit.

Occaſio quæ Launojum movit, ut hanc Cypriani epiſtolam impugnaret, fuit locus ille famoſus Gregorii Turonenſis de Trophimi Arelatenſis & quorundam aliorum Epiſcoporum ſub Decii imperio in Gallias adventu, qui locus com-

Digitized by Google

mode defendi non poteſt, ſi ex Cypriani epiſtola ad Stephanum probetur, Martianum iſto tempore Arelatenſis eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe. Unde Launojus undecim argumenta cumulat, quibus hanc epiſtolam Cypriano ſuppoſitam contendit, eademque adverſus Menardi exceptiones vindicare nititur. Verum & ſtylus & ſententiæ hujus epiſtolæ genium Cypriani tam aperte ſpirant, ut de autore hujus epiſtolæ dubitare non poſſit, qui cum cæteris Cypriani epiſtolis aliisque monumentis eam contulerit.

Eſto hanc epiſtolam in aliquot manuſcriptis codicibus deſiderari, quod primum Launoji argumentum eſt, ſufficit eam in nonnullis probatis codicibus legi. Multæ enim ſunt inter Cyprianicas epiſtolæ, quæ non in omnibus manuſcriptis codicibus comparent, quas tamen eo nomine nemo ſuſpectas habuit. Eſto hiſtoriam Martiani Arelatenſis in hac epiſtola deſcriptam ab aliis antiquis Scriptoribus non memorari, quod ſecundum Launoji argumentum eſt, num inde ſequitur, hanc epiſtolam a Cypriano non ſcriptam eſſe? Nam in multis Cypriani epiſtolis,

quæ nulla νοθείας ſuſpicione laborant, ea narrantur, quorum alii neque Latini neque Græci Scriptores meminerunt.

Tertium argumentum Launojus depromit ex concilio Arelatenſi primo, in quo nullus canon contra Novatianos conditus legitur, quod tamen non fieri potuiſſet, ſi Cypriani ævo Martianus Arelatenſis magnam plebis partem infeciſſet. Verum Arelatenſe concilium quarto demum ſeculo adeoque multis poſt Martiani epiſcopatum annis habitum eſt, quo tempore nulli forte amplius aut pauci Novatiani in Arelatenſi eccleſia fuerunt. Neque opus habuerunt Patres concilii Arelatenſis ut Novatianos iterum damnarent, qui jam pridem toto orbe damnati forent.

Quarta Launoji ratio inde petitur, quod Autor epiſtolæ circa diſciplinam in judicandis Epiſcopis ſententiam a Cypriani mente prorſus alienam foveat, cum Martianum Arelatenſem a Stephano Epiſcopo Romano abſtineri ſeu deponi, & in abſtenti locum alium ſubſtitui ſvadeat, Cyprianus autem in epiſtola 55. juſtum ſtatuerit, ut uniuscujusque cauſa

illic, ubi crimen admiſſum eſt, audiatur. Verum de depoſitione Martiani per Romanum Pontificem procuranda in hac epiſtola non agitur, etſi Baronius hoc velit, & quotquot cum ipſo ſupremum Pontificis Romani in omnes Epiſcopos dominium ſtabilire nituntur. Neque quicquam ex hac epiſtola, quod Cypriani doctrinæ conſonum non ſit, exſculpi poterit. Qua de re fuſe agit Paſchaſius Queſnelius oratorii Jeſu Presbyter in diſſert. 5. ad opera Leonis c. 14. ubi probat hanc epiſtolam pro ſuprema Pontificis Romani in deponendis Epiſcopis autoritate nihil facere, cum Cyprianus non id a Stephano exegerit, ut Martianum Arelatenſem tribunali ſuo ſiſteret, aut aliquem e latere ſuo in provinciam delegaret, qui vicaria ſui poteſtate perduellem Epiſcopum judicaret, aut ſententiam a ſe latam Gallicanis Epiſcopis tantum exequendam committeret, aut Gallicanis Epiſcopis judicium adverſus Martianum permitteret, a ſe poſtea diſcutiendum & vel confirmandum vel retractandum; ſed tantum ut Gallicanos Epiſcopos & plebem Arelatenſem moneret, ne Martiano

ulte-

ulterius communicarent, eoque pridem abſtento alter in ejus locum eligeretur. Qua occaſione etiam novitium quendam Scriptorem nomine Davidem refellit, qui in tractatu de judiciis canonicis ex hac Cypriani epiſtola probaverat, penes Pontificem Romanum eſſe ſupremam Epiſcopos judicandi, & primam depoſitionis ſententiam in eos ferendi poteſtatem, & hujus poteſtatis in Pontifice Romano hoc fundamentum eſſe, quod ſedes Romana ſit fons & origo ſacerdotii Jeſu Chriſti, in qua aſſertione hunc Davidē Prophetā non fuiſſe Queſnelius obſervat, cum quo etiā Gerbaſiꝰ in diſſertatione de cauſis majoribꝰ p. 154. conferri poterit.

Quintum argumentum Launoji inde hauſtū eſt, quod hæc epiſtola neq; primo, neque ſecundo & ſequentibus Stephani annis a Cypriano ad Stephanum ſcribi potuerit. Antequam enim Cyprianus ad Stephanū ſcriberet, jam Fauſtinꝰ Lugdunenſis & alii Gallici Epiſcopi ad Stephanum ſcripſerant, eoq; ipſorum deſideriis non ſatisfaciente Fauſtinus ſemel iterumque ad Cyprianum literas dederat, quæ omnia uno anno contingere minime potue-

runt. Neque ſecundo Stephani anno hæc epiſtola ad Stephanum a Cypriano ſcripta dici poteſt, quia ſecundo Stephani anno graviſſima inter Stephanum & Cyprianum contentio de hæreticorum baptiſmo nata eſt, quis autem credet, poſt exorta iſta graviſſima jurgia vel Fauſtinum Cypriani interceſſionem apud Epiſcopum Romanum poſtulaſſe, vel Cyprianum tam amice in cauſa Martiani Arelatenſis Stephanum compellaſſe? Neque diſſimulat Rigaltius, ſe hac Launoji ratione nonnihil commotum fuiſſe. Verum ſtatim ſubjicit, Stephano per quadriennium Epiſcopatum tenente, ſatis ſpatii ſupereſſe, quo Cyprianus ad Stephanum, antequam mutua inter utrumque contentio exardeſceret, epiſtolam hanc ſcribere potuerit. Unde etiam Pearſonius in annalibus Cyprianicis p. 49. largitur quidem, hanc epiſtolam ante ſecundum pontificatus Stephani annum ſcribi non potuiſſe, ſimul tamen aſſerit, jurgium inter Stephanum & Cyprianum ante tertium Stephani annum & quidem jam affectum exortum non fuiſſe.

Sextum Launoji dubium, idque minoris

noris ponderis in eo conſiſtit, quod incredibile videatur, Stephanum in cauſa Martiani Arelatenſis tam negligentem fuiſſe, ut eum officii ſui a Cypriano moneri opus fuerit. Verum hoc incredibile nemini videbitur, qui & Romanos & alios Epiſcopos officii ſui ab aliis admonitos in hiſtoria eccleſiaſtica toties legerit. Non majoris momenti eſt dubium ſeptimum inde natum, quod Autor epiſtolæ innuat, ſe communicatorias literas ad Arelatenſes vel alios Galliæ Epiſcopos quondam miſiſſe, & tamen inter Cypriani epiſtolas nullæ compareant, vel ad Arelatenſes vel ad alios Galliæ Epiſcopos miſſæ, quaſi nullæ ex Cypriani epiſtolis perire potuiſſent. Ejusdem id eſt nullius ponderis eſt argumentum octavum, cum objicit, quod Autor epiſtolæ magnam lapſorum multitudinem apud Arelatenſes fuiſſe prodat, & tamen a nullo veteri Scriptore perſecutio adverſus Arelatenſes mota memoretur, nec ullus Arelatenſis eccleſiæ martyr legatur ante Geneſium, qui ſub Maximiano paſſus eſt, quaſi omnium qui unquam paſſi ſunt martyrum memoria ſupereſſet.

Digitized by Google

Nonum argumentum ſuppeditat Launojo autor vitæ Saturnini, & qui autorem illum allegavit Gregorius Turonenſis. Ex his enim probat, Trophimum Decio & Grato Cos. ad Arelatenſes veniſſe primumque ſedis illius Antiſtitem fuiſſe. Si autem Arelatenſis eccleſiæ fundamenta ſub Decii imperio per Trophimi adventum jacta ſunt, conſiſtere non poteſt epiſtola, quæ tradit Martianum quendam ſub Decii imperio Arelatenſis eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe, multosque ad Novatianorum ſchiſma perduxiſſe, multos tamen ei minime conſenſiſſe, ſed cum Epiſcopo Romano & Carthaginienſi de ejus abſtentione egiſſe. Verum ad hoc argumentum abunde reſponſum a Pearſonio in annalibus Cyprianicis p. 49. ubi quidem cum Sulpitio Severo ſtatuit, religionem chriſtianam ſero in Gallia ſuſceptam fuiſſe, & ante Lugdunenſem & Viennenſem ſtragem nullos ibi martyres fuiſſe, neque eos audiendos eſſe, qui Trophimum Apoſtolorum ævo ad Arelatenſes miſſum ſtatuunt. At neque Trophimi in Gallias adventum uſque ad Decii & Grati conſulatum differendum

exiſti-

exiſtimat, cum ſub extremo M. Antonini, necnon ſub toto Commodi aliorumque ſequentium Imperatorum imperio non ſolum plurimi in Gallia chriſtiani fieri, ſed etiam per plures Galliæ provincias Epiſcopi conſtitui potuerint, ideoque Arelate tam nobili civitate, Lugdunenſibus & Viennenſibus tam propinqua, jam ante Decii tempora Epiſcopum conſtitutum fuiſſe veriſimile videatur. Neque ſententiæ huic obſtare dicit paſſionem Saturnini. Nam in ea tantum legitur Saturninum ſub Decii & Grati conſulatu Toloſam veniſſe. Quod autem eodem tempore Gratianus ad Turonenſes, Trophimus ad Arelatenſes, Paulus ad Narbonenſes, Dionyſius ad Pariſienſes, Stremonius ad Arvernos, & Martialis ad Lemovicenſes miſſus fuerit, Gregorium Turonenſem, cum veras illorum Epiſcoporum epochas ignoraret, ex propria conjectura addidiſſe exiſtimat.

Decimum argumentum his verbis eſt conceptum: *inter initium Novatiani & electionem Stephani vix anni tres intercedunt, & tamen de Martiano & Novatiano perinde loquitur autor epiſtolæ ac ſi ab*

ab ætate Stephani longiſſime abfuiſſent. Verba autem epiſtolæ, ad quæ alludit, ſunt ſequentia: *qui* (Martianus) *jampridem jactat & prædicat, quod Novatiano ſtudens & ejus pervicaciam ſequens a noſtra ſe communione ſegregaverit.* Verum reſpondet Menardus, ex particula *jampridem* inferri non poſſe, quod Martianus multis ante Stephani electionem annis ſe Novatiano ſchiſmati adhærere jactaverit, ſed vel triennium huic particulæ ſufficere.

Undecimum denique Launoji argumentum ex pluribus aliis argumentis conflatum eſt. Dicit enim autorem hujus epiſtolæ contra prudentiam agere, quod Stephanum doceat, qua in re Novatianorum pravitas conſiſtat; perperam ſub initium epiſtolæ *eandem provinciam* dicere, cum nulla alicujus provinciæ mentio præceſſiſſet; intra paucas lineas bis repetere, quod literas Arelatum dirigi oporteat; vocem *abſtenti* nimis affectare & quater iterare; Provinciam appellare abſolute contra receptum illius temporis uſum; pugnare ſecum: Novatianum *olim abſtentum* & Novatianum *nuper*

nuper retuſum; Stephanum prædeceſſorum ſuorum Cornelii & Lucii vicarium & ſucceſſorem appellare; neque conveniens videri, quod Novatiani adulatores appellentur, cum neque lapſis adulati fuerint, quos ſine ſpe pacis relinquebant, neque Romanis aliisque orthodoxis Epiſcopis, quorum communione abſtinebant. Verum ad hæc etiam dubia non difficulter reſponderi poteſt. Nam quod Novatianorum hæreſin delineat Cyprianus, eum in finem facit, ut Stephanum adverſus Martianum Novatianis addictum eo fortius impellat. Neque imprudentiæ eo nomine argui poteſt, cum non prolixe doceat Stephanum, quis Novatianus, & quid hactenus in ejus cauſa actum fuerit, ſed breviſſimis verbis quam deteſtanda ſit Novatianorum hæreſis exponat. Per eandem provinciam intelligit Autor epiſtolæ illam Galliæ regionem, in qua Lugdunum erat, cujus urbis in verbis proxime præcedentibus mentionem fecerat. Neque eſt tautologia, cum Autor Epiſtolæ iterata vice literas a Stephano exigit, cum prius literas ad Epiſcopos Galliæ, deinde vero literas ad ple-

plebem exigat, ut taceam quod ipſe Launojus huic argumento parum ponderis ineſſe agnoſcat, nec illud magnopere urgeat, ſed verba Poetæ ſua faciat: *ſi non proſunt ſingula, multa juvant*. Vocem abſtenti quater in hac epiſtola uſurpari mirum non eſt, cum vox illa Cypriano ſit familiaris & in epiſtola 55. vel quinquies occurrat. Per provinciam intelligit eam Galliæ regionem, in qua erat urbs Arelate, cujus mentionem ſtatim ſubjicit, unde opus non erat, ut nomine proprio addito provinciam illam deſignaret. Novatianus olim abſtentus & nuper retuſus optime conciliari poſſunt, cum illa etiam olim facta dicantur, quæ nuper contigerunt. Cornelii & Lucii Vicarium dici Stephanum abſurdum non eſt, cum juxta Svidam & Phavorium Βικάριος ſeu Vicarius interdum idem ſignificet ac διάδοχος ſeu ſucceſſor, ut a Menardo obſervatum eſt, qui etiam animadvertit, Novatianos ſi non lapſis & Epiſcopis catholicis, ſaltem populo chriſtiano adulari ſolitos fuiſſe, ut eum ad communionem ſuam pellicerent. Quamobrem Launoji rationes non cogunt, ut epiſtolam ad Stephanum

num in cauſa Martiani Arelatenſis ſcriptam a Cypriano exaratam negemus.

OBSERVATIO QUINTA.

DE

TATIANO ET GREGORII OPUSCULO DE ANIMA AD TATIANUM.

EX infinitis voluminibus, quæ a Tatiano ſcripta teſtatur Hieronymus in catalogo Script. eccleſiaſt. c. 29. nihil hodie ſupereſt quam oratio adverſus Græcos, quæ A. 1546. cum Antonii & Maximi ſententiis latine prodiit interprete Conrado Geſnero, quem hujus orationis interpretem fuiſſe Labbeus diſſertat. de Scriptor. eccleſiaſt. Tom. 2. p. 379. recte ſtatuit. Quod enim Vir quidam celeberrimus Labbeum hic erraſſe ſuſpicatur, & Conrado potius Clauſero interpretationem hujus orationis tribuendam conjicit, in eo ipſe fallitur, ut ipſa illius editionis inſpectio abunde docet, quæ Theophili quidem libros ad Autolycum ex verſione Conradi Clauſeri; at Tatiani contra gentes oratio-

plebem exigat, ut taceam quod ipſe Launojus huic argumento parum ponderis ineſſe agnoſcat, nec illud magnopere urgeat, ſed verba Poetæ ſua faciat: *ſi non proſunt ſingula, multa juvant.* Vocem abſtenti quater in hac epiſtola uſurpari mirum non eſt, cum vox illa Cypriano ſit familiaris & in epiſtola 55. vel quinquies occurrat. Per provinciam intelligit eam Galliæ regionem, in qua erat urbs Arelate, cujus mentionem ſtatim ſubjicit, unde opus non erat, ut nomine proprio addito provinciam illam deſignaret. Novatianus olim abſtentus & nuper retuſus optime conciliari poſſunt, cum illa etiam olim facta dicantur, quæ nuper contigerunt. Cornelii & Lucii Vicarium dici Stephanum abſurdum non eſt, cum juxta Svidam & Phavorium Βικάριος ſeu Vicarius interdum idem ſignificet ac διάδοχος ſeu ſucceſſor, ut a Menardo obſervatum eſt, qui etiam animadvertit, Novatianos ſi non lapſis & Epiſcopis catholicis, ſaltem populo chriſtiano adulari ſolitos fuiſſe, ut eum ad communionem ſuam pellicerent. Quamobrem Launoji rationes non cogunt, ut epiſtolam ad Stephanum

num in cauſa Martiani Arelatenſis ſcriptam a Cypriano exaratam negemus.

OBSERVATIO QUINTA.

DE TATIANO ET GREGORII OPUSCULO DE ANIMA AD TATIANUM.

EX infinitis voluminibus, quæ a Tatiano ſcripta teſtatur Hieronymus in catalogo Script. eccleſiaſt. c. 29. nihil hodie supereſt quam oratio adverſus Græcos, quæ A. 1546. cum Antonii & Maximi ſententiis latine prodiit interprete Conrado Geſnero, quem hujus orationis interpretem fuiſſe Labbeus diſſertat. de Scriptor. eccleſiaſt. Tom. 2. p. 379. recte ſtatuit. Quod enim Vir quidam celeberrimus Labbeum hic erraſſe ſuſpicatur, & Conrado potius Clauſero interpretationem hujus orationis tribuendam conjicit, in eo ipſe fallitur, ut ipſa illius editionis inſpectio abunde docet, quæ Theophili quidem libros ad Autolycum ex verſione Conradi Clauſeri; at Tatiani contra gentes orationem

nem ex verſione Conradi Geſneri exhibet, qui etiam paulo ante illo ipſo anno 1546. hos Scriptores græce ediderat. Ejusdem Tatiani librum adverſus Græcos pro fide chriſtiana græce ſe vidiſſe manuſcriptum in bibliotheca cœnobii cujusdam Bononienſis refert Poſſevinus in apparatu T. II. p. 449. ubi etiam extrema verba illius tractatus exhibet. Verum ex illis ipſis verbis apparet, librum hunc a Tatiani oratione ad Græcos minime differre, quem Poſſevini errorem Allatius in notis ad Euſtathium notavit pag. 8. qui etiam præcedenti p. 7. recte quidem animadvertit, erraſſe Philaſtrium, cum ait, Tatianum poſt Decii perſecutionem floruiſſe; ſed male hunc errorem corrigit, cum legendum putat: *poſt Adriani perſecutionem*, hanc rationem reddens, quod Epiphanius Juſtinum ſub Adriano paſſum tradiderit. Manifeſtum enim eſt, erraſſe in illa chronologia Epiphanium, niſi forte verba ejus a librariis transpoſita fuerint, & Epiphanius eo loco non tempus quo Juſtinus obiit, ſed quo ad chriſtianam fidem converſus eſt, innuere voluerit, quæ conjectura eſt Papebrochii

Tom.

Tom. II. April. p.105. Cæterum ut ad Tatiani orationem contra Græcos redeamus, eandem græce & latine monumentis orthodoxographis Heroldus Baſileæ A. 1555. & auctario bibliothecæ Patrum Græco-Latinæ Pariſiis 1624. Fronto Ducæus inſeruit. Tandem græco-latinis Juſtini Martyris operibus addita quoque eſt hæc Tatiani oratio, ut editiones in bibliothecis Patrum iteratas taceamus. Nihil autem præter hanc orationem, quam Fronto Ducæus & Chriſtianus Kortholtus notis quibusdam illuſtrarunt, è Tatiani ſcriptis ſupereſſe dixi, quia harmonia evangelica ſub Tatiani nomine edita alium Autorem agnoſcere videtur, qua de re in diſſert. de hæreſiarchis ſect 2. c. 12. plura diximus. Nunc ſaltem adhuc indicamus, quod Nicolaus le Nourry Monachus & Presbyter Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri in apparatu ad bibliothecam Patrum Tom. II. p. 734. Gregorii alicujus opuſculum de anima Tatiano inſcriptum ediderit. Opuſculum hoc, quod ipſi hactenus ineditum videtur, inveniſſe ſe dicit in MSCto quodam codice

Digitized by Google

bliothecæ Regiæ Tatiani orationi ad Græcos adjunctum. Codex autem ille Venetiis in Monaſterio S. Antonii à Beſſarione A. 1539. ſcriptus perhibetur. Sed neque quis Gregorius ille fuerit, nec quis opuſculi hujus exſcriptor Beſſario fuerit, conſtare ſibi dicit. Interim opusculum hoc Franciſcus Faverolles totum tranſcripſit & latino ſermone reddidit, Ordinisque ſui ſocio, quem ſupra nominavimus, typis divulgandum tradidit. Num integrum ſit hoc opusculum dubio haud carere in præmiſſo ad lectorem monito notatur. Cum enim Auctor ſeptem capita enucleanda & tractanda ſibi propoſuerit, primo qua ratione anima cognoſcatur, ſecundo quibus argumentis ea exiſtere vel non exiſtere oſtendatur, tertio utrum ſubſtantia ſit an accidens, quarto an corporea ſit vel incorporea, quinto utrum ſimplex an compoſita, ſexto utrum mortalis an immortalis, & ſeptimo ſitne rationalis an irrationalis; ſecundum caput videtur prætermiſſum, niſi quis dicat, in deſcribendis titulis librarium erraſſe, & ſecundum caput in primo elucidari. Verum

rum tanti non eſt, ut huic opuſculo diutius immoremur. Id potius notamus, quod ille tractatus jampridem ſub nomine Gregorii Neocæſar. ſeu Thaumaturgi inter ejus opera à Gerardo Voſſio gr. & lat. cum ejusdem ſcholiis editus fuerit p. 135. ſeq. Denique de Tatiano adhuc addimus, ἀσύςατα plane eſſe, quæ Geſnerus in bibliotheca ſua ſcripſit p. 607. nempe Tatianum Juſtini Martyris auditorem & ipſum quoque ſub Juliano apoſtata martyrem fuiſſe.

OBSERVATIO SEXTA.
DE
ATHENAGORA.

Athenagoram celeberrimus quidam eccleſiæ noſtræ Theologus in Theologia ſua naturali & revelata p. 54. B. Ignatii in Antiochena eccleſia ſucceſſorem appellat. Verum inter Ignatii in eccleſia Antiochena ſucceſſores nullus Athenagoras occurrit. Quamobrem eum memoria lapſum nullus dubito, qui lapſus & alios in hunc errorem deduxit. In

Digitized by Google

fragmento Philippi Sidetæ, quod Dodvvellus edidit, refertur, quod Athenagoras chriſtianos ſcriptis oppugnaturus à Spiritu Sancto ad Chriſtianam fidem converſus fuerit, & poſtea apologiam pro chriſtianis ſcripſerit, ſcholæque Alexandrinæ, in qua poſtea Clemens, Pantænus & alii claruerunt, primus præfuerit. Qua de re certiora proferri poſſent, ſi extarent Athenagoræ libri περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν, quos ex male intellectis Geſneri verbis nonnulli extare cenſuerunt. Verum libros tales ab Athenagora ſcriptos unquam fuiſſe nec Geſnerus dixit, nec aliunde probari poteſt. Quamobrem id in centuriis Magdeburgenſibus, Sculteti medulla, & aliis monumentis, in quæ error hic obrepſit, corrigendum eſt. Duo ergo tantum Athenagoræ ſcripta extant, nempe apologia pro chriſtianis & libellus de reſurrectione mortuorum. Variæ & præcipuæ utriusque tractatus editiones in actis eruditorum 1684. p. 337. recenſentur. Plures commemorat Nicolaus le Nourry in ſuo ad bibliothecam Patrum apparatu, in quo de Athenagora ejusque ſcriptis

ptis ſatis prolixe agit. Obtuleritne Athenagoras apologiam ſuam Marco Aurelio ejusque fratri Lucio Vero, an potius Marco Aurelio ejusque filio Commodo inter eruditos diſceptatur. Priorem ſententiam propugnat Dodvvellus in diſſertat. XI. Cyprianica, poſteriorem Stephanus le Moyne in notis ad varia ſacra p.169. ubi etiam illos notat, qui Athenagoræ apologiam Juſtino Martyri tribuunt, & tres apologias ab hoc ſcriptas contendunt. Cæterum cur Athenagoras in Philippi Sidetæ fragmento Alexandrinæ ſcholæ primus præfuiſſe dicatur, cum tamen ſcholæ illius fundamenta ante Athenagoræ ætatem jacta videantur, diſquirit Gulielmus Cave Vir antiquitatum eccleſiaſticarum callentiſſimus in altera parte hiſtoriæ literariæ, quam ſimul cum humaniſſimis ejus literis ad me transmiſſam, gratiſſimi muneris haud immemor, dum recordor, Doctiſſimo huic Viro decentes eo nomine nunc ago gratias, meque ejus favori & amicitiæ ulterius commendo.

OBSERVATIO SEPTIMA.
DE
DAMASI OPERIBUS.

NAtione Hiſpanum fuiſſe Damaſum eccleſiæ Romanæ Epiſcopum nonnulli & Hiſpani imprimis Scriptores aſſerunt, etſi de patria ejus urbe inter ſe contendant, qua de re videri poteſt Nicolaus Antonius, qui etiam de geſtis & ſcriptis Damaſi prolixe egit libr. 2. bibliothec. Hiſp. veter. c. 6. Magdeburgenſes aſſerunt centur. 4. p. 1287. quod Platina & narrationes de Romanorum Epiſcoporum vitis, quæ in tomis conciliorum extant, eum non Hiſpanum, ſed Romanum faciant. Verum id falſum eſſe deprehenditur, cum & Platina & narrationes illæ de vitis Pontificum Damaſum Hiſpanum dicant. Ejus electio ob contrariam Urſini vel Urſicini factionem multorum hominum ſanguine conſtitit, ut teſtantur Fauſtinus & Marcellinus in præfatione libelli precum Imperatoribus

Digitized by Google

bus oblati, Rufinus libr. 2. c. 10. Socrates libr. 4. c. 29. Sozomenus libr. 6. c. 23. & Ammianus Marcellinus libr. 27. c. 3. Et quamvis hoc ſchiſma anno 367. cœptum anno ſequenti 368. quo Prætextatus Urbis Præfectus Urſinum Roma expulit, quodammodo ſopitum fuerit, ut Ammianus c. 9. prædicti libri 27. teſtatur, ſæpius tamen recruduit, ut colligere licet ex variis Imperatorum reſcriptis nec non ex literis concilii Aquilejenſis ad Gratianum & Valentinianum à Sirmondo in appendice codicis Theodoſiani editis. Verum non de geſtis, ſed de ſcriptis Damaſi paucis agere lubet.

Et Aguirre quidem opuſcula quædam hujus Epiſcopi hactenus deſiderata ſe ex antiquis codicibus editurum & ſimul cum diſſertatione de patria & geſtis Damaſi conciliis Hiſpanicis inſerturum promiſit, cum primam horum conciliorum notitiam Salmanticæ in lucem publicam emiſit. Verum non magis fidem ſuam liberavit quam Joſephus Maria Suarezius, qui etſi de Damaſi operibus edendis & imprimis libris ejus de virginitate hactenus ineditis in lucem

Digitized by Google

protrahendis ſpem aliquam literato orbi fecerit, promiſſa tamen haud implevit. Quantum autem ad editionem operum Damaſi à Martio Mileſio Sarazanio collectorum attinet, ea poſt varia illuſtrium virorum de Damaſo teſtimonia & quadruplicem Damaſi vitam 40. ejus poemata & 12. epiſtolas continet, partim ſpurias vel dubiæ fidei, partim genuinas, quales ſunt ſex priores, è quibus tamen quinta vitioſe Paulino Theſſalonicenſi inſcribitur, cum Paulino Antiocheno inſcribi debuiſſet, ad quem, cum Theſſalonicæ verſaretur, Damaſus hanc fidei confeſſionem miſit, ut Valeſius in notis ad Theodoreti hiſtoriam eccleſ. libr. 5. c. 11. recte obſervat. Male quoque Martius Mileſius epiſtolam ſextam Damaſi ad Paulinum Antiochenum, quam ex conciliorum tomis tranſcripſit, a quinta ſeparavit. Nam ſexta hæc epiſtola nihil aliud eſt quam præfatiuncula, quæ à Damaſo confeſſioni ad Paulinum miſſæ, quæ apud Theodoretum libr. 5. c. 11. hiſtor. eccleſ. legitur, & in Mileſii editione quintam Damaſi epiſtolam conſtituit, præmiſſa fuit, & clauſula, quam confeſſio-

feſſioni ad Paulinum miſſæ Damaſus ſubjecit, ut colligi poteſt ex Holſtenii collectione Romana p. 180. ubi ſincerius exemplum epiſtolæ Damaſi ad Paulinum legitur. Notamus inſuper in Romana hac operum Damaſi editione tertiam epiſtolam ad Illyricos ex libr. 2. hiſtor. eccleſ. Theodoreti c. 22. depromptam ab epiſtola 10. quæ ex conciliorum tomis tranſcripta eſt, reapſe non differre, ſed ſtyli tantum ratione diſcrepare, & adhuc aliud ejusdem epiſtolæ exemplar, quod non Epiſcopis Illyrici, ſed Epiſcopis Catholicis per orientem conſtitutis inſcribitur, in Holſteniana collectione part. 1. p. 165. reperiri, ubi epiſtolæ huic aliqua ſubjecta comparent, quæ in aliis hujus epiſtolæ editionibus non occurrunt. In eadem collectione Holſtenii part. I. p. 37. & ſeq. leguntur duæ epiſtolæ Damaſi ad Acholium, quæ Martio Mileſio incognitæ fuerunt. Aliqua autem Damaſo adſcripta opuſcula Mileſius dubio procul de induſtria omiſit, ut librum Pontificalem, cujus primam partem à Petro usque ad Liberium à Damaſo concinnatam, reliqua autem ab Anaſtaſio Bibliothecario addi-

ta nonnulli ſtatuerunt, cum alii contra totum opus ab Anaſtaſio elaboratum cenſuerint, ſub cujus nomine Moguntiæ Johannis Buſæi ſtudio 1602. & Pariſiis 1649. procurante Carolo Annibale Fabroto prodiit. Scio Sagittarium *in introductione ſua ad hiſtoriam eccleſiaſticam* duas alias Pariſienſes Anaſtaſii editiones commemorare, unam Jacobi *Sirmondi* anno 1620. editam, & alteram Antonii Dadini Alteſerræ ſtudio A. C. 1680. vulgatam. Verum quantum ad Sirmondum attinet, Sagittarius Anaſtaſii collectanea A. C. 1620. à Sirmondo edita cum Anaſtaſii vitis Pontificum, quas Sirmondus nunquam edidit, confudit. Alteſerram autem quantum ſpectat, notas ille quidem & obſervationes in Anaſtaſii vitas Pontificum, non autem ipſum Anaſtaſium vulgavit. Quamobrem Anaſtaſii editionibus addenda potius eſt, quam Schelſtratenus Tomo I. antiquit. illuſtrat. opus chronologicum continente p. 402. & ſeq. cum Holſtenii correctionibus edidit, & cui breves quasdam notas ſubjecit. Veruntamen iſta Schelſtrateni editio non integrum librum

Pon-

Pontificalem exhibet, ſed in Felice IV. deſinit. Cæterum de autore hujus libri pontificalis ex inſtituto agit Ciampinus in examine libri pontificalis, præter quem & autores ab ipſo allegatos Blondellus in præfatione apologiæ ſuæ pro ſententia Hieronymi p. 26. & in ipſo tractatu p. 221. Pearſonius in diſſert. de ſucceſſ. Pontif. Rom. c. 11. & 12. & alii videri poſſunt. Epiſtola Damaſi ad Hieronymum & Hieronymi ad Damaſum, quæ libro pontificali præmitti ſolent, ſpuriis haud immerito annumerantur. Equidem Henſchenius & Papebrochius in diatriba præliminari ad Tom. I. Aprilis has reciprocas Damaſi & Hieronymi epiſtolas genuinas eſſe contendunt, hac ratione adducta, quod ſtylus earum conveniat cum ſtylo epiſtolarum, quas Hieronymus & Damaſus de pſalterii interpretatione reciprocarunt. Verum iſtæ quoque epiſtolæ ſpuriæ ſunt, ideoque ex illis epiſtolis Henſchenius & Papebrochius contrarium potius colligere debebant, ut obſervat Schelſtrat. antiquit. illuſtr. diſſert. præv. 2. fol. 6. Atque hinc Papebrochius in propylæo Maji p. 3. prio-

Digitized by Google

priorem ſententiam mutavit. Quas poſteriores cogitationes prioribus ſapientiores eſſe non eſt dubium, etſi Ciampinus in examine libri Pontificalis p. 87. id neget, & epiſtolas illas genuinas eſſe probare nitatur. Cenſet enim in his epiſtolis, cum familiares fuerint, ſtyli elegantiam non requirendam, fortaſſe quoque Damaſum non proprio ſed alieno ſtylo uſum, ſicut Leo M. Proſperum ab epiſtolis habuit.

Cum Symbolo Damaſi, quod tom. 2. operum Hieronymi edit. Eraſm. & Tom. 9. edit. Victorii legitur, quoad initium & finem convenit libellus fidei, qui extat in codice canonum eccleſiæ Romanæ per Queſnelium edito c. 39. Hic enim fidei libellus, quem Queſnelius in diſſert. 14. ad opera Leonis p. 718. à Gregorio Bætico ſcriptum ſuſpicatur, prorſus convenit cum Gregorii Nazianzeni orat. 50. quæ tractatus de fide Nicæna inſcribitur, & latine tantum extat. Nec minus libellus ille fidei convenit cum fidei formula, quæ ſub initium libri XI. de Trinitate apud Athanaſium in editione Pariſienſi legitur. Chifletius vero, qui illos

Atha-

Digitized by Google

Athanaſio adſcriptos libros Vigilio Tapſenſi adjudicavit, & alio ordine diſpoſuit, eandem formulam libr. 9. Vigilii de Trinitate exhibet. Sunt, qui Symbolum hoc etiam Ambroſio adſcribi dicant. Verum Ambroſii tractatus de fide contra Arianos neque cum Damaſi ſymbolo, neque cum oratione 50. Nazianzeni convenit, ſed cum oratione Nazianzeni 49. ex qua etiam Auguſtinus in epiſtola 111. aliqua verba ſub nomine Gregorii orientalis allegat. Tractatum autem illũ itidem ut priorem Vigilio ſuo Tapſenſi vindicat Chifletius in vindiciis operum Vigilii p. 54. Contra Queſnelius hunc tractatum itidem ut priorem Gregorio Bætico aſſignat. Cæterum ut ad Damaſi ſymbolum redeamus, etſi Montacutius in notis ad epiſtolam 2. Photii nihil obſtare cenſeat, quo minus auctor ejus eſſe Damaſus ſtatuatur, Queſnelius tamen exiſtimat, quod verba, quæ Spiritũ S. à Patre & Filio procedere aſſerunt, juniorem auctorem arguant, & opuſculum hoc, prout apud Hieronymum legitur, male compactum & è variis centonibus conſutum videatur. Paſſionem Marcelli-

cellini & Petri, quæ apud Surium extat, à Damaſo ſcriptam eſſe, Antonius ex ultimis paſſionis illius verbis colligit. Alternos quosdam Hieronymi & Damaſi verſus Lambecius Tom. II. bibliothecæ Vindobon. p. 286. exhibet. Tractatum de fide contra hæreticos incipientem à verbis: *Quoniam poſt concilium Nicænum* &c. Damaſo tribuit Trithemius, quem tractatum à nullo veterum Scriptorum memorari, ideoque Trithemio non credendum eſſe cenſet Antonius in biblioth. veter. Hiſpan. p. 141. Verum per tractatum illum Trithemius dubio procul nihil aliud intellexit, quam fidei confeſſionem à Damaſo ad Paulinum miſſam & à Theodoreto libr. 5. c. 11. memoratam, quæ iisdem verbis incipit. Plura de Damaſi ſcriptis editis vel ineditis tradunt qui de Scriptoribus eccleſiaſticis, aut de Pontificibus Romanis, aut de Poetis chriſtianis, aut de Scriptoribus Hiſpanis egerunt. Nobis paucula iſta notaſſe nunc ſufficiat.

Digitized by Google

OBSERVATIO OCTAVA.
DE
EXOCIONITIS.

IN chronico Alexandrino Raderi pag. 704. legitur, Theodoſium templa catholicis reddidiſſe & τὰς λεγομένας ἀριθμοὺς ἐξωκιονίτας expuliſſe. Quæ verba etſi nullum ſenſum pariant, fideliter tamen Raderus interpretatus eſt, quaſi Theodoſius dictos numeros Exocionitas expulerit. Quid vero ſit numeros Exocionitas expellere, ne ipſum quidem Raderum, qui optimus verborum ſuorum interpres eſſe potuiſſet, cognoviſſe puto. Verum Dominus du Freſne in noviſſima hujus chronici editione pro Ἀριθμοὺς legendum eſſe Ἀρειανοὺς recte obſervavit. Et mirum eſt, Raderum non recordatum, quod autor chronici Alexandrini etiam alibi Arianorum Exocionitarum meminerit, nempe in rebus Leonis, quem Arianitas Exocionitas graviter perſecutum ſcribit, & iterum anno XI. Zenonis, ubi Athalaricus Theoderici

ſuc-

ſucceſſor de hæreſi Ariana vel Exocionites fuiſſe dicitur, quo loco Raderus in margine p. 757. notat, quod forte legendum ſit Henoticonita, id eſt, religionis conciliatæ autor, qua emendatione opus plane non fuiſſet.

Conſtat enim Arianos paſſim Exocionitas cognominari ab Exocionio ſeu loco quodam urbis Cpolitanæ, ubi Ariani urbe expulſi conventus ſuos agere ſolebant. Sane Theophanes in chronico ſuo non ſolum pag. 421. Nicolai Exocionitæ ſeu, ut ibi legitur, Hexocionitæ meminit, ſed etiam p. 150. refert, Juſtinianum orthodoxis eccleſias ſuas, præterquam eas, quæ Arianorum Exucionitarum fuerunt, reddidiſſe, quod refertur etiam à Cedreno p. 368. quo loco pro Exucionitis Exucontios legi cupit Svicerus in theſauro eccleſ. p. 1152.

Et certum quidem eſt, quod Ariani etiam Exucontii appellati fuerint, ut ex Athanaſio aliisque Scriptoribus conſtat, quod cognomentum inde adepti ſunt, quod Filium Dei, quem Patri conſubſtantialem & coæternum negabant, ἐξ οὐκ ὄντων ſeu ex nihilo creatum affirmarent.

rent.

rent. Verum Exocionitarum quoque nomen Arianis attributum deprehendimus, cujus nominis originem Theodoretus libr. 4. de hæret. fab. c. 3. à loco, ubi conventus ſuos habuerunt, optime arceſſit. Quamvis enim Suicerus etiam in illo Theodoreti loco ἐξουκόντιοι pro ἐξωκιονῖται ſcribendum exiſtimet, correctio tamen illa nullum plane hic locum habet. Exucontii enim Ariani non à loco quodam nominati ſunt. Quamobrem Theodoretus omnino ibi de Exocionitis egit, ſic dictis à loco, qui ἐξωκιόνιον appellatus eſt, & de quo Svicerus ſequenti pagina egit. Quod autem Godofredus in notis ad Philoſtorgii libr. 10. c. 3. Theodoretum erroris arguit, quaſi minus recte Exocionitas à loco, in quo convenerunt, dictos cenſuerit, in eo ipſe Godofredus potius erravit.

Minus etiam probanda eſt Viri cujusdam doctiſſimi conjectura, qui apud Cedrenum & alios pro Exocionitis Eſocionitas legit, & nomen hoc de monachis, qui in columnis ſedes ſuas fixerunt, interpretatus eſt, quem errorem notavit

Q Do-

Dominus du Freſne in Conſtantinopoli ſua Chriſtiana libr .2. p. 172. qui etiam de Exocionitis agit in gloſſario med. & inf. Græcitatis p. 412. & in notis ad chronicon Alexandrinum p. 568. ut Jacobum Goarum in notis ad Theophanem p. 589. Alemannum ad Procopii ἀνέκδοτα p. 130. & alios taceamus.

OBSERVATIO NONA.

DE

HÆRESI BONOSI.

BOnoſum cum Marcello & Photino Ebionis veſtigia preſſiſſe refert Marius Mercator in appendice ad contradictionem 12. anathematiſmi Neſtoriani T. II. Oper. p. 128. Ubi antequam plura de Bonoſo addamus, paucis obſervamus, Marium Mercatorem nequaquam dubitaſſe, quin hæreſiarcha quidam nomine Ebion Johannis Evangeliſtæ ævo vixerit; quem Stoicæ philoſophiæ addictum fuiſſe dicit. Fateor

or quidem, me in appendice ad diſſertationem de hæreſiarchis c. 6. th. 24. dixiſſe, me illis, qui Ebionem aliquem vere extitiſſe negant, haud magnopere repugnaturum eſſe, ſi ſolus Epiphanius ac ante eum nemo Ebionis mentionem faceret. Verum in Theologia Ignatiana publice prælecta indicavi, ante Epiphanium Ebionis mentionem feciſſe Tertullianum de præſcriptionibus c. 33. & de carne Chriſti c. 14. cui addi poſſunt coævi Epiphanio Hieronymus in epiſt. ad Galatas, item in catalogo Script. eccleſiaſticorum, in dialogo adverſus Luciferianos &c. Philaſtrius de hæreſ. c. 37. & Rufinus in expoſit. Symbol. hisque ſuppar Theodoretus libr. 2. de hæret. fabul. c. 1. ut antiquum autorem, qui Tertulliani tractatui de præſcriptionibus catalogum aliquot hæreſium adjecit, c. 48, interpolatorem Ignatii epiſt. ad Philadelphienſes c. 6. & alios taceamus. Quamobrem minime dubito, Ebionitas ab Ebione quodam nomen accepiſſe, quicquid Socinus, Oſtorodus, Curcellæus, Clericus, Jurius,

Simonius, & nuperrime Hartmannus & Arnoldus , ille in tract. de rebus geſtis ſub Apoſtolis, hic in hiſtoria hæreſium, in qua neminem ante Epiphanium Ebionis mentionem feciſſe falſo aſſerit, pro contraria ſententia adducant. Sed hæc obiter.

De Bonoſo autem, ut ad eum redeamus, ita Marius Mercator: *hunc Hebionem Philoſophum ſecutus Marcellus Galata eſt, Photinus quoque, & ultimis temporibus Serdicenſis Bonoſus, qui à Damaſo urbis Romæ Epiſcopo prædamnatus eſt.* Ad quem locum Garnerius notavit, quod Bonoſus à Damaſo prædamnatus dicatur, quia in anteceſſoribus erroris ſui Marcello & Photino damnatus fuit. Etſi autem Marius Mercator Bonoſum Serdicenſem vel Sardicenſem Epiſcopum faciat, Holſtenius tamen ex Innocentii epiſtola eundem Bonoſum Naiſſi Epiſcopum fuiſſe judicat, quam ſententiam etiam Hermantius libr. 7. de vita Ambroſii c. 7. ſequitur. Cæterum quod Bonoſus Photini errorem ſecutus fuerit, teſtatur etiam Gennadius in catalogo virorum illuſtrium c. 14. ubi Auden-

dentium Epiſcopum Hiſpanum ſcripſiſſe refert adverſus Manichæos, & Sabellianos, & Arianos, maximeque intentione ſpeciali contra Photinianos, qui tunc Bonoſiaci dicti fuerint. Gelaſius quoque in decreto Gratiani diſt. 15. c. *ſancta Romana* &c. Bonoſum cum Ebione, Paulo Samoſateno & Photino conjungit. Si Gregorium M. audiamus, is libr. 9. indict. 4. epiſt. 61. dicit, Bonoſianos non ſolum Chriſti Deitatem negare, ſed etiam baptiſmum eorum non in nomine Trinitatis fieri. Verum Morinus part. 3. de ordinat. ſacr. p. 78. obſervat, Innocentium I. ſæpe de Bonoſianis verba facere, ſed nihil tale ex ejus verbis colligi poſſe, & præterea concilii Arelatenſis II. canonem 17. huic ſententiæ adverſari, cujus hæc ſunt verba: *Bonoſiacos autem ex eodem errore venientes, quos ſicut Arianos in Trinitate baptizari manifeſtum eſt, cum interrogati fidem noſtram ex toto corde confeſſi fuerint, cum chriſmate & manus impoſitione in eccleſiam recipi ſufficit.* Id certum eſt, Bonoſum ſtatuiſſe, quod plu-

Digitized by Google

res è Maria liberi geniti fuerint, quæ Bonoſi cauſa in ſynodo Capuana A. C. 389. ventilata fuit. Quid autem Capuana ſynodus in Bonoſi cauſa decreverit, videri poteſt ex epiſtola, quæ inter Ambroſianas legitur, & Theophilo ac Anyſio inſcribitur, etſi Benedictini in nova Ambroſii editione hanc epiſtolam ſimpliciter, nulla epigraphe addita, epiſtolam de cauſa Bonoſi ex Capuanæ Synodi decreto judicanda inſcribant, qui de autore hujus epiſtolæ nihil definire audent, interim tamen eos, qui hanc epiſtolam Damaſo adjudicant, à chronologia erroris convinci monent. Adſcribi autem hanc epiſtolam Damaſo ab Almaino, Cajetano & aliis notat Labbeus Tom. II. concil. p. 1032. nec ab ea ſententia diſſentit Rivetus libr. 3. critic. S. c. 14. At Holſtenius in collectione Romana Tom. I. p. 189. hanc epiſtolam ſub Siricii nomine vulgavit. Quod autem Davidius hanc epiſtolam à Siricio ſcriptam negat, hac adducta ratione, quod autor hujus epiſtolæ Bonoſi cauſam jam ab Anyſio tractatam judicare detrectet, id merito refu-

Digitized by Google

refutatur ab Ellies du Pin in tractatu de antiqua eccleſiæ diſciplina p. 168. Cæterum Ambroſii non eſſe hanc epiſtolam ex eo patet, quia in c. 2. hujus epiſtolæ dicitur: *denique cum Bonoſus epiſcopus poſt judicium veſtrum miſiſſet ad fratrem noſtrum Ambroſium* &c. Forte autem hæc epiſtola Ambroſio tribuitur, quia autor hujus epiſtolæ iisdem argumentis perpetuam Mariæ virginitatem propugnat, quibus Ambroſius in tractatu de inſtitutione virginis uſus eſt. Ipſum Capuanæ ſynodi decretum in Bonoſi cauſa factum tale fuit, ut finitimi Bonoſo ejusque accuſatoribus judices tribuerentur, & imprimis Macedones, qui de ejus ſcriptis factisve cognoſcerent. In quo decreto autor prædictæ epiſtolæ acquieſcit, nec ſibi poſt cauſam finitimis demandatam judicandi formam competere agnoſcit. Quæ ſi vel à Damaſo, vel à Siricio ſcripta ſunt, non incommode inde colligi poterit, ipſum Pontificem ſe concilio inferiorem agnoviſſe. Quo argumento cum Jacobus Almainus in libro de autoritate eccleſiæ

uſus fuerit, & nonnulla Thomas Cajetanus in apologia libri de comparata autoritate Papæ & concilii regeſſerit, utriusque verba adducit Launojus in epiſtola ad Felicem Philippæum Broſſam & poſtea Cajetani reſponſionem diſpungit. Idem Launojus in ſequenti partis primæ epiſtola ad Hieronymum Sambocuvium Capuenſis ſynodi hiſtoriam texit, epiſtolam ad Anyſium Theſſalonicenſem & alios Illyrici Epiſcopos, quam à Siricio ſcriptam exiſtimat, *integram* recenſet, & ex ea docet, Romanum Pontificem generali concilio & ſacris canonibus ſubjectum eſſe. Garnerius in notis ad Marium Mercatorem Tom. II. p. 317. ex epiſtola, quam Damaſus ex ſynodo Romana ad Paulinum Antiochenum ſcripſit, colligit, Bonoſum in eo maxime erraſſe, quod duos confiteretur in Chriſto Filios, æternum unum alterum temporalem, alterum ſolum Deum, alterum ſolum hominem. Verum id nec ex Damaſi verbis à Garnerio allegatis probari poteſt, nec aliunde, niſi me omnia fallunt, probari poterit. Id tan-

tantum Honorius Auguſtodunenſis de hæreſ. c. 68. aſſerit, quod Bonoſiaci Chriſtum Filium Dei adoptivum non proprium eſſe ſtatuerint. Apud Gennadium in tractatu de dogmatibus eccleſiaſticis c. 52. poſt Paulianos, Proclianos & Borboritas nominantur Siphori, quos Gennadius nunc Bonoſianos dici ait. Quo in loco pro Siphoris Saccophoros reponi vult Cotelerius monument. eccleſ. græc. Tom. I. p. 776. ulterius monens, in MSCto quod penes ipſum fuit exemplari non legi: *Siphori, qui nunc vocantur Bonoſiani* &c. ſed: *Siphori, Photiniani, qui nunc vocantur Bonoſiani.* Quæ lectio dubio procul melior eſt. Nam quod Photiniani etiam Bonoſiani dicti fuerint idem Gennadius in tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis, ut ſupra jam notavimus, aſſeruit. Quid de Clericis à Bonoſo, antequam damnaretur, ordinatis ſtatuerit Innocentius I. ex ejus epiſtola 21. ad Martianum, nec non ex epiſtola 22. ad Epiſcopos Macedoniæ conſtare poteſt.

Digitized by Google

OBSERVATIO DECIMA.

DE

APOLOGIA ATHANASII SECUNDA.

TRes apologiæ Athanaſii ita à ſe invicem diſtinguuntur, ut quæ primo loco ponitur apologia prima dicatur, quæ ſecundo loco legitur, apologia de fuga audiat, & quæ tertium locum occupat, apologiæ ſecundæ nomine ſignetur. Etſi autem hæc apologia ſecunda in ſummo margine paginarum ſingularum editionis Pariſienſis Græco-Latinæ anni 1672. quam Lipſienſis imitata eſt, ad Imperatorem Conſtantium ſcripta dicatur, nuſquam tamen Conſtantius in ea compellatur, & vix aliqua apologiæ forma in toto hoc tractatu conſpicitur, qualis in reliquis duabus comparet, ſi breve exordium & concluſionem itidem brevem excipiamus. Unde Papebrochius in vita Athanaſii, quam ex ipſius & aliorum ſcriptis con-

contexuit, & actis Sanctorum Tom. I. Maji p. 186. inſeruit, alium ſecundæ huic apologiæ titulum quærendum exiſtimat, eumque ab ipſo Athanaſio ſuppeditari arbitratur. Nam in tractatu ad ſolitariam vitam agentes miſſo, qui poſt apologiam hanc ſecundam in prædicta editione proxime ſequitur, aliquoties Athanaſius ad monumenta provocat, quæ ſcripta eſſe dicit ὀπίσω εἰς τὸν ξε λόγον, vel etiam εἰς τὸν ξη λόγον, quibus in locis Petrus Nannius vocem quidem ὀπίσω ſemper per ſupra vel antea reddidit, vocem autem ξε λόγȣ vel ξη λόγȣ plane prætermiſit. Neque vero commode dici poteſt per τὸν ξε λόγον orationem 65. & per ξη λόγον orationem 68. vel caput 68. deſignari, cum notæ numericæ apud Græcos vocibus quibus apponuntur non præponi ſed poſtponi ſoleant, & inter Athanaſii opera nullum ſit, quod in tot orationes vel etiam capita dividatur. Igitur Papebrochius in illis locis putat legendum eſſe σύλλογον, & hoc nomen ſyllogi apologiæ ſecundæ rectius convenire cenſet, cum in eo varia monumen-

menta collecta reperiantur, & in his illa quoque, quæ Athanaſius εἰς τὸν ξε λόγον vel ξη λόγον ſcripta indicavit. Ulterius obſervat Papebrochius, hunc ſyllogum eſſe velut appendicem epiſtolæ ſeu tractatus ad ſolitarios miſſi, ideoque *tractatui* ad ſolitarios ſeu monachos non præmitti ſed poſtponi debere. Non enim eſt congruum, ut monumenta, quæ Athanaſius in epiſtola ad ſolitarios tanquam ὀπίσω ſcripta allegavit, epiſtolæ ad ſolitarios præmittantur. Hic autem *tractatus* ad ſolitariam vitam agentes miſſus longe brevior nunc eſt, quam olim fuit. Nam ex epiſtola nuncupatoria, quæ primam ejus partem conſtituit, colligi poteſt, quod hic tractatus olim duas partes unam polemicam & alteram *hiſtoricam* complexus fuerit. Polemica pars nunc deeſt, vel ſaltem non ſuo loco ponitur, ſi cum Papebrochio ſtatuamus, quatuor Athanaſii orationes contra Arianos primam hujus operis partem eſſe. Quatuor orationes contra Arianos dixi. Etſi enim in Athanaſii editionibus vulgo quinque orationes contra Arianos oc-

cur-

currant, prima tamen illarum orationum non eſt oratio contra Arianos, nec cum quatuor ſequentibus orationibus, quas ab antiquis ſub nomine librorum de Trinitate allegatas fuiſſe Petavius libr. 5. de incarnat. c. 15. obſervat, quicquam commercii habet, ſed eſt epiſtola encyclica ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, unde & in noviſſima Athanaſii editione, quæ haud ita pridem Pariſiis lucem publicam adſpexit, ſub nomine epiſtolæ encyclicæ edita, & à quatuor orationibus contra Arianos ſeparata deprehenditur. Et ultima quidem ex iſtis quatuor orationibus his verbis terminatur: αὐτῷ τὸ σέβας, καὶ ἡ προσκύνησις, ὃς ἦν πρώην καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἀμήν, *ipſi bonor & adoratio, qui antea & nunc & ſemper eſt in ſecula Amen*; qualis doxologia in concluſione trium præcedentium orationum non reperitur, unde colligi poteſt, quatuor has orationes non tam diverſas orationes eſſe, quam quatuor libros unius operis adverſus Arianos elaborati, qua de re etiam Hermantius libr. 7. de vita Athanaſii c. 25. videri poterit,

terit, cui tamen non probabile videtur, opus 4. orationum adverſus Arianos alterius operis partem eſſe. Sed aliter ſtatuit Papebrochius, qui, ut diximus, has 4. orationes ſeu 4. libros anti-Arianos primam epiſtolæ ad ſolitarios partem conſtituere debere arbitratur. Secundam autem partem nempe hiſtoricam quantum attinet, eam non eſſe hodie amplius integram, ſed mutilam, ex ipſo ejus initio apparet. Huic vero parti hiſtoricæ juxta Papebrochii ſententiam ſubjungi debuiſſet ſyllogus Athanaſii, ſeu, ut nunc dicitur, apologia ſecunda. Et Felckmannus quidem in variis lectionibus Athanaſii ſuſpicatur, epiſtolam tractatui ad ſolitarios præmiſſam eſſe præfationem 4. orationum contra Arianos, ſed reliqua ad tractatum aliquem hiſtoricum ἀκέφαλον pertinere ſtatuit. Noviſſimam Athanaſii editionem ſi conſulamus, doctiſſimos editores Papebrochii conjecturæ non faviſſe deprehendimus. Nam quæ in aliis editionibus apologia ſecunda dicitur, in hac Tom. I.

Part.

Part. 1. p. 123. apologia contra Arianos inſcribitur, nec ſyllogi nomine donatur. Hanc autem multis aliis Athanaſii operibus interjectis ſequitur epiſtola ad ſolitarios, cujus initium tantum epiſtolæ nomine gaudet; reliqua enim in nova hac Athanaſii editione ſub titulo hiſtoriæ Arianorum ad Monachos eduntur. Et in hac hiſtoria monumenta ab Athanaſio allegata eodem modo allegantur, quo in prioribus allegata diximus, ſicut e.g. p. 357. duabus vicibus legitur: ἐγράφη ὀπίσω εἰς τὸν ξέ λόγον, quod interpres reddit: *deſcripta ſuperius habetur in ſexageſimo quinto tractatu*, & p. 359. itidem duabus vicibus: ἐγράφη ὀπίσω εἰς ξή λόγον *deſcripta eſt ſupra in tractatu 68.* quemadmodum & p. 349. legitur: ἐγράφη ὀπίσω εἰς τὸν οέ λόγον ἀπαραλλάκτως *ſcripta ſupra in tractatu 75. abſque ullo diſcrimine.* Quatuor autem orationes Athanaſii contra Arianos in nova hac editione primam Tomi primi partem claudunt. Cæterum cum monumenta ab Athanaſio in tractatu ad ſolitarios vel Arianorum hiſtoria allegata

in

in apologia 2. inveniantur, in ea vero non ſit tantus orationum & tractatuum numerus, ut inde 65. 68. vel 75. tractatus allegari poſſit, quid notæ illæ velint me nondum capere fateor.

S. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google